d eſt communis[d] patris et filie: nec alter in alterius preiudicium petere vel delegare poteſt. hoc dicit. Primo ponit dictum in genere. Secundo infert aliquas illationes. Tertio ponit quid ſi fuerit contra factum. Secunda ibi: denique. Tertia ibi: ceterum. ¶Opponi. quicquid acquirit filius acquirit patri etiam hodie in profectitijs. vt lege cum oportet. poſt principium. C. de bonis que liberis. Solut ſpeciale eſt hic in dote quod filia hoc iure nõ q̄rit patri. ¶Scḋo op. dicitur hic quod dos eſt cõis. Cõtra imo eſt mariti vt. l. doce. C. de rei vendi. Solu. hic dos. i. dotis actio. ¶Tertio oppo. de. l. ſi vt proponis. C. de nup. glo. dicit quod ibi fallit: quia filia nupſit con
2 tra voluntatē patris. et ratio † quia filia non poteſt ſe nubere contra voluntatem patris: quod de iure canonico eſt hodie correctum. vt ſupra de ſtatu ho-



mi. l. paulus. ⁊ inſtitu. de nuptijs. §. j. ⁊ ibi not. ⁊ ſic cū
a ceſſat ratio ceſſat ⁊ lex. ¶Oppo. vltimo infra eodē l. quoties. Solu. ibi pater fuit incontinenti ſtipulatꝰ ſibi reddi: hic nõ. ¶Quero hic loquitur in dote pro
3 fectitia: quid in aduentitia. ¶Reſpondeo † poteſt fi
a lia in ea agere ſine conſenſu[a] patris vt in autenti. quod locum. C. de collationibus. ſecundum gloſſ. et bene. ¶Quero hic loquitur de filia in poteſtate: quid ſi
b eſt emancipata.[b] Guar. dicit idem. alij dicunt idem quod Guar. iure antiquo. ſed hodie dicunt corrigi
4 per. §. extraneum. C. de rei vxor. actio. ſed † veritas eſt quod dicit Ioan. in fin. quod ſi filia eſſet emancipata tota actio remanet ſua. Ratio: quia per emancipationem actio que eſt cõmunis cum patre ſolidatur in filiam: vt in. §. videamus. de rei vxo. acti. multomagis efficitur propria filie a principio. vt argu. l. acceptam. l. ſi per te. C. de vſuris. ⁊ hoc tenet Dyn. hic. ⁊ idem Cy. in. l. auia. C. de iure dotium. Nõ ob. l. profectitia. ſ. de iure dotium. quia fateor quod eſt profectitia vt ibi: non tamē eſt cõis patris ⁊ filie: ſed ſolius filie. Item nõ obſt. l. filie. j. eod. quia reſpondeo quod ibi pater fuit ſtipulatus. non obſt. l. ſi ab hoſtibꝰ. j. e. quia ibi filia erat in poteſtate iuris ficti. ¶Quero que fuit ratio que mouit legiſlatorem ad inducen
5 dam iſtā cõmunionē. † Glo. ponit vnam ex parte patris: ſcilicet ne ſi filia haberet actionem integram ⁊ eam peteret ⁊ perderet dotem pater cogatur iterū eā dotare. Alia ratio. eſt ex parte filie: ne pater accipiens dotem eam cõſumeret ⁊ filia remaneret indo
c tata:[c] vt. l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. j. eod.
6 ¶Venio ad verſi. ceterum ſi pater. ¶Not. hic † quod factum patris nõ nocet filie poſtquam fuerit emancipata: et ſic videtur quod interim noceat. ¶Oppo. j. eod. l. ſi pater. ⁊. l. ſi cū dotem. §. ſi pater. Solu. glo. intellige hanc ſcḋm illas. ſ. quod nõ nocet filie: niſi pater poſtea ſibi tantūdē dederit vel reliquerit. ¶Que
7 ro † vtrum pater interim poſſit agere. Gloſſ. que eſt hic dicit quod nõ: quia non poteſt venire contra factū ſuum. ⁊ vide eam que incipit morte vel emancipatione ⁊c. ⁊ dicit verum gloſ. ſi pater vult agere pro iure ſuo pro actione ſibi cõpetenti: ſed ſi vellet agere tanquam legitimus adminiſtrator filie poſſet. vt not. in gl. l. cum dos. ſ. de pac. dot. ⁊ hoc. §. a contrario ſenſu. Et per conſequens poſſet etiam filia agere patre volente. pro quo facit. j. proxi. in. ⁊ quod ibi dicam pro
8 cedendo vlterius. ¶Sed quero † vtrū patre viuo et durante patria poteſtate poſſit filia agere ſine patris voluntate. ⁊ eo inuito. gloſſ. dicit quod ſic. ſi pater eſt inops: al's non. Et ad hoc adducit. l. fina. ſ. de eo per quē factū eſt. quia ſicut inopia eximentis reſcindit liberationem exempti: ita inopia patris reſcindit ſpem liberationis quā habebat vir. pro hoc facit. l. plane. la. ij. §. j. de le. j. ⁊. l. pater. in fi. j. de do. ple. inducit etiā glo. l. imperator. j. ad treb. nam ſicut ibi ſuſpicio de patre facit trāſire fideicommiſſum in filiū. ita hic ſuſpicio patris propter paupertatē facit trāſire actionē de dote in filiā ſcḋm Dy. pro hoc. j. eo. l.
d ſi cū dotē. §. eo autē tēpore. no. hanc glo. Formo[d] ti
9 bi vnam aliā. q. Pone † quod vxor alicuius deceſſit remanētibus filijs heredibus: dos remanſit apud patrē. qui diſſipat oīa bona: filij volunt agere cõtra patrē vt dos nõ conſumatur: an poſſint. Et videtur quod nõ: et de bo ma. l. j. ⁊ in auf. de nup. §. eſt quoque.[e] ⁊ meliꝰ in. §. ſed quod ſancitū. dico quod filij poſſūt agere ſicut ipſa mater poſſet. primo per iſtā glo. que equiparat paupertatē patris emancipatiōi. Pro hoc videtur caſus de ſen. paſ. l. ſi. ⁊. ſ. vt leg. no. ca. l. ſi. in prin. vbi gl. tangit iſtam. q. poſui in. l. ſi cõſtante. in prin. j. eo. Venio ad verſi.

1 ☞ Factum filie durante patria poteſtate quod nocet ſibi facte ſui iuris.
2 Pater ⁊ filia in actione de dote non ſunt ſocij nec duo rei.
3 Quid ſit dicere pater agit adiuncta perſona filie.
4 Actio que cõpetit filie ⁊ patri pro dote an ſit vna vel ſint plures.

## Itē ſi voluntate.

Nota quod fa
1 ctum filij nõ nocet patri. ¶† Scḋo no. quod factum filie tempore patrie poteſtatis nocet ſibi facte ſui iuris[f] vt

a ¶Sine conſenſu. Adde Baldum conſilio. ix. quinto libro. Roma. conſilio. cccclxxxvj. vbi etiam ſi ſit minor et facit quod volunt domi. de rota in anti. deciſi. ccccxcviij. quod ca. ſi annuum. habeat locum in minore petente decimas ſibi debitas ex priuilegio et in dicto conſilio roma. approbat exemplum gloſ. quod Alexan. improbat. et tu adde quod opini. Bartol. hic dicit communem Alexander de Imola in cõſilio. xx. colum. fin. in ſecundo volu.

b ¶Emancipata. Adde, quod communiter tenetur quod ſi pater dat dotem pro filia emancipata quod actio de dote eſt propria filie. pro qua opinio. eſt textus cum glo. in. l. pater filie. ſupra de euictioni. vbi dicit quod quandoque pater dat dotem pro filia emācipata et ſtipulatur ſibi reddi: quod illo caſu eſt patris. ergo a contrario ſenſu extra illum caſum erit filie.

c ¶Indotata. adde quod pro notabili tenent doctores hanc gloſ. hic ⁊ Barto. in. l. ſi conſtante. ⁊ Bald. in. l. vbi. C. de iure dotium. ⁊ Bartol. in. l. imperator. j. ad trebel.

d ¶Formo. Adde Ioan. andre. in additio. ad Specul. in titul. de donatio. inter virum ⁊ vxorem. §. fin. ad finem Bald. in. l. ſecunda. C. ſi in fraudem patro. et in l. non poteſt. ſupra de adoptio. Bartolus et Baldus in. l. cum oportet. §. cum autem. C. de bonis que liberis. et dicit Innocentius in capitulo finali. de ſequeſtra. quod ille qui pro ſuis neceſſitatibꝰ fructus cõſumit dicitur dilapidare fructus: quod Baldus reputat nota. dignum in dicto capitulo finali. ⁊ idem voluit Baldus in capitulo primo. §. ſancimꝰ. in titu. quo tempore mi. ⁊ Archidia. xj. q. j. quia reo. Angel. in. l. diuus. de peti. heredita. ſequitur Barba. cõſilio. x. ij. volumi. ⁊ quod patri dilapidanti auferatur adminiſtratio. voluit Barto. conſilio. lxxv. iiij. libro.

e ☙And. Poma. ¶Quoque. Vide Feli. in ti. de treu. et pace. in. iij. col. Are. §. ſeq.

f ¶Sui iuris. adde an ſi filiuſfa. liberet debitores paternos: illa liberatio ſibi preiudicet effecto ſui iuris. Pau. de ca. dixit quod ſibi videtur quod a principio nõ valuit nec ex poſtfacio poſſit reconualeſcere et ſe remittit ad not. per Bart. ⁊ Dy. in. l. filius. j. de ſolu. et

in.l.cum dominus.§.ſi filius.de pecu.leg.⁊ in.l.⁊ he
re.§.ſi filia.ſ.de pactis.per Petrum de ancharano.
dominic.de ſancto Gemi.in.c.qꝫuis.de pactis. per
Specul.in titul.de pactis.§.penulti.Sed qua pena
veniat puniendus filiusfa.qui aſſeruit ſe pꝛocurato=
rem patris
et libera=
uit debito
rem. ⁊ etiã
qua pena
ſi debitoꝛẽ
liberatum
alij cedat.
vide Bal=
dum conſi
lio.xiiij.iij.
volumine.
concludit
etiam hic
Pau.de ca
ſtro de mẽ
te docto.
quod ſi fi=
lia commi
ſit adulte=
rium quod
non pꝛeiu=
dicat pa=
tri vt mari
tus lucre=
tur dotem.
a ¶ Conſen
tiẽte.adde
quod pau.
de caſt.di=
cit iſta ver
ba non ha
bere ſapo=
rem. quia
etiam vide
tur agere
nomine fi=
lie ad eius
vtilitatem.
et dicit qꝺ
poteſt dici
quod ſolu.
glo. poſita
in vltima
parte ſit ve
ra cum nõ
noceat fa=
ctum filie
qꝫtum ad
hoc vt pa=
ter repella
tur ab agẽ
do:ſed be=
ne nocet qꝫtũ ad aliud. qꝛ ſi agat adiuncta perſona
filie tenebitur eã defendere in cãm reconuentionis.
ſi foꝛte filia pꝛomiſiſſet penam marito ſi ab aliqua
moleſtaretur per.l.iij.§.fi.ĩ.re.amo.

l.et heredi.§.penul.de pac.⁊ vide qꝺ
ibi not. Nã debet intelligi hic qꝺ illa
remiſſio fiat ante matrimoniũ:vel eo
ſoluto:alias eo conſtante non valeat
pꝛohibẽte lege.per ti.de do.inter vi.
2 et vxo. ¶ Oppo.quod pꝛomiſſio† ſi=
ue voluntas ſolius filie pꝛeiudicet pa
tri:vt.l.ſi rem.§.ſi duo.ĩ.de noua.⁊.l.
ſi duo.ſ.de arbit.Huius contrarij ti=
moꝛe glo.dicit ꝙ pater ⁊ filia in actio
ne de dote nõ ſunt ſocij: ſicut duo rei
credendi.⁊ ſic nõ obſtant contraria:
qꝺ pꝛobat glo.pꝛimo per.l.qui homi=
nẽ.§.ſi gener.ĩ.de ſol.qꝺ apparet: qꝛ
vnus ſocioꝛũ agit ſuo nomine tantũ. a
hic vero agit nomine ſuo ⁊ alterius.
pꝛobat etiã Dy.qꝺ nõ ſunt ſocij.nam
hic ſperatur cõſolidatio in perſonam
vnius per moꝛtem alterius: vt hic. et
C.de rei vxo.actio.§.videamus.ideo
non eſt idẽ qꝺ in duobus ſocijs reis
credendi:qꝺ patet quia duo rei tranſ
mittunt ad heredẽ:vt.ĩ.ad.l.fal.hoc
eſſe obſeruandũ.et.l.j.de noua.et de
duo.reis.l.ſi reus.⁊ vide glo.que inci
pit.ideſt filia. ¶ Alterius hic dicitur
qꝺ pater poteſt agere adiuncta ꝑſo=
na filie. ¶ Opp.de.l.cũ dos.§.ſi ve=
ro.de pac.do.contrariũ eſt foꝛte glo.
ſolu.qꝺ poteſt agere vt hic: ſed exce=
ptione repellitur vt ibi: ſed hoc nihil
eſſet in effectu:vel ibi in pacto: hic in
delegatione.hanc repꝛehẽdit Dy.qꝛ
maioꝛis autoꝛitatis eſt delegatio qꝫ
pactũ.vt.l.ſi rẽ.§.ſi duo.ĩ.de noua.et
l.ſi vnus.in pꝛinc.ſ.de pac.ſolu.ergo
alio modo vt ibi dicit glo.⁊ illã tenet
Dy.ſed mihi videtur qꝺ ſit ꝯtra tex.
ibi ⁊ alias ſim ſolitus illam firmare.
3 Quid dicemus.dic ergo† ſi vis intel
ligere ſufficienter opꝫ intelligere hoc
dictũ: qꝺ pater agit adiuncta ꝑſona
filie:vel nõ adiũcta vt gl.dicit.⁊ qñqꝫ
noĩe ſuo vel filie.⁊ qñqꝫ ſolus. ſ. noĩe
ſuo.declarem⁹ hoc. Qñqꝫ pater ſol⁹
põt agere nõ adiũcta perſona:vt ſi fi
lia nullam habet cãm cõtradicendi.
vt.ĩ.§.pꝛoximo. Item qñqꝫ põt age=
re filia patre permittente. vel ſi dos
eſſet magna patre nõ permittente.vt
C.de colla.auten.qꝺ locũ.⁊ eo exiſten

te inope.vt dixi.ſ.pꝛoxime.Et ex hoc quedã ſequũ=
tur qꝺ ambe perſone poſſunt agere quilibet pꝛinci=
paliter:ſicut quilibet duoꝛum reoꝛum credendi: vt.l.
iij.in fi.ĩ.de duo.reis. ¶ Item quãdoqꝫ poteſt age=
re pater adiũcta perſona filie ⁊ hoc duobus modis.
Pꝛimo vt agat nomine ſuo ⁊ nomine filie:hoc eſt ad
vtilitatem tam ipſius patris qꝫ filie:quia iſta verba
nomine ſuo ⁊ filie:tantum impoꝛtant qꝫtum ſi pater
ageret pꝛo medietate ꝓ ſe ⁊ ꝓ medietate pꝛo filia.
Et iſto pꝛimo modo non poſſet agere pater in caſu
iſto cum filia ſibi pꝛeiudicauerit:⁊ ſi ageret iſto mo=
mo repelleretur ex perſona filie ⁊ ſic loquitur.l. con=
traria. ¶ Secũdo modo poteſt agere pater adiun=
cta perſona filie.id eſt de voluntate ⁊ permiſſione fi
lie:non tamẽ ad eius vtilitatem:⁊ hoc modo poteſt
agere etiam in caſu iſto vt hic. ⁊ pꝛobatur expꝛeſſe
in.l.filiusfa.§.ſed ⁊ filia.ſ.de pꝛocurat. ⁊ ita videtur
ſentire hic Jacob.de aret.Et ſecundum hoc quedã
glo.parua ſuper verbo adiuncta.que dicit.i.nomine
ſuo ⁊ filie:non bene dicit. ſed debet intelligi adiun=
cta perſona filie.i.filia conſentiente[a]. per dictum.§.
ſed ⁊ filia.⁊ ita intelligit gloſſ. magna circa pꝛincip.
et in fin.vt.ĩ.dicam in pꝛoximo contrario. Pꝛocedo
vlterius ⁊ opp. dixi quod filia non poteſt agere ꝑ ſe
ergo neqꝫ poterit per alium.vt.l.neqꝫ per ſe.C.de he
redi.inſti.Bꝛeuiter gloſſ. bene dicit quod non agit
per ſe neqꝫ per alium:ſed alij permittit quod agat.⁊
vide glo.in fi.Ex hoc habes qualiter debeat pꝛacti
cari quod pater agat adiuncta perſona filie vel non
adiuncta.Quando ergo quis poteſt alij permitte=
re quod ipſe facere non poteſt. Tex.ſoluit in.l.ſi fun
dus.§.j.ſ.de pigno. ¶ Sed contra pꝛedicta op. idẽ
eſt aliquid facere voluntate alterius ⁊ mandato al=
terius.vt.l.poſt dotem.ſecundum intellectum Dyn.
ĩ.eodem.vnde ſi pater agat volũtate filie debet re=
pelli:quia videtur agere vt eius pꝛocurato.Solũ
4 in.l.contraria. ¶ Quero vtrum actio† que compe=
tit filie ⁊ patri ſit vna vel plures. Et dic vt hic per
gloſſaꝫ.que plene hoc diſputat.Joan.tenet quod ſit
vna ſola quam pater intentat quandoqꝫ ſolus quan=
doqꝫ ſola filia:quandoqꝫ filia ⁊ pater:vt dictum eſt.
¶ Sed contra hoc facit iſta litera:que dicit, nec eaꝫ
actionem ⁊c.quia copulatiua incluſa in dicta nega=
tiua:nec oſtẽdit diuerſitatem actionũ.⁊ ſic ſunt plu=
res.Dyn.dicit quod ſignificat pluralitatẽ circa mo=
dum agendi non circa ſubſtantiam actionis. ¶ Se
cundo contra hoc facit quia ex eadem iniuria facta
filie naſcuntur plures actiones:vt.l.pater.ĩ. de iniu.
Gloſſ.dicit aliud in actione iniuriarũ.Dy.dicit ideo
aliud:quia ex pluralitate perſonarum inducit plu=
ralitas iniuriarum:⁊ conſequenter pluralitas actio=
num.vt.l.j.§.fina.de iniur.⁊.l.eum qui.§.penul. eod.
titu.ſed hoc ꝓpter pluralitatẽ perſonarũ nõ induci
tur pluralitas dotiũ. ⁊ ideo nec pluralitas actionũ.
¶ Tertio cõtra Joan.facit.nã ſicut in duobus reis
ſunt due actiones:vt.l.ſi reus.ĩ.de duo.reis.eadem
ratione ⁊ hic. Rñdet Dyn.vbi eſt pluralitas obliga
tionum:merito ſequitur pluralitas actionũ: ſed hic
vna tantũ eſt obligatio:vt.l.qui hoĩem.§.ſi gener.ĩ.
de ſolutio. ¶ Quarto cõtra hoc inducitur.qꝛ qñ pa
ter agit cauet de rato.vt.ĩ.ea.l.in fin.⁊.l.non ſolum.
§.ſi de dote.ſ.de pꝛocura.ſed ſi agitur nomine pꝛo=



pꝛio non caueret. Reſpondeo quãdo 2
quis agit nomine pꝛopꝛio et alterius
conſenſus non requiritur: et tunc non
debet cauere de rato: ſed hic requirit
alterius conſenſus vt.ĩ.pꝛoxi.§. Qua
lis autem hec cõmunio dicatur inter
patrem et filiam.dicam.ĩ.l.pꝛoxi.

1 Filia quando diuoꝛtium fit eius
culpa quod non pꝛeiudicet patri: ſed 3
ſibi moꝛtuo patre.
2 Filia ſi conſentit marito alienanti bo=
na ꝙ nõ pꝛiudicet patri:ſed ſibi.
3 Tacens quando videatur conſentire.
remiſſiue.
4 Furioſus qñ videatur cõſentire: et ha
beatur pꝛo abſente.nu.5.
6 Pater agens pꝛo filio quando tenea=
tur ſatiſdare.
7 Venditoꝛi ſcienti litem motam eſt de
nunciandum per emptoꝛem.

* Voluntatẽ. Filia ſane men=
tis dicitur velle
ſi pꝛeſens ſit et non contradicit. Jdeꝫ
ſi eſt furioſa: ſecus ſi eſt abſens. h.d.
Et habet tres partes vt patet ex lite=
1 ra. Jſte verſi.facit† ad queſtionem. fa
ctum eſt diuoꝛtium culpa filie an pꝛe=
a iudicet patri.[a] glo.mouet in lege con=
ſenſu.C.de repu.et in lege ſi dotem.C.
de iure do.et ibi Cyn. tenet idem qꝺ
Dyn.hic.quod patri non pꝛeiudicat:
ſed pꝛeiudicat ſibi filie patre moꝛtuo
per hunc.§.et in aut.de nup.§.eſt quo
qꝫ poſita. C. de diuoꝛ. aut. econtra ſi

filij.Secundo facit† filia conſentit ma
rito alienanti bona ſecundum foꝛmã
legis iubem⁹.⁊ legis etiam.C.ad vell.
an pꝛeiudicet patri.Certe nõ:ſed pꝛe
iudicat ſibi filie patre moꝛtuo. vt hic
ſecundum Dyn.facit.l.et heredi.§.pe
nulti.ſupꝛa de pac.et hoc tenet Spe=
cu.in titu.de dona.inter virum ⁊ vxo=
rem.verſi.quod ſi filia. ¶ Oppo.qui
†tacet non videtur conſentire.l.qꝺ vas
§.vetare.infra de fur.gloſſ.ſolu.remit
tendo ad not.in lege filiusfami.§.inui
tus.ſupꝛa de pꝛocura.Cyn.in lege in=
uitus.C.de pꝛocurato.Dyn.in.c.is qui
b tacet.[b] de regu.iur.lib.vj.Ego exami=
no.ĩfra eodem lege que dotis. ¶ Op
c po.infra eodem.l.titia.Sol. vt in gl.[c]
¶ Oppo.ad ſecundum dictum de.l.
qui ad certum.ſupꝛa locati. Solu.fu=
4 rioſus non videtur conſentire quan=
do requiritur conſenſus verus tacit⁹
vel expꝛeſſus. vt.l.contraria. ſed hic
nullus conſenſus requiritur. ſed non
contradicere pꝛo voluntate habetur.
facit ad hoc quod not.in lege.in nego
tijs.de regu.iur. ¶ Opp.ad tertium
dictum naꝫ furioſus equiparatur ab=
d ſenti.[d] vt lege ſecunda.§. furioſus. ſu=
pꝛa de pꝛocura.et infra de iure codi.
lege ſecunda.§.furioſus.ergo idẽ de=
bet eſſe in abſente quod ſupꝛa dixi in
5 furioſo.glo.inuoluit ſe.Dyn.† dicit o=
ptime.quandoqꝫ ſufficit abſentia nec
requiritur conſenſus abſentis: et tunc
furioſus habetur pꝛo abſente: vt lege
ſed et ſi vnus.§.filio.infra de iniur.

* Pꝛo concoꝛdia.Aduerte quod Barto.in l.iubemus
C.ad velleia.dicit quod mulier que conſentit aliena
tioni ſibi pꝛeiudicat in iuribus hypothecarum.Cõ=
trarius allegatur in hoc. §. voluntatem. Solut. do.
Alexan.in dicta.l.iubemus.in apoſtillis ſoluit quod
debet itel=
ligi ſecun=
duꝫ deter=
minationẽ
in hoc. §.
volũtatem.
vt loqua=
tur patre
moꝛtuo ſe
cus quan=
do eſſet vi
uus.et ita
intelliga=
tur in hoc
§. volunta
tem.
a ¶ Pꝛeiu=
dicet pr̄i.
Adde qꝺ
Bal. hic ⁊
cano. in.c.
ex literis.
de pigno.
et Specu.
in ti.de do
te poſt di.
teſti. in.§.
foꝛma ver
ſic. quid ſi
filia. infe=
runt quod
ſi filiusfa=
milias re=
nuntiauit
iuri hypo
thece qꝺ
non pꝛeiu=
dicat pa=
tri.idem ſi
commiſit adulterium.et hoc omnes ſequuntur hic
per tex.in auten.de nup.§.eſt queſtio.idẽ ſentit glo.
in lege finali.C.de repu.d. Anto.in.c. quia plerũqꝫ.
de dona.inter virum et vxo.
b ¶ Qui tacet.adde quod Bald. infert ad ſtatutum
quod mulier non poſſit ſine conſenſu duoꝛum pꝛo=
pinquoꝛum alienare quod non ſufficit illos eſſe pꝛe=
ſentes et tacentes per hunc text.in verbo videri qꝺ
fictionem denotat.lege pꝛima.§.deieciſſe. de vi ⁊ vi
arma.et lege tertia.§.econtrario.infra de acquiren. c
poſſeſ.et Barto.in lege is qui pꝛo emptoꝛe. infra de
vſuca.ſed ſtatutum requirit caſum verum et non fi= d
ctum.vt lege finali.C.de his qui veni.eta.et lege ter
tia.§.hec verba.ff.de nego.geſt.et.c.in noſtra.de iu=
reiur.et ita tranſeunt moder.pꝛo qua opi.alleg.An=
gel.text.in lege pꝛima.in fine.infra de auto.tuto. ſed
melius facit lege tertia.cum gloſſ.eodem titulo: ta=
men.§.emphyteoſim.el.ij.in auf.de ali. et emphy.li
mitat niſi ſtatutum requireret ſcientiam: quia tunc
etiam ſcientia cum contradic.ſufficeret quod limita
tur niſi ſcientia eſſet neceſſaria alicuius poſiti in di=
gnitate:vt epiſcopi:quia tunc requiritur ſcientia ⁊ cõ
ſenſus.vt eleganter voluit Arch.in.c.quidam per il=
lum text.
xxiij. q. ij.
alꝰ.xxviij.
quod reaſ
ſũpſit bal.
in lege fi=
nali.§. ne=
ceſſitate.
C.de bo.q̄
libe. et an
ſi pꝛopin=
qui nolunt
conſentire
an iudex
poſſit illos
cogere vł
diſpenſare
quod abſ=
qꝫ eoꝛum
cõſenſu cõ
trahat. et
ſimilit̃ de
eo quod di
cit Rom.
quod ſi re=
quirat̃ vt
aliqd fiat
de licentia
talis an re
quirat̃ ex=
pꝛeſſa. vi=
dete Abb.
conſi.lxvj.
ij. volu. et
quando ta
cẽs videa
tur conſen
tire. vide
Alex.cõſi.
l.ij.volu.et per Abb.conſi.xl.ij.li.et inqꝫtum Alexã.
concludit quod ſtante ſtatuto quod filius non poſſit
contrahere ſine conſenſu patris: quod ſi pater effi=
ciatur furioſus quod abſqꝫ curatoꝛe vel decreto fili⁹
poterit contrahere.Adde pꝛo hoc quod voluit bal.
ſuper ſtatuto pꝛedicto.conſilio.ccccxliiij. quod mu=
lier non poſſit contrahere ſine conſenſu mariti: ꝙ ſi
maritus ſit abſens de longinquo quod poterit con=
trahere abſqꝫ eius conſenſu.
Andreas Pomate. ¶ Ut in gloſſ.vide Cardi.
conſi.xxxiij.et conſi.lvj.in pꝛimo dub.
¶ Abſenti.facit ad teſtem qui dicit ſcio:quia fui pꝛe
ſens:licet non dicat vidi quod eius dictum valet. li=
cet Bald.hic contra et quod pꝛobet tenuit Abb. in
c.peruenit.de teſti.cog.et Jmol.ſequitur et Bald.
in lege diem.§.coꝛam.ſupꝛa de arbi.Ange.in auten.
de teſti.§.ſi quis.per gloſ.in capitulo pꝛeſentium.de
teſtibus in.vj.gloſſ.in lege pꝛima.C.de erro. aduoc.

Specu.in titu.de teſte.§.primo.verſic.item quod viſum.et Barto.in lege prima.in fine.infra de auto.tuto.Bald.in lege ſi non ſpeciali.C.de teſtibus.& bar. a in ſuo tracta.de teſte.procedit tamen opinio.ſ.Bal. vbi q̃s de aliena p̃ſentia deponeret q: intelligit nõ de ſciẽtia ſed de preſentia tantum deponere.ſecus vbi d̃ ſua: quia intelligitur de preſẽtia et ſcientia:vt per Bart. in.l.j.ſ.de aut.tut.de q̃ Bal. facit feſtum in lege prima. C.de bonorum poſſeſ. ſecundũ tabu.'q̃s autem dicatur abſens ille qui longe eſt proprie.lege finali.§.vbi autem.co dice d̃ bo.que libe.d̃ quo p paulum de lega.3.in clemen.cũ rationi.de elec.et Jo.andr.in capitulo ſi d̃ legatus.d̃ officio de lega.in.vj.et p bal.cõſil.cccclxiiij.et quõ q̃s p̃ſumatur p̃ſens:et cui incumbat onus probãdi abſentiam per eundem conſilio.ccclxiij.iij.volumine.et an preſentia teſtis neceſſario includat ſcientiam.vide Bald. conſilio.cccclxj.tertio libro.

Quandoq̧ requiritur conſenſus abſentis:et tunc furioſus non habetur pro abſente.vt.l.ij.§.fi.ſ.de procur.quandoq̧ requiritur preſentia & conſenſus 7 expreſſus:et tunc habetur pro abſente.vt.l.ij.§.furioſus.ſ.de iure codicil.. quandoq̧ requiritur conſenſus nec curatur vtrum ſit preſens vel abſens:et b tunc aut ſane mentis contradicere poteſt: tunc habetur loco diſſentientis. vt.l.qui ad certũ.ſ.locati.aut non poſſet contradicere : et habetur pro conſentiente:vt hic.veruntamen iſtud nõ eſt proprie conſentire.ſed magis non diſſentire.vt.ſ.dixi. ❡Venio ad glo.
6 et oppo.dicitur hic† quod pater tenetur ſatiſdare pro filia.Contra.ſ.de procura.l.non ſolum.§.ſi pater.Solu.dicit glo.ibi pater agebat actione iniuriarum que erat ſua propria.hic agebat actione de dote que eſt communis et vna tantum.vt.ſ.dixi.❡Opp. ad idem.pater eſt legitimus adminiſtrator.vt.l.j.C.de bo.ma.ergo nõ cogitur ſatiſdare.vt.l.fi.§.defenſionem. C.de admi.tu.Gl.format iſtud dubiũ C.de bo.que libe.l.cum non ſolum.§. vbi autem.et.l.filiuſfa.ſ.qui ſatiſ.cog. Dy.in c.ratum.de regu.iur.lib.vj.dicit.Aut pater agit tanq̃ legitimꝰ adminiſtrator filie.et non cogitur cauere:vt in contrario.Aut agit nomine filie tanq̃ quilibet adminiſtrator extraneus.et cogitur cauere. Eſt et tertiũ membrũ.Aut pater agit noĩe ſuo & requiritur conſenſus filie:et ſimuliter debet cauere vt hic.ita dicit Cyn.in.d. §.vbi autem.❡Querit glo.quid ſi omiſſa ſit cautio de rato.dic vt.ſ.eo.l.ſi cum dotem.§.ſi pater.❡Secundo queritur quid ſi filia[a] moritur.dic vt in gloſſ. ❡Querit glo.quomodo hec practicabimus vt doceamur de filie voluntate?Reſpon.ſi de filie ſcientia non conſtat debet ei denuntiari:ſed ſi ſciret nõ eſſet opus denuntiatione:vt.l.herennius.ſupra de euic.et lege prima.in fine.ſupra de actio.emp. ❡Not.hanc glo.et leges quas gloſſ.alleg.que videntur firmare 7 quod vbi venditor† ſcit litem motam emptori:non debet ei emptor denũtiare.idem tenet in.l.emptor. C.de euic.et ibi Cy.et Dy.in.c.cũ qui certus.de re.iur.li.vj.Contrarium ſemper tenui.b Nã quandoq̧ denuntiatio fit ad certificandum aliquem:& tũc verificatur regula quod qui certus eſt certificari non debet:ſed quando denuntiatio fit ad aliud:tunc etiam ſcienti debet fieri denuntiatio:vt.l.denuntiaſſe.in pri ci.infra de adul.Sed denuntiatio que fit venditori non fit tantum vt certificet eum:ſed ad citandum eũ quod veniat ad defendendũ:vt.l.j.C.de peri.et commo.rei ven.et in lege ſi rem.in fine.de euic.dixi in dicta lege denuntiaſſe.in prin.et in.l.non ſolum.§.finali.de ope.no.nun.et in materia proteſtationum.

1 ☞ Petere rem qui poteſt quando poſſit etiam ſolutionem recipere.
2 Filiofamilias quod poſſit ſolui in his in quibus nõ requiritur vſuſfructus patri.et nu.9.
3 Solutionem recipere quod ſit alienatio.
4 Dictio que: ideſt cuius.
5 Actio de dote quomodo ſit cõmunis patris et filie.
6 Actio de dote competit patri et filie inſolidum.
7 Alter ex duobus reis credendi poteſt agere ſine cõſenſu alterius:nec tenetur cauere de rato:ſed de defendendo.
8 Coniuncte perſone quando poſſit ſolui.remiſſiue.
10 Procuratori dato ad exigendum quod poſſit ſolui.
11 Solutio facta creditori creditoris quando liberet ſoluentem.

NON ſolum. De dote cuius actio eſt cõmunis ſolutio facta vni non preiudicat alteri:niſi pecunia in eiꝰ cõmodũ ſit cõuerſa.h.d.cũ.l.ſeq. ❡Vos habetis hic q̃ qui nõ poteſt petere non poteſt ſolutionẽ recipere. ❡Op. infra de verb.oblig.l.eũ qui.§.qui ſibi.et de ſol.l.q̃ ſtipulatus.Sol.gl.q̃ aliud in adiecto.vt ibi: q̃ declara vt ſtatim dicam.❡Oppo.ſ.de ſolu.l.hoc iure.vbi quis poteſt petere non tamen ſolutionem recipere.Dicit gloſ.aliud in procuratore litis.Tu dic
1 †pro declaratione iſtorum iurium : vtrum petere et ſolutionem recipere procedãt ex iiſdem regulis.dic aut quis non poteſt petere ſine voluntate alterius: quia alieno nomine petit.& tunc illa procedũt ex iiſdem regulis vel non:ſcd̃m voluntatem eius cuius nomine petit.nam ſi mandat vtrũq̧.ſ.quod petat et ſolutionẽ recipiat:vtrũq̧ poteſt facere.ſi mandat alterũ tantũ illud ſolum facere poterit: & nõ aliud.exẽplum in adiecto cui tantũ ſolui poteſt:quia hoc videtur mandatum.vt.l.vero procuratori.ſ.de ſolu.petere autem non poteſt:q: hoc non eſt mandatũ.idẽ eſt in procuratore litis:qui poteſt petere cũ ſibi mandatum ſit:non autem ſolutionem recipere:q: hoc nõ

a ~And.Poma.❡Quid ſi filia.Adde q̃ ſi filia ingrederetur monaſteriũ.p Alex.cõſi.cxxxix.ij.vol.
b ❡Contrarium adde cum Bar.cõmuniter tenetur. et idẽ quod hic tenet Bar.in.l.denũtiaſſe.ſ.de adul. et in.l.non ſolum.§.morte.ſ.de oper.no.nun.Bald. Bar.Sali.in.l.emptor.C.de eui.Bar.in.l.qui abſentem.et ibi Bal.et Ang.ſ.de pcu.Ang.et Imo.in.l. in exec.§.inſolidũ.ſ.de ver.obli.Bal.in.c.j.ſi vaſ.de feud.abal o fuerit interpre.Specu.et Joan.andre. in titu.de empt.et vendi.§.finali.ad fi.et Pe.de ancha.et Joan.an.in.c.fi.de empt.et vend.in.vj.q̃ ſingulariter limitat Alc.vt hic per eum.



eſt ſibi mandatum:vt.l.hoc iure.ſ.de ſolu. ❡Quãq̧ quis vult petere nomine ſuo & ad ſuã vtilitatẽ: tunc aut non poteſt petere propter defectũ iuris q̃ habet:& nõ poteſt ſolutionẽ recipere.hic eſt caſus hic: quia illa ratio reſpicit vniformiter petitionẽ & ſolutionẽ.nã propter cõmunionem que eſt inter patrem et filiam non poteſt pater ſolus petere . eodem modo nec ſolutionẽ recipere.❡Quãq̧ quis prohibetur petere propter defectũ qualitatis perſone: q: nõ poteſt ſtare in iudicio:& tunc quãq̧ talis defectꝰ eſt ita potens quod eodem modo quo impedit petitionẽ impedit & ſolutionem:ſicut in pupillo & furioſo:et ſic qui nõ poteſt petere nõ poteſt ſolutionem recipere: vt.l.non omnis.§.fi.ſ.ſi cer.pet.Quãq̧ talis defectꝰ reſpicit petitionẽ tantum propter ſolennitatem iudiciorũ:nõ ſolutionẽ.Exemplũ in filiofa.& ſeruo.& tũc qui non poteſt petere poterit ſolutionem recipere:vt l ſi vnus.in prin.ſ.de pac.& l.q̃ ſeruus.ſ.depoſiti. ❡Et per hoc poteſt determinari queſtio. vtrum in
2 caſibus in quibus† patri per filiũ non queritur vſuſfructus poſſit ſolui filio.Et videtur q̃ non: q: filius non poteſt agere:vt.l.cũ non ſolũ.§.neceſſitatem. C. de bo.que libe.ergo nec ſolutionem recipere vt hic. In contrarium dicit Dyn.q: filius poteſt alienare.& prohibitio alienationis facta eſt ſolum in his in q̃bus patri acquiritur vſuſfructus:vt.l.fi.§.filiis autẽ. C.de bo.que liber.ibi dũtaxat:ſed recipere ſolutio-
3 nem† eſt alienatio:vt.ſ.de ſolu.l.qui hominẽ.§.ſi titium.ergo &c.Preterea probatur ex diſtinctiõe precedenti:quia ratio que impedit filium agere nõ impedit eum ſolutionem recipere. ❡Oppo.hic dicitur q̃ dos eſt cõmunis patris & filie. Contra imo eſt viri:vt.l.doce.C.de rei ven.Solu.vt in glo.breui
4 ter dicas q̃ debet exponi hic† que.i. cuius actio.ſimile.ſ.l.proxi.§.quod ſi in patris. ❡Opp.de.l.ſi filia.ſ.de iure dot.Solu.ibi ideo quia filia ſe dotauit de peculio . & ideo pater permittendo quod ſe dotet de peculio videtur permittere quod ſibi ſoluatur. ❡Oppo.de.l.ſi cum dotem.§.primo.infra eodem. Solu.ibi ſolutum fuit filie ex iuſtis cauſis.❡Quero circa iſtud principium qualiter actio de dote eſt
5 communis patris et filie†. Gloſſa dicit ſicut duobꝰ heredibus:vt.l.ea que.C.familie erciſcunde.tamen pater habet exercitium partis ſue & partis filie.Certe ex hoc ſequitur quod non eſt bona ſimilitudo. nã vnus ex heredibus non poteſt habere exercitium niſi pro parte ſua:vt.l.ſepe.de re iudicata.& l.pro hereditariis.C.de heredi.actio .Unde gloſ. reſpondet aliter quod eſt communis ſicut in duobꝰ reis: quia quilibet habet actionem inſolidum. & ſecũdum hoc plus habet pater:quia habet exercitium volente filia.Sed cõtra hoc facit:quia etiam filia habet exercitium volente patre,vt in autenti.quod locum.C.de colla.Sed reſpond. in filia requiritur quod habeat expreſſum conſenſum patris.in patre ſufficit q̃ filia non cõtradicat nec cauſam contradicendi habeat: vt.ſ.l.prox.§.volũtatẽ.facit.l.filiuſfamilias.§.ſed et filia.ſ.de procura.Sed Dyn.dicit quod exemplum de duobus reis non eſt bonum.nam in duobus reis ſunt plures actiones & plures obligationes.vt de fideiuſſor.l.generaliter.& l.ſi reus.ſed hic eſt vna tantum. vt.ſ.l.proxima.§. item ſi volũtate. hoc etiam dicit gl.in.l. qui hominem .§ .gener. ſ.de ſolutionibus . Qualis eſt ergo iſta communio?Dicit Dy.quod communio eſt ſicut in pluribꝰ heredibus eius qui ſtipulatus eſt indiuiduum: vt.l.ſecunda.§.ex his.ſ.de verborum obligationi.hoc tamen eſt hic plus: quod non poteſt alter agere ſine altero.ratio eſt propter ſpem cõſolidationis que eſt vt altero moriente conſolidetur in alterum.& ita intelligit gloſ. in preall.§.ſi gener. ❡Quero qualiter ſit iſta cõſolidatio. Certe ex p̃dictis apparet:nõ enim trãſit actio de vno in aliũ:q: vna eſt tñ actio vt dictũ eſt:ſed obſtaculũ tollitur:nã p̃re mortuo tollitur obſtaculũ q̃ obſtabat filie.& econtra mortua filia tollitur obſtaculum q̃ obſtabat patri.ita dicit glo. ❡Quero
6 ſi hoc eſt verũ† quod vtriq̧ cõpetit actio inſolidũ . vñ eſt vt alter caueat de rato p altero inſolidũ.vt. ſ. pri. in fi.q̃ videtur cõtra.l.nõ ſolũ.§.ſi pater.ſ.de procu. Glo.reſpondet et bene:q: conſenſus alterius requiritur:ſed in duobus reis ſecus eſſet.❡Ex iſta glo.no. primo iſtud tertium mẽbrum additũ ad diſtinctionẽ gloſſ. & Dy. & xi ſupra.l. proxi.in fine . ❡Secundo
7 nota.† quod vnus ex reis credendi poteſt agere ſine conſenſu alterius: nec tenetur cauere pro eo, Cyn. allegat gl.iſtam.C.de duobus reis . aut. hoc ita . ſed ego dico q̃ licet non teneatur cauere de rato ſecundũ iſtam gloſſ.tenetur tamen cauere de defendendo cum ſi ab alio conueniatur.vt eſt tex.nota.in.l.fideicommiſſa.§.plerumq̧.in fin.ſ.de leg.iij. ❡Text.iſte inducitur in arg.ad queſtionem:vtrũ
8 †coniuncte perſone poſſit ſolui. & hic eſt caſus quod non.nam nulla eſt magis coniuncta perſona q̃ pater et filius.& tamẽ ei non poteſt ſolui vt hic. et.l.ſecunda.ſ.vt leg.no.ca.& infra eodem.l.filie.& ſ.de ſolutio.l.qui hominem.§.ſi gener.& no.in.l. vero procuratori.de ſolutio. ❡Item inducitur
9 †ad aliam queſtionem vtrum in caſibus in quibus patri per filium non q̃ritur vſuſfructus poſſit ſolui filiofa. Et videtur quod non:quia filius non poteſt agere ſine conſenſu patris. vt l.non ſolum.§.neceſſitatem. C.de bo. que liberis.& ſic non poteſt ſibi ſolui: vt hic.In contrarium argumen. Dynus quod filius poteſt alienare:& prohibitum eſt ſibi ſolui in illis caſibus in quibus patri queritur vſuſfructus: vt.l.finali.§.finali.C.de bonis que liber. ſed recipere ſolutionem eſt alienatio.vt.l.ſi hominẽ.§.ſi titiũ.ſ.de ſo

a ℭ Utrum procu. Adde q Specu. tenet q ſolu. recipere non poſſit a ſponte ſoluente procu. in titu. de procu. §. vt ante. idē tenet Ro. per l. fi. in verbo nec exigere. C. ſolu. mat. cōiter doc. tenēt cōtrariū per l. indultum. C. de ſolu. ⁊ l. non abſtulit. C. de noua. ⁊ l. verbum exacte. de ver. ſigni. Ange. in l. ſolutam. §. ſolutum. de pig. actio. Bald. in l. falſus. C. de fur. et licet non ſatis in propoſito poſt hic dici de illa q. ſi teſtator prohibuit heredem ne ſe immiſceret de facto hereditati donec ſoluerētur legata ſub pena priua. ipſius. et heres a ſponte ſoluentib⁹ recipit pecunias an debeat priuari hereditate. Pe. de ancha. con. ſi. xlvj. conſuluit quod non.

* Pro cōcor. Aduerte quod Barto. his que dicit in hac l. de diuiſione circa fi.

a 10 lu. ergo ⁊c. Ad hanc l. reſpondeo: q hic eſt eadem ratio in ſolutione ſicut in petitiōe. vt. ſ. dixi in prin. l. ℭ Itē inducitur ad aliam. q. vtrū procuratori dato ad exigendū poſſit† ſolui. Hic videtur qd nō cōiuncto tex. cum gloſ. prima huius. l. ibi: vbi dixit exigit pcurator litis nō tñ ei ſoluitur ⁊c. breuiter dico: aut mandatū de exigēdo fit ſeruo: ⁊ intelligit qd exigat extra iudiciū quia in iudicio eſſe nō poteſt: vt. l. ſi quis ſeruo. j. de ſolu. Si vero mandatū de exigendo fiat libere perſone: tūc importat qd poſſit ſolutionē recipere ſcdm Iaco. de are. vt C. de noua. l. non abſtulit. ⁊. C. de ſol. l. inductū. dixi in l. hoc iure. j. de ſolu. Non obſt. hic gloſſ. q exponitur exigit. i. peragit vſq ad ſententiam perueniendo. Uenio ad verſiculum ſed ſi pecunia.

**Sed ſi pecunia.** Hic habes qd ſi pecunia ſoluta per vnū perueniat ad aliū qui nō cōſentit ſolutioni qd contingit liberatio. h. d. ℭ Opp. q peruenit ad patrē illud qd ſoluitur filio: quia quicquid acquirit filius acqrit patri. ergo ſtatim liberatur. vt. l. j. j. ſi a pa. quis fue. ma. Solu. dicit Dy. intellige q ad patrē peruenit realiter et cū effectu. ſimile. infra de legatis primo. l. ſi ſeruus. §. primo. ℭ Oppo. ni. hic dicit qd tollitur actio ipſo iure. ⁊. j. l. proxi. dicit qd tollitur ope exceptionis. Sol. hic loquitur qñ pecunia directo ad alterū peruenit. j. eo. l. proxi. loquitur qñ ad aliū peruenit p obliquum: ſed glo. hic poſita ſup verbo peruenit. non patitur iſtam ſolutionem. dic ergo qd in. l. proxi. dicit.

Ex ſtricti iuris eſt actio deſcendens ex ſtipulatu in dotalibus que cōpetit extraneo contrarius alleg. in. l. ſi cōſtante. in. ij. parte. co. ix. ver. vj. queritur. hoc. e. tit. iſta materia quātū ad propoſitum reputatur ſatis difficilis ⁊ prolixa quia glo. ⁊ docto. multum variarunt. Pro ſolu. tamen vide concordan. quam poſui in d. l. ſi conſtante.

b ℭ Poſſeſſiōe tradita. videtur verū etiā ſi in dote ſit diuerſitas bonorū vt eſt glo. reputata ſingularis in. l. j. in ver. vniuerſe. j. pro dote. quā alle. Bal. ⁊ Imol. hic et eam ſingularem facit Bal. in. l. ij. C. de iu. do. et pro glo. eſt tex. in. l. quotiens. C. de his qui a nō do. man. et vide Ange. conſi. lxxvj.

de doli exceptione. ſ. facti vel intētionis. ℭ Sed cō-
11 tra hoc op. quādo ſoluitur creditori† creditoris non contingit liberatio ipſo iure: ſed ope exceptiōis ſic: vt. l. ſi liber homo. ſ. de nego. geſt. ⁊. ſ. de doli exce. l. ſi opera. Sol. ibi quādo ſoluitur creditori qui nullo modo eſt particeps oblig. hic qñ ſoluitur illi qui erat particeps oblig. facit. ſ. de pigno. act. l. ſolutū. §. ſolutā. ⁊ hoc modo intelligitur iſtud quod gloſſ. hic nota. qd libero: ſoluendo alij: dummodo pecunia ad creditorem peruenerit.

1 ☞ Prediū nō dr dotale niſi poſſeſſione tradita.
2 Mulier quod nō conſtituatur in mora pro dote ſine interpellatione.
3 Actio ex ſtipulatu que competit viro eſt bonefidei. Et nu. 5.
4 Fructus dotis a quo tempore debeantur marito.
6 Ambaſiatori reuerſo in tertijs quod debeatur ſalarium pro integro die.

* **De diuiſione.** Supra tractauit iuriſconſult⁹ materiam cōionis in actione de dote inter filiam ⁊ patrem. hic incipit tractare qualiter fructus vltimi anni quo matrimonium ſeparatur diuiduntur inter virum ⁊ vxorē ſeu heredes eorū. ⁊ hanc proſequitur vſq ad. l. ſi ab hoſtibus. ⁊ breuiter. h. d. Ultimus annus a die traditionis rei dotalis connumeratur ſi nuptie preceſſerunt. h. d. ℭ Glo. primo ponit duas lectu. vna quādo matrimonium durauit pluribus annis. alia quādo durauit tantum vno anno vel minus. j. ⁊ in alio
1 nō differunt. ℭ No. primo q prediū† non dicitur
b dotale niſi poſſeſſiōe tradita. b ſic. ſ. de fundo dota. l. dotale. §. j. ℭ Oppo. hic innuitur quod fruct⁹ medij temporis vir lucratur. contra. j. e. ⁊ l. in inſulā. §. vſuras. de doli excep. l. fi. circa prin. Sol. hic vir ſuſtinuit onera matrimonij: ideo fructus medij tēporis lucratur: ibi ſecus. ita dicit glo. j. ℭ Oppo. quod inſpiciatur tempus nuptiarum. vt. j. l. proxima. So. ſi nuptie preceſſerunt inſpicitur tempus traditiōis. vt hic. ſi non preceſſerunt inſpicitur tempus nuptiarum: vt in contrario. ita dicit gloſſ. vlti. in principio. ℭ Opponi. pro declaratione eiuſdem gloſſ. quod marito debeantur fructus a tempore more: vt. l. videamus. in princip. ſ. de vſuris. Solu. intelligo hoc cum mora non preceſſit: aliter fateor q vir deberet eos habere a tempore more: cum actio iſta ſit bonefidei. ita dicit gl. imputet enim ſibi maritus ſi mu-
2 lierem non interpellauit. habes ergo qd mulier† nō conſtituitur in mora ſine interpellatione. Secundo
3 habes hic qd hec actio† que competit viro eſt bone fidei. ℭ Ad primum oppo. qd cum iſte contract⁹ ſit vltro citroq obligatorius: ſtatim cū vir implet contractum ex parte ſua ſuſtinendo onera matrimonij: vxor dicitur eſſe in mora re ipſa: vt. ſ. de actio. emp. l. iulianus. §. offerri. ⁊. §. ex vendito. ⁊. C. de actio. empti. l. curabit. Solu. dicit glo. intelligo mulierem nō percepiſſe fructus: alias oppoſitio procederet. Uel dicit gloſſa. dic mulierem obtuliſſe: et maritus fuit negligens recipere: ⁊ ſic non fuit in mora. Iacobus de are. damnat iſtam gloſſ. per. l. fina. §. finali. C. de iure dotium. vbi nō contrahitur mora niſi per interpellationem vel per curſum biennij. ℭ Ad contra-



rium ſignatum in gloſſ. reſpondebat Andreas de
a piſis quod hic maritus non impleuit cōtractum ex parte ſua perfecte: quia adhuc debet mulierem alimentare per totū tēpus matrimonij. Itē q poſt eā repudiare: hec rñſio non placet: q eodē mō poſſunt contrahentes ſi volūt a cōtractu vēditionis diſcedere. ℭ Preterea in cōtractu locatiōis ſi aliquis locaſſet ad plures annos: poſt in fi. vnius anni petere mercedem pro illo anno: lz nō impleuerit pro toto tēpore.
e ita et maritus pro tēpore quo ſuſtinuit onera matrimonij: pro illo dz lucrari fructus. vñ dicit Pe. qd vir videtur donare fructus vxori non petendo eos. ſed non placet: q eadē ratione poſſet dici q emptor videretur donare vēditori. imo fortius cū ſit phibita f
a donatio inter virū et vxorē: vnde teneo opi. gloſſ. a
b ℭ Nō ob. l. fi. §. fi. C. de iur. do. ſ. alleg. b q hic loquit 6 qñ mulier ſeipſam dotauit: vnde cū ei impleatur cōtractus per virum: re ipſa mulier eſt in mora: ſed lex cōtraria loquitur qñ dos fuit promiſſa ab extraneo: et ita ibi exponitur in gl. parua dñ tex. dicit ſi qs ⁊c. dicit glo. ſ. extraneus. qd patet ex cōtinuatiōe illi⁹. §. ad precedentia. licet enim marit⁹ preſtet vxori alimenta: quātum ad extraneū nullum cōtractū impler: q quoad eū eſt donatio: ideo extraneus non eſt in mora: niſi per interpellationem vel curſum biēnij. et iſta eſt vera. Sed qñ ſe dotat mulier eſt idē qd in vēditione: vt. l. oēs. et. l. ſe. j. de ac. et obliga. et. l. apud celſum. §. ſi cum legitima. j. de doli excep. ℭ Reaſſu 1
c me c ergo breuiter aut† traditio preceſſit nuptias: et
4 tunc inſpicitur tēpus nuptiarum. vt. j. l. proxi. aut nuptie preceſſerunt et ſecuta eſt traditio: et tūc aut dotauit mulierem extraneus: aut ipſa ſeipſam dotauit. Primo caſu annus computabitur a tempore traditionis: niſi mora preceſſerit per interpellationem vel curſum biennij. vt prealle. l. fi. C. de iure do. tunc enī incipit a tēpore more. Scdo caſu qñ mulier dotauit ſeipſam: et tunc aut vir non ſuſtinuit onera matrimonij poſt nuptias. et ab illo tempore annus non cōnumeratur. arg. l. in inſulam. §. vſuras. j. e. l. fi. in princi. de doli excep. Aut ſuſtinuit onera matrimonij: ⁊ tūc aut per eum ſtetit quominus fundum reciperet cū 1 fuerit interpellatus ab vxore. ⁊ cōnumeratur ann⁹ a tpe traditionis. vt hic ſm vnā ſolutionē gloſ. Aut
d per eū nō ſtetit. ⁊ tūc aut mulier fruct⁹ nō pcepit. d ⁊ idē vt hic ſm aliā ſolutionē gl. Aut mulier percepit fructus. ⁊ cōnumeratur annus a tpe quo incipit maritus onera matrimonij ſuſtinere. quia mulier eſt in mora re ipſa: a ſimili: ſicut in emptore ⁊ venditore di-
5 ctū eſt. ℭ Ad ſecundū qd dicit glo. oppo.† qd actio iſta ex ſtipulatu ſit ſtricti iuris: vt no. ſ. eo. l. ij. in. iij. glo. Iac. de are. fatet qd glo. nō dicat verū. cū ſoluz actio ex ſtipulatu q cōpetit mulieri ſit bonefidei ſm d eū vt in. §. fuerat. inſti. de ac. Pet. ⁊ Cy. tenēt cōtrariū. C. de rei vxo. act. l. j. §. ſed ⁊ ſi nō ignoramus. vñ teneas iſtā gl. Nō enī puto qd reperiatur qd ex vno cōtractu actio ex vna parte ſit bonefidei ⁊ ex alia ſit ſtricti iuris. dz ergo intelligi prealleg. §. fuerat. ſecūdum prealleg. §. ſed ⁊ ſi nō ignoramus. Nō ob. gloſ. l. ij. in princi. ſ. eo. quia fateor qd actio ex ſtipulatu q cōpetit extraneo eſt ſtricti iuris: q illa nō reperitur e inter actiones bonefidei. Eſt enim quedam actio f quam extraneus ſibi acquirit ex propria ſtipulatio-

* Pro intel. l. fi. §. fi. C. de iu. do.
ℭ Unde teneo opi. gloſ. cum Barto. tranſit Bald. Ange. Roma. Pau. de caſt. Alex. vero dicit q nūq ſibi placuit op. Barto. ſm Iac. de are. And. de pi. ⁊ Imo. latius hic vide per Alexan.

ne. vt in. §. accedit. C. de rei vxo. acti. et. l. auia. C. de iure do. Actio vero ex b ſtipulatu q cōpetit vxori ⁊ etiā viro c eſt bonefidei: vt hac gloſ. ⁊ prealleg. §. fuerat. ⁊. d. §. ſed ⁊ ſi nō ignoram⁹. ℭ Opp. de fun. do. l. iiij. Sol. aut traditio nō preceſſit ⁊ nō eſt dotalis proprie: ſed quaſi dotalis vt in gloſſa. f ℭ Ultimo hāc. l. inducit Dy. in marg. c ad. q. de† ambaſiatore qui reuerſus eſt in tertijs an debeat habere ſalaria pro die integra an vero p parte. Hec lex facit qd dz habere pro parte: vt. ſ. de mino. l. iij. §. minorē. ℭ In cōtrarium facit q dies cepta habet pro cōpleta. vt. j. de teſta. l. qua etate: et. l. in vſucapione. j. de diuer. ⁊ tēpo. preſcrip. ⁊. j. de manu. l. j. ilic. ll. faciunt modicum: ſed pro parte iſta videtur caſus. j. de verbo. ſigni. l. iij. et tene hanc partem.

1 ☞ Dictio quaſi eſt expreſſiua veritatis: et qñ ſit nota diminutionis.
2 An ille q duxit puellā minorē annis xij. ⁊ ſuſtinet onera matrimonij lucretur fructus dotis.

**Si ante nuptias.** Si traditio preceſſerit: dico nuptiarū inſpicitur et fructus ante nuptias percepti augēt dotem. h. d. ℭ Opp. ad fi. ſ. de iu. do. l. dotis fructus. ⁊. j. co. l. diuortio. §. item ſi meſſes. Sol.† iſtud quaſi eſt expreſſiuū 1 veritatis. ſimile. C. de legi. tu. l. iiij. et l. j. ſ. de tranſact. ⁊. j. de eo qui pro tu.

Andreas Pomate. ℭ Dot. ſ. alle. Uide Alexan. cōſilio. cxlvij. in antepe. colum. iiij. volu.
c ℭ Reaſſume. quid dicemē ſe emergenti quomodo cōpenſabitur quia aliqui hñt dies plures: aliq pauciores: vt ſiu dex die. x. februa. dederit dilatione vni⁹ mēſis quō cōputabimus et diccēdum eſt vſq ad. x. martij: q inſpicitur menſis: in quo fit actus ſcdm glo. cōiter approbatā in. c. qm ſit. de elect. in vj. ⁊ eſt glo. in. c. ſi propter debita: de reſcrip. in vj. Io. and. et omnes in. c. licet: de ſup. neg. prela. Bal. ⁊ Ro. in l. j. ſ. ſi quis cau. Bal. in auten. qui ſemel. C. quomodo ⁊ quando iudex. Ange. poſt glo. in ver. triū menſium. in. l. fi. §. j. de iu. delib. Bal. in. l. cū biſſextus. de ver. ſig. per Bar. in. l. ij. C. de tēp. ap. Pau. de leaza. in commento. c. nulla. de conceſ. preben.

d ℭ Fructus nō percepit. ex doctrina Bar. hic iūcta gl. colligitur qd mora iſta nō contrahitur niſi vbi percepti ſunt fructus ab illo cui impletū eſt nec ſufficit qd impletū ſit ab implere debēte: niſi implementū accipiens fructus perceperit ⁊ ita videtur voluiſſe tex. in. d. l. curabit. ⁊ firmat Cy. in. l. ſi minorē et ibi Bal. C. in qui. cau. in integr. reſtitu. non eſt neceſ. et Pau. de caſt. hic.
e ℭ Etiā viro. Adde Pau. de ca. conſi. cccxlij.
f Andre. Poma. ℭ Ut in glo. Uide Feli. conſi. cx. ⁊ conſi. ſeq. in pe. col.

l.j.§.cum.et.ĩ.ad trebel.l.mulier. §.fi.
et.ĩ.de inin.l.ſed et ſivn⁹.§.pretor ait. 1
Quandoq; hec dictio quaſi eſt dimi= 2
nutionis nota: vt lege poſthumorum
ĩ.de inin.et irri.teſt.et.ĩ.eo.l.diuortio 3
§.ſi fundũ.ſm quod ibi intelligit Dy. 4
et ſupra de vſufruc.ea.re.que vſu con
ſu.l.ij.ĩ.eo.l.ſi cum dotem.§.fina.ſm 5
Jaco.de are.¶ Querit gloſ.† quid ſi
aliquis duxit vnam puellam minorẽ 6
xij.annis:cum qua non poteſt eſſe ma
trimonium de iure: et ſuſtinuit onera
eius.vtrum interim lucretur fructus. 8
Dicit glo.quod non per iſtam.l.et pre
cedentem:quia debet inſpici tempus 9
nuptiarum que nuptie non fuerunt.et 10
hoc de rigore.ſed Azo dicit quod de
equitate lucratur: quia eſt eadem ra=
tio in iſto que in viro:quia ſubijt one= b
ra matrimonij.et dicit quod ſeruatur 1
Bononie per legem municipalem.li=
cet gloſſ. illam equitatem non firmet
hi.:tamen firmat eam in.l.dotis fru=
ctus.in prin.ſupra de iu.do.q. iſtaz opi.
etiam ponit Specu.in ti.de dona. in=
ter vi.et vxo.§.fi.verſi. ſed quid ſi mu
lier.et Hoſti.in ſumma de dona.inter c
vi.et vxo.Dy.dicit quod contra opi.
Azo.facit.ĩ.eo.l.in inſulam.§.j. que.l.
bene facit.Ideo diſtinguit Dyn . aut
vir credebat matrimonium tenere.et
lucratur fructus.aut non. et tunc ſec⁹.
vt prealleg.l.in inſulam.§.j. niſi cõtra
rium fuerit pactum: vt.l.dotis fruct⁹.
ſ̃.de iure do. Iſtam.q.videtur tãnge
re glo.C.de do.promiſ. ſi pro dote.et
ibi Cyn.dicit idem quod Dyn.hic.eo 2
addito: quia videtur fructus ex pre=
ſumptione dare ſi tradit dotem . facit
l.dotis fructus.ſ̃.de iu.do. quia bene
facienti benefacere debem⁹. Iſta opi.
Azo. habuit originem ex dictis ſuis
in ſumma.C.de iure dot.circa fin.ſed
et hic mihi videtur qđ oẽs iſti doct. 3
male dicunt:nam pupilla etiam ſi ex
preſſe vellet donare cum decreto nõ
poſſet[a].⁊ non poteſt dotem conſtitue
re:vt.l.ſiue generalis. ſ̃. de iure dot.
et.l.ſequen.⁊.C. de adminiſtra. tuto.
l.lex que tutores.de predi.mino.l.pre 4
dia.vnde dicerẽ quod interueniat pa
ctum de lucrandis fructibus vt dicit
Dy.vel quod tradendo videatur do
nare fructus:vt dicit Cyn.non proce
dit: quia ſi expreſſe vellet donare nõ
poſſet.vt dictum eſt. ⁊ pro hoc vt vir
non lucretur eſt caſus.ĩ quod fal.tut.
auto.l.penulti.§.iulianus. et hoc ve=
rum in pupilla . Sed ſi poneres ſpõ=
ſam eſſe maiorem :.tũc procederet qđ
dicunt docto.⁊ ita procedit gloſ. in.l.
ſi pro dote.C.de do.promiſ. ⁊.l. in in=

ſulam.§.vſuras.ĩ.eodem titu.
☞ Fructus quod dicantur deductis expenſis. 1
Si matrimonium durauit pluribus annis de quib⁹ 2
fructibus deducantur impenſe.
Dos quod ſit quid vniuerſale. 3
Si vltimo anno non fuerunt fructus recollecti non 4
ſit deductio expenſarum.
Colonus ante diuiſionem fructuum quod non de= 5
ducit impenſas.
Verbum fructus prolatum a lege quod intelligatur 6
deductis expenſis.
Et quomodo prolatum ab homine.nu.7.
Diſpoſitio huius.l.an habeat locum in fundo dato 8
eſtimato in dotem.
Dictio mox quomodo capiatur. 9
Si teſtes dicunt quod teſtator inſtituit heredem 10
Titium poſtea ſempronium quod cenſentur ambo
inſtituti.

Fructus.[b] † Fructus intelligun=
tur mariti et mulieris
deductis expenſis. h.d. Primo ponit
quando matrimoniũ durauit vno an=
no vel minus. Secundo quãdo plus.
ſcđa ibi:ita et. Prima ſubdiuiditur : quia primo po=
nitur dictum.ſecundo declaratio dicti.tertio exem=
plum.ſecunda ibi:qđ ſceuola.tertia ibi : nam ſi mu=
lier.¶ Oppo.ĩ.l.[c] proxi.§.interdum.Solu. ibi ma
trimonium durauit pluribus annis integris:ſed qñ
eſt vnus annus non completus:recurrimus ad di=
ſtinctionem huius.l.Item oppo.ĩ.proxi.l.§.ob do=
nationes.Sol.ibi in viro qui nõ deducit:hic in mu=
liere ſm quoſdam : tu dic qđ ibi matrimonium du=
rauit integro tempore.hic autem fuit vnus annus
non completus.Quero de quibus expenſis loqui=
tur hic.dicit gloſ.et bene quod loquitur de impen=
ſis que fiunt fructuum querẽdorum cauſa.¶ Que=
2 ro circa fi.huius.l.† cum matrimoniuz durauit plu=
ribus annis de quibus fructib⁹ deducantur impen=
ſe facte a muliere.de primis non:quia ſunt conſum=
pti.de vltimis non:quia in eis a muliere nõ eſt im=
penſum.Gloſ.dicit qđ de vltimis:quia vltimi ſucce
dunt loco priorum.argu.l.imperator.§.fi. ⁊.l.ſeq.ĩ.
de lega.ij.pro hac glo.primo eſt tex.huius.l. q̃ hoc
3 probat expreſſe.Secundo ratio † dos enim eſt quid
vniuerſale : vt dixi ſupra eodem. ſuper rubri. ſed in
vniuerſalibus vna res ſuccedit loco alterius:vt pre=
alleg.l.imperator.in fi.et nota in.l. ſi rem et pretiũ.
ſ̃.de peti.heredi.et hoc facit ad.q.quam dixi in.l.ſi
ſeruus legatus. §. qui quinq;. infra de legatis pri=
4 mo.¶ Quero extra glo.† quid ſi vltimo anno nul=
li fructus ſunt percepti.Dicit Jacob.de areti.quod
nulla ſit deductio ab aliqua partium. ſicut eñ fru=
ctus vltimi anni ſuccedunt loco fructuum primi an=
ni ſi ſunt vberiores:ita ſi ſint minores vel nulli et ce
tera. Pro hoc alleg.infra legẽ proximã. §. ſi fundũ.
in fine.¶ Contra hoc videtur caſus.ſupra de peti=
tio.heredi.lege quod ſi ſumptus. Reſpond. ibi lo=
quitur de poſſeſſore hereditatis bone fidei:qui non
debet pati commodum vel incommodum:quia re=
ſtituit quatenus eſt locupletior.hic loquitur in vi=
ro et vxore qui patiuntur commodum vel incom=
modum ſecundum quod caſus occurrit . ¶ Ter=

a ¶ Nõ poſ
ſer. ſpec.in
ti.de do.in 2
ter vi.⁊vx.
§.formatis.
verſi.quid
ſi mulier.⁊
ibi Jo.an.
tz qđ de iu
ris rigore
non lucre=
tur fruct⁹
ſec⁹ de eq
tate vide
quod vo=
luit Pe.de
anch.cõſi.
xciij. et in=
quãtũ Alle
xan. ſe re=
mittit an
ſtatutũ di=
ſponẽs qđ
vir lucret
dotem ha
beat locũ
in muliere
non tradu
cta ad do=
mum nec
carnali co
pula cogni
ta . Adde
abb. cõſil.
cvij. Pau.
de ca. cõſi.
cxxiij. bal.
ꝯſ. cccxliij.
j.lib.
And . po.
b ¶ Fruct⁹. a
vide Feli.
in.c. ad au
res. col.an
tepe.i.cxx=
iiij.de pre=
ſcrip.
c ¶ Et ĩ iſta
materia fru
ctuũ qđ de
bet pretiũ.
vide Lud.
ro.cõſil. x.
inci. qõnis
ꝑpoſite de
ci.an.barb.



5 tio quero † locat quis fundũ colono ad dimidiam a
partem fructuũ.colonus vult ante omnia deducere
expenſas:poſtea diuidere fructus per medium ar. b
huius.l.an poſſit.Ja.de are.dicit qđ non:quia ope=
ras ſuas ⁊ expẽſas videtur ponere pro illa medie= 3
tate fructuũ quã lucratur. arg.l. cum duob⁹.§.ſi in
cocunda.ſ̃.pro ſocio.⁊ ſic habet ſe cõis vſus ⁊ con=
ſuetudo que eſt ſeruanda.ar.l.cũ de lanionis.§. aſi=
nam.ĩ.de fun.inſtru.⁊.l.anniculus.de ver. ſig. Nec 4
ob.hec.l.vt dicit Ja.qr hec dictio fruct⁹ profertur
a lege.ſed in.q.predicta profertur ab hoĩe. ¶ Pro
6 declaratione huius.q.dic aut † verbũ fructus ꝓfer=
tur a lege ⁊ intelligitur deductis expẽſis:vt hic. fal 5
lit in decimis vt extra de deci.c.tua nobis.⁊ not.de
7 peti.here.l.ſi a dño.vel a patre.§.fi. Si vero † ꝓfer
tur ab homine.tunc aut iſta dictio fructus ꝓfertur 6
ad fructus extantes in fundo ſeu pendentes.⁊ intel
ligitur de fructib⁹ integris deductione nõ facta:vt
l.ſi pendentes.in prin.de vſufruc.⁊.l.quoties.§.ſi co 7
lono.eo.tit.⁊.l.qui pendentem.de actio.empt. et.ĩ.
de his que in frau.credi.l.fi.§.penul.licet gl. videa=
tur ibi aliter dicere.vt in.l.iulianus.§.ſi fructib⁹.ſ̃. 8
de act.emp.⁊ de iu.fiſci.l.fi. in fi. Si vero refert ad
fructus futuros recolligẽdos:intelligitur deductis
impenſis:vt.l.fundi trebatiani.ĩ.de vſufru.leg.⁊ gl. 9
in.l.ſi quis argentũ.§.j.C.de dona.et hoc niſi aliud
ſit actum tacite vel expreſſe:vt in colono dictum eſt
ſm Jaco.de are.⁊ hoc verũ qñ nomẽ fructus inde=
terminate profertur.ſed ſi ꝓfertur determinate. vt 10
decem corbes frumẽti ex illo fundo : tunc nõ habet
locũ iſta diſtinctio.ſed ſi ſtatutũ dicit qđ de corbe
frumenti recollecti ſoluatur tantũ nomine gabelle: 11
non deducentur impenſe:ſecus ſi diceret de fructi=
bus:vt.l.ſi debitor.§.veriſimile.ſ̃.de ꝯtrahẽ. emp.
dixi plene in.l.inter ſtipulantẽ.§.ſacram.ĩ. de verb. 12
8 ob.¶ Quero † vtrũ iſta.l.habeat locũ in fundo eſti
mato dato in dotem.rñdeo non:vt.l.j.§. ſed ⁊ nouiſ
ſimi.C.de rei vxo.actio.ratio qr eſtimatio facit em=
ptionẽ.⁊ ideo fundus videtur carior eſtimatus ꝓ=
pter fructus:vt.l.ſi qđ ex pamphila.ĩ.de leg.ij. et.l.
9 fi.§.pe.ĩ.de his que in frau.cred.¶ Vltimo † eſt hic
quedã glo.ſuper verbo diuertit ⁊c.que intelligit qđ 13
a mox[a] dicitur fieri qđ intra menſem ſit.⁊ idem vide
tur in dictiõe poſtea.¶ Et hoc inducit Dy.ad que= c
10 ſtionem † teſtes dixerunt qđ teſtator inſtituit here=
dem Titium poſtea Sempronium.¶ Quero vtrum
vltimus tantũ erit heres.Mihi videtur qđ ſic:quia
hec dictio mox ⁊ poſtea denotãt interuallũ vt hic ⁊
l.nam ⁊ poſtea.ſ̃.de iureiur.et.l.poſt diem.ſ̃.de le
ge cõmiſſoria.et.l.per interuallum.ſ̃.de iudicijs. et
ĩ.eo.l.poſt dotem.¶ In cõtrariũ;quia dictio mox:
et dictio poſtea poſſunt accipi incõtinenti poſt : vt
l.j.§.j.ĩ.de ver.obli.⁊ pro hoc extra de electi.c. quia
b propter.Concludit[b] ergo Dy. qđ verbum mox et
poſtea ſunt ambigua: ideo in dubio ambo intelli=
guntur heredes.pro hoc.ĩ.de vulga.⁊ pupil.l. ſi pa
ter captus.⁊ in aut.de inceſt.nupt.§.j.colla.ij.arg.l.
quoties.ĩ.de reb.dub .
1 ☞ Mulier qñ non habet aliud preter dotem de=
bet intra annum ali ab heredibus viri.
2 Heredes viri lucrantur fructus dotis pro illo anno
quo alimentant mulierem.

¶ Quod mox. de dictione mox illico
Car.conſi.x.de ver.ſigni.
Andre. Poma. ¶ Concludit.vide
3 Mulier debet operari in illa domo
ex qua alimenta percipit ex legis diſ c
poſitione.ſecus ſi ex diſpoſitione te=
ſtatoris.
4 Mulier qñ non vult ſtare vel non po
teſt cũ heredibus viri:qñ cogat vel
debeat deducere quantũ interſit he=
redi ex non preſtatione operarum.
5 Heredes mariti qđ lucrantur fruct⁹
dotis qñ ſuperabundant alimentis
preſtitis vxori defuncti.
6 Contributio fructuum ſicut nõ ſit in
fructibus naturalibus niſi de perce=
ptis:ita in penſionibus.
7 Quis tenetur ſtare colono qñ res in
ipſum transfertur ex neceſſitate. ſec⁹
ſi ex voluntate.
8 Tempus locationis ſi excedit annũ
a die matrimonij : de illo qđ excedit
vir nihil habere debet.
9 Locatio fundi dotalis ſi eſſet facta
pro certa quãtitate fructuũ qui per=
cipiuntur ex ipſo fundo qđ nihil veni
ret in contributione.
10 Mulier qñ poſſit agi contra colonũ
ſine ceſſione qñ fundus fuit ad ipſaz
reuerſus.
11 Vir ſi decedit qđ tranſmittit fructus
perceptos ꝓ eo tpe quo durauit ma
trimonium ad eius heredes.
12 Canonicus qđ non tranſmittat fru=
ctus perceptos pro rata anni quo ſte
tit in canonicatu ad eius heredes de
iure canonico.
Iſta deciſio forte non procedit in ca
nonicis ſctẽ Marie de la ſcala Me=
diolani.
13 Si mulier locauit fundum qñ vir de=
beat aliquid habere de fructibus.

Diuortio.[c] Si fũ
dus ple
nus fructibus datur in
dotem tempus locatio
nis inſpicit vt ſciamus
q̃d percipit de penſione.i. ꝓ quanto
tpe ꝑcipit penſio : tps ꝓ matrimo=
nij inſpicit vt ſciam⁹ pro quota parte
anni de pẽſione vir lucrat. ſed ſi fun=
dus vacuus dat in dotẽ:tẽpus loca=
tionis pro nullo inſpicit.h.d. vſq; ad
§.ob donationes.primo ponit dictũ
in genere.Scđo exemplificat qñ ple
nus fundus datur in dotem . Tertio
exemplificat qñ fundus vacuus dat
in dotem.ſecunda ibi:neq; enim. ter=
tia ibi:econtrario.prima pars eſt cla
ra . et gloſſ. prima ponit caſum in
hoc principio. Secunda pars ſubdi=

ſtatim vide
Alex.conſi.
liiij.ver.lz.
j.volu.
¶ Diuor=
tio. Adde
in quãrum
Alex ã hic
Pe.de an=
cha.conſi.
lxxxvij.qđ
ita ꝓpter
timore bel
li ſit ſieda
remiſſio ſi
cut ſi eſſet
bellũ qđ ꝓ
hoc facit
idẽ conſu=
luit conſil.
ccccxxj.qđ
ſi pr filiaz
infirmam
morbo pe
ſtifero e=
mãcipet vt
poſſit teſta
ri vt ipſum
vniuerſali
inſtituat ⁊
filium pro
priũ infan=
tẽ i modi=
ca re : qđ
nõ vz emã
cipatio in
ꝑiudiciuz
eoꝝ q̃ ſuc=
ceſſuri fuiſ
ſent ab ĩte
ſtato ĩfan=
ti qr proxi
mus mortẽ
habet ꝓ
mortuo.
Andreas
Pomate.
¶ Diuor=
tio.vid ad
iſtũ tex. q.
formatã ꝑ
Oldr. ꝯſi.
cxij.

Primo. dic ſm Pau. de caſt. qd hic nō omnes cō ceſſerunt tum quia hoc non reperitur iure cautum: tum quia dilatio debet prodeſſe heredibus quibus a lege datur vt. j. l. ſi conſtante. §. quoties. ſed hic eſ ſet onerosa: ergo videtur nō bene dictum. Adde qd Abb. cōſil. xxxix. li. ij. dixit quod Cy. refert multos te nere q nō debeat ali r qd ſibi vi def ſubti lior et ve rior opin. q̄ mulier pōt cōſuli vidēdo ius ſibi cō petens de

uiditur: quia primo remouet quoūn dam opinionē falſam. ſcđo illud pro bat reducendo ad inconueniens. ter tio concludit r exemplificat. ſcđa ibi alioquin. tertia ibi itaq;. Item tertia pars ſubdiuiditur: quia primo loqui tur q̄n fundus fuit datus vacuus: r ex eo maritus nullos fructus percepit. Scđo q̄n maritus percepit aliquos fructus ſed non integros. Tertio ex predictis ponit vnam illationē. ſcđa ibi item ſi meſſes. tertia ibi: apparet igitur. Ad primā partē oppono qđ tempus locationis inſpicitur vt patet

ſenti. dicit tamen qđ alia opi. eſt equior quam te net gl. in. d. §. exactio. r hoc ꝗuis gloſ. communiter vt dicit Pau. de caſt. r docto. ſequitur preterq̄ vbi res immobiles eſſent in dotem date: quia tūc ſtatī reſtituere tenentur cum fructib⁹ poſſit ſeipſam ale re cū vt ſi patrē haberet vel fratres vñ alimēta ha bēre poſſet: quia poſſent predicti dicere habes vn de te alas nolo te alere r ſcđm hoc Sali. in. d. §. ex actio. r Jac. bu. in. d. l. j. C. de rei vxo. ſi ꝗ intra annū mulier nō petiſt alimentari elapſo anno non poteſt petere alimenta niſi pecuniam mutuo accepiſſet vt ſe aleret: quia tunc ratione more teneretur r hoc di cit Pau. de ca. menti tenendum. Tu adde Bal. cōſi. ccxxiiij. ij. vol. r Abb. vbi. ſ. firmum tamē remanet. Op. qđ iſta dilatio data heredibus intra annū nō debet ſibi eſſe damnoſa vt intra illud tempus alere teneantur viduam in quo Pau. de ca. dicit. Bart. ſe inuoluere. r idē de eo dicit do. Alex. qui facit quan dam diſtinctionem que in primo membro habet cō trarium conſilium Bal. dum vult q ſi non hz vnde ſe alat qđ heredes viri teneantur reſtituere tantū q ſe alat: quia Bal. dicit hoc attēto mulier ſemper haberet vnde ſe aleret imo plus dicit qđ ſi mulier hz penes ſe peculium vel res quē de ſui natura non fructificent qđ illas nō teneatur vendere nec p hoc dicatur habere vnde ſe alat ita qđ heredes ad ali menta teneantur. vide eius conſi. cxcvj. ij. volu. vn de concludit hoc qđ dicit do. Alex. de mente Pe. et Cy. nō eſſe fiendum ſaluo ſi haberet multum vini in redditu r nihil frumenti: tunc dici poteſt vendere de vino vt emat de frumento. nulla ergo vſq;quaq; data eſt ſolu. ad contrarium niſi dicamus qđ ſit ſpe ciale in debitore dotis: vt teneatur non obſtante di la. ad alimēta quia data eſt vt de ipſa ſe mulier alat vt dicit Pau. de caſt. hic r in cōſi. cccxxxv. r neceſſi tas legi nō eſt ſubiecta vt dixit Cy. in. d. §. exactio. et ſic tenentur alere viduam que nullam hz dotem vel habuit r perempta ſit vt vult Ric. malū. et Cy. in. l. ſi. de bonis ma. r ſequit Pau. de caſt. q̄n magis debent alere iſtam cuius dotem habent in poteſta te r cōmodo ſuo ar. auſ. multo magis. C. de epiſc. et

cle. ſtabimus ergo cum glo. r cōmuni opi. qđ ſi non habet vnde ſe alat mulier infra annū omnino alen da ſit a viri heredibus. r ita conſuluit Bald. conſi. alle. conſi. ccviij. ij. volu. r do. Car. conſi. lxxiij. an au tem heredes viri lucrentur omnes fructus an ſolū p ea par te p qua expeſe fa cte ſūt. an to. quem Paul⁹ de caſ. ſequit dicit qđ ea ten⁹ lucrē tur quate nus expo nunt. et ſic potius de ſuo mulier alidicitur. pro quo fa

in ſcđa parte hui⁹ legis. Solutio tē pus locationis inſpicitur vt ſciamus qđ percipitur. vt ab illo incipiat an nus. vt patet ex ſummario: vt ītra di cam. r glo. ponit in ſcđa glo. magna. Querit gl. quid ſi matrimonium ſoluitur morte. reſpondeo idē: vt. §. ſi. r. §. ſed r nouiſſimi. C. de rei vxorie acti. Secundo querit quid ſi mu lier eſt alenda intra annum ab here dibus viri. Et gl. dicit hic qđ tūc he redes lucrant fruct⁹ p illo anno. Ex quo no. duo. primoª q ſi mulier † non hz aliud intra annū debet alimenta

a 1

cit quod voluit Bal. in alleg. conſi. ccxxiij. ſcꝫ quod heres viri non teneantur ad alimenta niſi ſecūdum quantitatem dotis non ſecundum patrimonium vi ri. r hoc idem voluit Jaco. but. in. §. illo proculdu bio. vt refert do. Alexan. quam opi. putat de iure ve riorem. licet Bal. non alleget. tamen Barto. r gloſ. aliter loquūtur. operari autem cui debeat dic ſcđm Pau. de caſt. illis a quibus percipit alimenta ſi ſtat in domo omniaq; illa facere tenetur q̄ operari ſcit per glo. in. l. ſi ſic. de ope. lib. Si autem extra domū habet alimenta ex eo quia cum honore vel pacifice ſtare in domo non poteſt vel eſt conſuetudo in pa tria quod mortuo marito reuertantur ad domū pa tris vel ſuorum: tunc quia per ipſam non obſtat de bet alii extra domū deducto eo quod ex opera ſua commode lucrari poteſt. ita dicit Paulus de caſtr. hic et Bald. allega. conſilio ducenteſimoquinqua geſimooctauo. An autem poſt annum poſſit pete re alimenta. Raphael cumanus dicit communem opinio. eſſe quod poſt annum non poſſit petere ali menta quia ſecundum Angelum imputandum eſt mulieri que non repetit dotem ex qua ſe alere poſ ſit. et hoc probat per legem titia infra de ſolu. con firmat Paulus de caſtro quod ſimile videmus qđ quis poteſt petere ſortem non tamen vſuras. lege prima. cum ibi not. C. de ſenten. que ſine certa. quan ti. et ita dicit dominus Alexander tenuiſſe Jmol. hic Antoni. de butri. et Joannem andream in capi tulo ſalubriter. de vſur. Hoſtien. in ſumma. de vſu. paragrapho aliquo. verſicu. quid econuerſo. Ro manum in capitulo conſuluit. in repetitio. de vſu. in tertia queſtione. Cancre. in ſua compendioſa. in ru bri. quia iure cautum non reperitur quod mulier he redibus viri tenetur operari. ergo nec ali. argumē. lege ſecundum naturam. adde quod Abb. conſilio allega. ſupra conſuluit quod non valet ſtatutū diſ ponens quod vxori relicte debeantur alimenta do nec dos ſoluatur. et ita dicit tenuiſſe Joannem de lignan clementi. prima. de vſu. quia dicitur vſura alleg. etiam Jmol. in capitulo ſalubriter. vbi dicit quod ſi heredes viri pignorauerint mulieri fundū



ri ab heredibus viri. Ita p̄ſupponit hic gl. noſtra. et hoc ſi. mat in. §. exactio. C. de rei vxo. act. r in. l. pe. j. vt in poſ. lega. r in Spe. in tit. qui ſi. ſint legi. §. j. ver.
2 ſed nūc dicamus. Scđo no. † q in illo anno heredes viri lucrari debent fructus. per regulam iuris ſm na turam. cū enim ſuſtineant onus: habeāt lucrum ſm Dy. vt extra de reg. iur. c. qui ſentit. lib. vj. Extra gl. quero infra illum annum vbi mulier dz operari:
3 Rñdeo † ibi vbi debet alimētari: vt. l. ſicut. in prin. j. de ope. lib. r ibi no. qđ intelligo verum q̄n debentur alimenta ex diſpoſitione iuris ſiue legis: vt in qōne propoſita: ſed ſi ex diſpoſitione teſtatoris tūc illud ceſſaret: vt. j. de ali. et ciba. lega. l. libertis quos. §. j.
4 † Quero quid ſi mulier nō vult ſtare in domo cū heredibus viri: Spe. in tit. qui filij ſint legitimi. di ſtinguit aut ibi poteſt honeſte ſtare: aut nō. ſed tex. in. l. libertis prealleg. §. ſi. videtur dicere qđ non im ponatur neceſſitas ſtandi cum heredib⁹: ſed qđ de bet alibi alimentari. ſed tūc quid fiet de operis mu lieris. Rñdeo quedam ſunt mulieres quarum nulle ſunt opere in domo: vt iſte domine magne que ſuis manibus nihil operātur. r tunc de ſuis operis nulla eſt ratio: vt. l. ſi. ſ. de oper. ſeruo. ſi vero eſt domina que operaretur: tunc de alimentis dz deduci quan tum intereſt heredis ipſam in domo operari: vt. j. e.
5 l. ſi cōſtante. §. quoties. † Quero quid ſi heredes 7 in alimētis mulieris expendant minus quā ſint fru ctus dotis. Dy. hic format iſtam queſtionē r nō de terminat. credo qđ heredes iſto caſu tenent vice de functi: mulier em̄ illo tpe videtur ſtare in primo ma trimonio: vt. l. ſi. C. de bonis maternis. nā ſicut ſi fru ctus dotis nō ſufficerent ſibi de ſuo deberēt ſupple re ita ſi ſuperabundant debent lucrari. Venio ad ſe cundam partem ſcꝫ ad verſiculum neq; enim.

**Neq; enim.** Et intro gl. magnā que eſt ita difficilis ſicut aliqua alia que ſit in iſto libro. Opp. hic dicitur q quarta portio mercedis miſcetur cū fructibus perceptis. Con tra imo tertia: quia tertia parte anni durauit matri monium. Rñdet gl. q illa portio non debet cōputa ri anteq̄ debeatur: ſed nō debetur pro tribus menſi bus. r ſic pro quarta parte anni. ergo illa tantum cō putatur: ſed ſi prius locaſſet pro maiori tempore cō putaret. fructus enim percepti cōtribuuntur hic: vñ
a ſicut de fructibus naturalibusª non fit contributio
6 † niſi de perceptis: ita de fructibus ciuilib⁹ r de pen ſionibus non fit cōtributio niſi quatenus ſunt perce pti. vide glo. que hoc dicit. Ad hoc opp. quia ſm hoc tempus locationis inſpicitur: q ab initio nega uit. Rñdet glo. tempus locationis inſpicitur vt ſcia mus quid percipitur: tempus matrimonij inſpicitur vt ſciamus pro quota parte anni fructus vir lucret: et ſic ſi bene cōputes de tribus aureis pro quatuor menſibus vir habebit vnum. r ſi dicis quare pro pri mo menſe hz aliquid de penſione. Rñdet gl. et bene quia p illo menſe ſubijt onera matrimonij. ergo &c. vt in re. iur. ſm naturam. Et q hoc ſit verum appa ret ex tex. qui vult habere virum tertiam partē quar te: ſed ſi aliud diceres haberet ſolum quartam quar te. Opp. r videtur qđ tota penſio venit in contri butione ſicut totus fructus. Rñ. hic tractatur de di uiſione fructuum perceptorum tātum ſed totus fru.

pro reſtitutione dotis qđ mulier tenetur fructus cō penſare. r idē ſenſit Pau. de ca. hic niſi nō haberet vnde ſe aleret. et ad proxime dicta faciunt que vult Pe. de anch. cōſi. xcij. qđ licet teſtator damnet here dem ſoluere. r. annua donec dos ſoluatur pro cente nario occa ſiōe alimē to; qđ il la mulier exigere nō pōt. Si ti mulieres ſolite ſunt mercari vl dare pecu nias ſuas ad partes lucri illi⁹ lu cri ceſſan tis pōt rō haberi. vt eſt i. l. iij. et ibi glo. de eo qđ cer. loc. r de h conſulunt Pau. d̄ ca. conſi. ccc lxxxv. vbi

eſt perceptus: nō tota penſio ideo to ta in contributione nō venit. ita dicit gl. Contra hoc opp. imo tota pen ſio eſt percepta. vt. j. de reg. iur. l. qui act. habet imo plus q̄ fructus quia p viri ſolicitudinē habetur penſio: ſed fruct⁹ ſolus nō. vt. l. ſi nauis. ſ. de rei ven. Gl. rñdet tribus modis. Primo q non ꝓprie dr̄ haberi id ad qđ quis hz actionem. vt. l. minus. j. de reg. iu. Iſta ſol. deſtruitur per tertiam rñſio nem quā ſtatim dicam. Scđo modo ſoluit qđ hoc eſt ideo. q mulier gra uatur in vno: quia tenetur ſtare colo no. vt. l. ſi filio. §. ſi. j. e. tit. r. l. in vendi tione. §. j. de bo. auf. iudi. poſ. ideo cū tranſlatio fiat in mulierem de neceſſi tate. ideo releuatur in alio vt nō con tribuat penſionē totam. ideo ex hac gloſ. diſtingue aut res † trāſfertur ad aliquē ex neceſſitate r cogit ſtare co lono. aut ex volūtate r tūc ſecus. dixi

etiam videtur voluiſſe qđ ſi mulier non habet vnde ſe alat r pacta fuerit cū heredibus viri de lucrando aliquid vltra dotem qđ licite retinere poſſit dicit di cta canoniſtarū procedere qđ mulier nullum cōmo dū percepiſſet de dote: quia tenuiſſet in caſa vel ha beret vnde ſe aleret. quas autem vſuras et qualiter poſſit maritus petere ab heredibus vxoris quibus eſt facta mora in ſoluendo dotem. vide plene p Ro. conſi. cccxvij. r ad p̄rime dicta an mulier poſſit poſt annum petere alimenta dotis. vide Bald. conſilio cclij. ſecūdo volumi. et Barto. conſi. cxxviij. incipiē. Franciſcus.

Andr. Poma. Primo. vide Alex. cōſi. xxvij. col. j. volu. iiij. r cōſi. cxxxiij. in prin. r per totum. eo. volu. vbi declarat Bar. conſi. lxxvj.

a Naturalibus. Qui dicantur fructus naturales r qui induſtriales vide eundem Bar. in. l. ex diuerſo. ſ. de rei ven. Bal. in. l. qđ oneribus. C. de iu. do. Bal. in. l. ancille. C. de fur. do. Anto. r cano. in. c. graue. de reſti. ſpo. Bar. in. l. ſi. j. ad. l. fal. Bal. in rub. C. de fru. et lit. expen. Bal. in. l. ſi. C. de vſu. Et licet penſiones veniant appel. fructuum vt per gl. r doc. hic vt etiā eſt tex. in. l. ſi nauis. ſ. de rei ven. r in. l. videamus. ſ. de vſur. tamen Bal. in. l. ſi traditio. C. de actio. emp. qđ penſiones ſtricte non veniunt appel. fructuū pro quo bonus tex. in. l. cum autem. §. cuꝫ redhibetur. ſ. de edil. edic. et in. l. mercedes. ſ. de peti. here. et in. l. prediorum in verbo locum fructuum. ſ. de vſur. ſi er go loco fructuum ergo non ſunt fructus cum aliud ſit eſſe fructus aliud loco fructuum. l. mercis. la. ij. j. de verbo. ſignifi. qđ eſt no. propter ſtatuta et qui di cantur fructus induſtriales et qđ de oleo. vide Bar to. conſi. cxxv.

a ¶ Pro hoc dico. Adde ꝙ cũ Bar. trãſit Ang. pau. de ca. ⁊ Inno. ſed Mod. ro. ⁊ Alex. contra quia licet non ſit nata actio ⁊ obli. tñ ſpes ipã videtur poſſe cõtribui ⁊ diuidi in. l. ſpẽ. C. de dona. l. in quantitate. ſ. ad. l. fal. nec iſte tex. ſm ipſos conſiderauit natiuitatem act. et ob. ſꝫ ſoluꝫ acquiſitio quo ad iur. interpretationeꝫ ſm quã interp̃tationẽ nõ reperiť iure cautum ꝙ pẽſio cõſiſtẽs ĩ fructibꝰ naſcituris non ita cẽſeať acq̃ſita ꝓ tp̃e p̃terito ſicut pẽſio ꝯſiſtẽs in pecunia vel alio gẽnere cũ lex gñalr loquať alle. ro. tex. ĩ ꝟ. ſi meſſes. ĩ ea. l. quẽ tenet. d. Alexã. dicit nõ facere ad ꝓpoſitũ ſꝫ ipſe dicit ꝓbari q꞉ clarũ eſt vbi aliqd mihi cõpetit ſub conditiõe ſemp habeť rõ illiꝰ qꝺ pẽdet ab euẽtu cõdi. vt l. ĩ lege aq. ſi deletuꝫ. ſ. ad legẽ aql. et in. l. ſi ſeruꝰ. ſ. de condi. furti.

plene in. d. l. ſi filio. §. fi. ſ. eo. vbi vide gl. ⁊ no. Tertio modo ſoluitur. pẽſio de iure peti nõ poteſt: niſi in fine anni. vt no. in. l. iij. C. locati. ⁊ ideo merito tota nõ cõtribuitur. certe ſm iſtaꝫ ſol. nec pro tribꝰ menſibus cõtribueretur: quia non poteſt peti. vñ iſto timore Jo. legit aliter iſtam. l. vcꝫ qꝺ tota pẽſio cõtribuatur tripliciter: re: noĩe: ⁊ ſpe. Et ſcꝺm hoc oportet te ponere ꝙ locatio eſſet facta pro. xij. aureis ita qꝺ quolibet menſe vnus aureus ſolueretur. Sed qualiter iſta cõputatio fiat. gl. ponit hic ita obſcure ꝙ doc. ⁊ ſcholares cõmuniter nõ capiunt. Dubiũ eſt quia. xij. debẽtur ꝓ vno anno a die locationis. et vir non dꝫ habere niſi ꝓ vno anno a die contracti matrimonij: q̃ annus nõ capit niſi. xj. mẽſes de tp̃e locatiõis. Jdeo cõputatio fiet tribus modis. Primo modo vt vnus mẽſis detrahatur. vt ſic tria ꝯtribuantur re. ⁊ octo ſpe. qꝺ eñ Jo. dixit nouẽ detracto vno mẽſe. idẽ eſt dicere ꝙ octo. ¶ Nota ex

8 hac expoſitione gl. † ꝙ vbicũqꝫ tp̃s locationis excedit annũ a die matrimonij: de illo qꝺ excedit vir nihil habere debet. Necob. ſ. e. l. ver. ecõtrario. ⁊. §. item ſi meſſes vt in quolibet eoꝝ dicam. ¶ Alij aliter cõputant videlicet ꝙ tota nouem cõtribuãtur in ſpe. ⁊ ne incidas in illud abſurduꝫ ꝙ fiat cõputatio pro. xiij. menſibꝰ: penſio vltimi menſis attribuetur menſibus precedentibus. ⁊ ſic pro ſingulis quatuor menſibꝰ debeãtur quatuor aurei cũ dimidio. ⁊ ſic in octo menſibus debebũtur nouem. Cõtra iſtam cõputationem op. quia nõ eſt in poteſtate noſtra facere ꝙ illud qꝺ quiſdꝫ in menſe ſequẽti debeatur in p̃cedenti: quia ante diem male agitur. vt. l. ſ. qñ di. vſuf. le. ce. Sol. ad iſtud euitãdum dicebat Jo. hanc cõputationẽ faciendã eſſe finito anno a tp̃e locationis. vt ſic debitoris in nullo interſit: tunc eñ fiet cõputatio perinde ac ſi pro precedẽtibꝰ menſibus ille vltimus aureus eſſet debitꝰ. Tertio mõ ſuſtinẽdo hanc opi. Jo. põt fieri illa cõputatio: vt. ſ. diceť in gl. vcꝫ qꝺ videať perceptũ quãtũ iſtud nomẽ debitoris debẽtis mercedẽ poſſet vendi. vt ibi alij ꝙ caueat ⁊c. Si iſta opi. Jo. in aliquo eſſet vera: deberet intelligi ſm primam cõputationeꝫ in veritate tñ non eſt vera: q꞉ eſt cõtra iſtaꝫ literã. Teneo ergo primã lec. ſ. ꝙ tria tm̃ cõtribuantur. ¶ Ad rationẽ in oppoſitũ dũ dicit ꝙ oĩa cõtribuantur quia oĩa videnť percepta. vt in regula iuris qui actionẽ. Rñdeo hic tractatur ſolũ de diuidẽdis fructibꝰ a viro perceptis. dico ergo ꝙ ab initio colonus debet totã penſionẽ. vt. l. ſi a colono. ſ. de fideiuſ. ſed videnduꝫ eſt cui debeať. Rñdeo ꝓ illa parte anni pro qua fundus ad virum pertineat ipſe vir implet cõtractũ quia patitur colonum frui. Jdeo ipſi viro videtur acquiſitum merito in ꝯtributione venit: ⁊ ꝓ alia parte anni qua fundus pertinuit ad mulierẽ ipſi mulieri videtur debita pẽſio in effectu: ipſa eñ mulier cõtractũ implet ⁊ patiť frui: ergo merito ſibi debetur. vt. l. ſi ſeruꝰ cõmunis meuij. §. fi. ſ. de ſtip. ſer. ⁊ ibi dixi. ¶ Quare aũt hoc caſu non contribuatur illud qꝺ a muliere percipitur ſed ſolum qꝺ percipitur a viro dicã ſtatim in ſequẽti parte. ¶ Op. quãcũqꝫ opi. teneas reperiť qꝺ vir hꝫ pro iſto vltimo anno partẽ fructuũ duoꝝ annorum. Glo. hic in fi. rñdet ꝙ nõ dr̃ niſi vnus annus tantũ. tñ ille annus eſt fertilior. ita dicit glo. in fi. ¶ Cõtra hoc op. extra gloſ. ſi fundus iſte nõ eſſet locatus de fructibus ſequentis anni vir nihil dꝫ habere. vt. ſ. l. pri. ergo eadẽ ratione nec hic. Rñ. non eſt eadẽ ratio. nã ſi fundus nõ eſſet locatus. in fructibꝰ percipiẽdis vir nihil iuris videtur habere. ⁊ ideo nõ põt dici ꝙ veniãt in cõtributione tanqꝫ p̃cepti. ſecus ſi locauit vt dictũ eſt. Et ꝓ hoc dicoª ſi iſta † locatio eſſet

9 facta ꝓ certa quãtitate fructuũ q̃ percipienť ex iſto fundo ꝙ nihil veniret in cõtributione. nã illa ꝓmiſſio dr̃ cõditionalis. vt. l. ſ. ſ. de cõdi. ⁊ demõ. Et ideo merito viro nihil eſt queſitũ: ſed ſi locatio eſſet facta pro certa quãtitate in genere: ſoluẽda quolibet mẽſe vel in fine anni nõ curo: pars venit in contributione ſm formã huius legis. quia licet hec obligatio ſit in diem tñ dies cedit ⁊ viro debeť. vt. d. l. cedere diẽ. ſ.

10 de ver. ſig. ¶ Circa iſtã † partẽ querit gl. qñ fundus reuertitur ad mulierem: an mulier poſſit agere ſine ceſſione ꝯ colonũ. Glo. determinat ꝙ non. ſed vir cogitur cedere vt in gl. Si tñ vir nõ eſſet vel nõ reperiretur per quẽ cogi poſſet tunc haberet actionẽ vtilẽ ſine ceſſione. vt. l. ſ. C. de ac. ⁊ obli. ⁊. ſ. de inſti. l. ſ. Venio ad tertiam partem. ſ. ad verſi. econtrario.

**Econtrario.** Opp. ꝙ litera videť ſibi contradicere. dicit eñ ecõtrario quoqꝫ. ⁊ ſic dicit ꝙ eſt hic ꝯrium: ⁊ eſt idem. Rñdeo nõ cõtradicit q꞉ iſta verba referuntur ad diuerſa eſt eñ ecõtra ad p̃cedẽtia: q꞉. ſ. mulier dedit fundũ plenum fructibꝰ: hic vacuũ ſed eſt idẽ quia circa diuiſionem fructuũ habeť ratio mercedis vel fructuũ nõ a die locatiõis: ſed ꝯcti matrimonij. vt hic ⁊ ibi ſm gl. et bene. ¶ Ad hoc op. q꞉. ſ. dixi tm̃ illã partẽ pẽſionis diuidi cuiꝰ tp̃s fluxit durãte matrimonio: hic vero totã penſionẽ dicit diuidi: ⁊ ſic nõ eſt idẽ. Rñdeo ꝙ eſt idẽ ſed non ꝑ oĩa vtrobiqꝫ eñ pẽſio cõputať. ſed ibi pars. hic tota: ⁊ ratio eſt q꞉ ibi datus fuit fundus plenus. hic vacuus. ſm gl. ⁊ bene declarãdo. vt ſ. dicã. Alij ſoluũt dicẽdo ꝙ hic eſt ꝑ oĩa idẽ. et magis poniť quedã facti accidẽtia qꝫ iuris miniſteriũ. ideo non placet gloſ. Tertij vt pla. dicunt ſe non intelligere iſtum. §. Quarti vt Jo. qui in precedenti. §.



tenet ꝙ oĩa cõtribuantur. dicit ꝙ eſt per oĩa idẽ ſed illius opi. ſ. reprobaui. tene ergo primã ſo. gl. ¶ Ad huius declarationẽ ſcias ꝙ qñ vir fructus percepit nihil ſibi debetur a muliere de eo qꝺ percipiẽdũ eſt ſed qñ maritus non percepit fructus: tunc debeť ſibi a muliere de eo qꝺ percipiendũ eſt ab ea de penſione. vt. ſ. e. l. §. interdũ. vnde merito in precedenti ver. marito nil debeť de penſiõe p̃cipienda hic ſic. ¶ Item aduerte q꞉ intelligo iſtũ. §. ꝙ mulier locauit fundũ pro. xij. habito reſpectu ad fructus q̃ percipiuntur infra annũ a die matrimonij merito vir de illis debet habere partẽ. Et quod hoc ſit verum apparet ex litera: licet eñ vinea locetur de menſe martij pro vno ãno pro. xij. aureis. Hoc fit reſpectu viniꝰ vindemie que percipitur de mẽſe octobris. et ſic intra annum a die matrimonij. Si enim locaſſet pro maiori parte forte pro. xxiiij. aureis in duobus annis vel in viginti mẽſibus. et ſic reſpectu fructuum duorũ annorũ: vir nõ deberet habere niſi de pẽſiõe que reſpicit fructus illius anni quo matrimoniũ durauit: nec enim pro vlteriori tempore debet habere. vt patet ex precedenti parte. fallit in verſ. itẽ ſi meſſes. ſ. eodem ſm ſecundam lecturam. vt ibi dicam. Et eadem ratione dico ſi vir locaſſet pro multis annis et penſionem ab initio recepiſſet ꝙ ſolum debet vir penſionem habere que reſpicit fructus quos ipſe debebat habere illo anno. et reſiduum debet reſtituere mulieri. ¶ Opponitur. ſ. de iure fiſci. l. finali. gloſſa parua que incipit pro tota locatione. ⁊c. dicit aliter diſtingui in predio vendito alij locato quam hic. pro hoc aſſigno rationẽ: quia venditio fit ex voluntate iſta reſtitutio fit ex neceſſitate vt not. ſ. in gl. magna. ¶ Opponitur ſupra de vſufru. l. defuncta.

11 dicit glo. † aliud in fructuario aliud in viro. aſſignat rationem quia vir percipit fructus reſpectu oneris matrimonij vt. l. pro oneribus. C. de iure dot. vnde pro ea parte anni qua onera ſuſtinuit lucretur fructꝰ: ſed fructuarius percipit fructus propter ius qꝺ habet: non reſpectu alicuius oneris: vnde eoipſo quod percipit fructus facit eos ſuos irreuocabiliter: et ſi decedit anteqꝫ percipiat perdit ius percipiendi to-

12 taliter. ¶ Unde forte eſſet † idem dicendum de canonico qui decedit: quod in viro. vt fructus perceptos et percipiendos tranſmittat ad ſucceſſores ꝓ rata anni quo ſtetit in canonicatu: non enim percipit fructus tanqꝫ ſimplex fructuarius: ſed propter onera eccleſie que ſuſtinet. canoniſte tamen aliter dicũt quibus in hoc eſt ſtandum. ¶ Querit Dy. hic quid ſi ipſa mulier locauit an debet ipſe vir habere aliqd. quidam quod non: quia vir nil percipit cum habeat mulier actionem. Contrarium tamen dicit Dy. ⁊ apparet ex princip. huius. l. vbi generaliter loquitur.

13 Tu † dic aut mulier locauit conſtante matrimonio: et tunc idem eſt ac ſi locaſſet vir. q꞉ ex bonis viri queſiuit mulier. ⁊ ſic eſt viri. vt. l. quintus. de dona. inter virum ⁊ vxo. aut locauit ante matrimonium et tunc dic vt. ſ. proxi. ver. ſcꝺm ſcꝺam lectu. ⁊ ibi dicam. Venio ad ver. item ſi meſſes.

**Item ſi meſſes.** Jſte verſi. legitur tribꝰ modis. primo ſm primã lecturam. ⁊ eſt clara ⁊ bona lectura. ſecundo modo ſm ſecundam lecturam. ⁊ eſt notabilis lectura. licet non ita clara. tertio ſm tertiam lecturam. ⁊ iſta non eſt notabilis neqꝫ clara. prima lectura eſt plana ideo vide per te. ¶ Ueniamus ad ſecundam lecturã ex qua not. ꝙ ſi mulier ante matrimonium locauit fundum: ⁊ recepit penſionem: ⁊ poſtea nupſit: ⁊ anteqꝫ alij fructus perciperẽtur diuertit tũc in recompenſationẽ vir debet habere de fructibus ſequentis anni. et ſic eſt caſus in quo ad maritũ pertinent tam fructus vlterioris anni quam vltimi. quod no. diligẽter: ſed ſi mulier penſionẽ nõ percepiſſet: tunc viro debetur pars penſionis. vt patet in hoc verſic. ſm primam lecturam. tertiam lect. vide per te. ¶ Oppo. ſi fructus eſt perceptus tota penſio in contributione non venit. vt. ſ. e. l. verſic. itaqꝫ. Sol. illud verum ſi fructus eſt perceptus totus ſcꝫ pro cultura totiꝰ anni. et ita ibi. hic vero fuit p̃ceptus ꝓ parte tm̃: quia frumentũ tm̃ ⁊ ideo in cõtributione venit penſio vindemie.

¶ Ultimo ponit Dy. vnã diſtinctionem de fructibus quã Cyn. refert. C. de rei vxo. act. §. ſed nouiſſimi que tñ eget multa ſuppletione vt ex p̃cedẽtibus patet vide per te.

1 Dos eſt quid vniuerſale.

2 Compenſatio quantitatis debite in pecunia ad quantitatem fructuũ qꝺ non fiat.

3 Unum genus qñ poſſit ſolui ꝓ alio.

4 Quis ꝙ non teneatur ad fructꝰ perceptos: ſed ad eſtimationem.

**Ob donationes.** Op. cõtra petitionẽ dotis nõ obijcitur cõpẽſatio. vt. C. de rei vxo. act. §. ſed nec ob impenſas. et. §. ſed nec retentio ob res amotas. Sol. dicit gl. ꝙ iſti fructꝰ nõ ſunt dos lꝫ actione de dote petãtur.

1 ꝙ nõ eſt verũ q꞉ † dos eſt qd vniuerſale. vt. ſ. ti. ſ. l. qꝺ dr̃. ⁊ dixi. ſ. e. ti. ſup rub. vñ nec ipſa res data in dotẽ nec fructus ꝓprie ſunt dos lꝫ ſint dotis. Ad ꝯriũ dic vt dicã. ſ. eo. l. rei iudica.

a §. ſ. ¶ Op. hicª fit cõpẽſatio de ſpecie ad quãtitatẽ vel de ſpẽ ad ſpẽm. Cõtra de. l. ſi ꝯuenerit. de pig. ac. gl. ſol. ꝙ hic res amote ⁊ donate deſierũt extare ⁊ ſic mulier ad qꝫtitatẽ tenebať. Jtẽ fructus deſierũt extare et ſic vir tenebať ad quãtitatẽ. vide gl. et no. q꞉ notabilis eſt: innuit ergo iſta

2 glo. ꝙ † quãtitatis debite in pecunia ad quãtitatẽ fructuũ nõ fiat cõpenſatio. Contrarium no. C. de compenſa. l. neqꝫ. Jaco. de are. dicit tene vltimã opi. poſitam in gl. in. l. cõtraria. et ſic iſta remanebit firma: q̃ enim cõpen-

Andreas Pomate. ¶ Oppo. hic. Uide in materia fructuũ cõſumptorũ ꝑ Bart. in rubr. C. lo. ca. in. xv. colum.

~Andreas Pomate. ¶Predictꝫ vero limita hec per Barto.l.eum qui.in fi.princi.ff.de his quibus vt indig.ꝛ adde Bar.in materia.l.dñi.predi.C.de agricol.et cenſi.li.xj.et.l.ex diuerſo.§.j.ff.de rei vend. in fi.pano.c.grauis.de reſti.ſpolia.

ſat ſoluit.vt.l.ſi debitor.ſ. qui pō.in pi.ha ſed aliud pro alio inuito creditore ſolui nō poteſt:vt.l.ij.§.j.ſ.ſi.cer.pe.ergo nec cōpenſari.ſm Ja.de arc. idem Innocen.extra de iureiuran.c.ad noſtram. ¶Oppo. ad iſtud.infra

b ¶In anno. Adde q Bal.infert ad qd. ſi vendo tibi vuas mei viridarij que bis in anno colliguntur quod debet intelligi facta vendi.de prima vice quod limita ſecundum Rom.:niſi quātitas pretij aliud iudicaret:quia eſſet magnum pretium niſi pro prima vice quia tunc intelliguntur vendite omnes per text.in.l.cum fundo.§.vxore viro.ſupra de iure do.Item limitatur niſi eſſent alienate ex cauſa lucratiua quia nō debent intelligi in perpetuum ita decidit Bald.in aut.excipitur. C. de bo.que li.per.l.ſi.de ſer.vrba.predi.pro quo facit qd ipſe dicit.in.l.ij.C.de fideicō.q ſi teſtōr legauit vxorem ſuam veſtiri et ſic ex titulo lucratiuo debet intelligi quod ſingulo anno veſtiatur ſi mos regiōis expoſtulat alias illis fractis alie fiant quod eſt not. et ſi vis videre quando aliquid debetur pro prima vice vel annuū.vide Bart.in.l.dotis.§.cū q ꝛ.§.qui ita.el grande.de verbo.obliga.et in lege penulti.infra de annu.le.Refert etiam do. Alexan. quod bal. in lege idem.C.loc.per hunc tex.in ver.quod ſi in anno dicit quod ſi emphyteota ceſſat in ſolu.vel biennio vel triennio vt res eſt et cadat a iure ſuo non verificatur in eo qui ceſſat illo tempore ſi in illo biēnio vel triennio vnus ſolus fructus percipitur quod licꝫ ipſe non exemplificet poteſt exemplificari in nemoribus que de tribus vel quatuor annis ſolent incidi. Et per hoc dicit ipſe ſe velle dicere.q. quam habebat de facto quia eccleſia conceſſerat in emphyteoſim cuidam pacto appoſito quod in quolibet feſto reſurrectionis ſolueret canonem et tranſiuit binus terminus reſurrectionis:quia tamen non tranſiuit totum biennium non dicitur cecidiſſe ꝛ ita dicit expreſſe tenere domi.Anto.in additio.Specu.in titu. de loca.§.nunc aliqua verſi.lxxxviij. quia requiritur lapſus biennij non autem ſufficit quod labatur vn⁹ terminus ſoluendo.et ita dicit ſentire Cyn.in.l.ij. in x.vel.xj.q.C.de iure emphyteo.Dicunt etiam docto. de.q.Archidia.qui locauit fructus Archidia.ad decennium:vtrum conductori debeatur illud quod ſolitum erat dari pro ſuo aduentu:de quo Old.conſuluit in meo conſi.cxxix.quod no.

c ¶Reſtituuntur.Paul.de caſtro querit quid de clerico beneficiato ſi perceptis fructibus moriatur nōdum completo anno : an eius heres teneatur reſtituere ſucceſſori pro rata ſicut here s mariti an non ſicut nec heres fructuarij . et ſe remittit ad gloſſam ordina.in lege prima.C. de anno.ciui.libro vndecimo.ꝛ quod not.in lege defuncta . ſupra de vſufruct. Si vultis videre de quibus bonis poſſit facere teſtamentum ꝛ quomodo de fructibus.videre Bald. conſi.cclxxiiij.ij.lib.

de auro ꝛ argen.lega.l.j.§.fina.ꝛ.l.titie amite.§.fin.
3 Reſpondeo vnū†genus poteſt ſolui pro alio ſi ſunt eiuſdem materie.vt ſi debeo tibi libram auri poſſuꝫ tibi ſoluere in pecunia aurea:et ecōtra:ſed ſi ſunt diuerſe materie:vt ſi ab vno debetur pecunia ab altero frumentum non fiet compenſatio vt hic:predicta vera niſi ex conſuetudine ſit ad aliud inductum. videmus em̄ qd pro floreno ſoluitur pecunia numerata argentea vel econtra:quod ex conſuetudine procedit.vt.C.de donatio.l.ſi quis argentum. circa pncip.ꝛ ibi no.ſ.de contrahen.emptio.l.imperatores. dixi in.l.paulus.j.de ſolutio. ¶Oppo.ad idem fructus percepti ex pignore extenuant debitum. vt. l.j. et.ij.C.de pigno.actio.ꝛ ſic fructus cum pecunia cōpenſantur.Solu.illud verum ſi fructus ſunt conſumpti:ſed ſi extant tunc ſunt pignori pro debito nec tollitur debitum. vt.C.in quibus cau.pig.ta.cōtra.l.iij.
4 ita intelligit Cy.in.l.j.ꝛ.ij.de pig.actio. ¶†Ex pre
a dictis vero a not.diligenter q quando percipio fructus ex re tua licite: vt maritus creditor tutor ꝛ procurator et ſimiles perſone ; conſumptis fructibus non teneor ad fructus ſed ad eſtimationeꝫ ſic vt hic cum ſua gl.qd eſt vtile quia de cetero nō poteſt creſcere vel decreſcere eſtimatio.quod nota.

1 ☞ Quando fructus vnius temporis ſunt maiores q̄ꝫ alterius quomodo fiet diuiſio.

2 Si in fundo vno anno ſeminatur frumentū ex conſuetudine regionis in alio nihil vel ſeges minoris valoris quod totum biennium computatur pro vna cultura.

b **Quod in anno.** b Quod in anno dicitur intelligitur de vna cultura ſiue ſit maioris temporis ſiue minoris. h.d. et eſt notabilis.§. ¶Oppo.q ſolus annus debet inſpici: vt.j.l.proxi.§.ſi.alias eſt ſub hac.l.Reſpondeo hic bis tota terra colitur.ibi ſemel tm̄ in anno. ¶Que-
1 rit gl.quid † ſi fructus vnius ſemeſtris tēporis ſunt maiores q̄ꝫ alterius:quia primo fuit frumentū poſtea milium.Gloſ.dicit idē.quia ſi vnus annus eſt fertilior altero hoc non inſpicitur:vt no.ſupra eadē.l.in ſcda gloſſ.magna.in fi.hoc intellige verum quando vnus annus eſt fertilior alio anno ex caſu : ſed ſi ex neceſſitate.vtputa quia ideo ſeminatum eſt milium qd ſequenti anno poſſit facere frumentū quod alias non faceret : tunc puto qd dicetur totius temporis vna cultura et fructus totius temporis confunduntur et pro rata diuiduntur.ſicut dicimus in meſſe et vindemia.vt.ſ.ea.l.ver.item ſi meſſes. et ſicut dicimus in lana ꝛ fetu que percipiuntur ex animalibus
2 vt dicam in proximo.§.ꝛ†ideo in poſſeſſionib⁹ iſtarum partium in quibus vno anno ſeminatur frumentum:in alio anno nihil:vel ſeges minoris valoris.puto totum biennium computari pro vna cultura ꝛ inſpici pro quanta parte biennij durauit matrimoniū quod nota ꝛc.

**Non ſolum.** In animalium fructu ꝛ pdiorum vrbanorum fit diuiſio ſicut in fructibus ruſticorum.h.d. ¶Oppo.res mo-
c biles nō reſtituūtur c ſtatim mulieri vt.C.de rei vxo. act.§.exactio.vnde vir dꝫ ſibi lucrari iſtos fructus: vt.l.ſi conſtante.§.quoties.j.eo.difficile cōtrarium eſt.dicam in prealleg.§.quoties.

Dictio



☞ Dictio quaſi quod denotet improprietatem et a etiam ſimilitudinem.

2 Maritus ſi incidit arbores fructiferas tenetur actione de dote.

3 Emphyteota quod non poſſit incidere arbores fructiferas.

a **Si fundum.** a Arbores cedue computantur in fructibus:ſecus in arborib⁹ fructiferis et theſauris.hoc dicit. ¶Oppo.dicitur hic quaſi in alieno inuenti.Contra.C.de iure do.l.in
1 rebus.Huius†timore dicit gl.q hic hec dictio quaſi improprietatem denotat.Dyn.dicit q denotat ſimilitudinem quia nullum ſimile eſt idē:vt.l.q nerua ſupra depo. ¶Contra hoc oppo.de.§.theſauros.in ſti.de re.di.Sol.fateor q ſit viri vt ibi.ſed reuocabiliter vt hic.q debet reſtituere. ¶Quero quid ſi vir
2 incidit arbores fructiferas†qua actione tenetur. dicit glo.q actione de dote:et in hoc bene.vel actione l.aquil. et hoc non placet:quia maritus eſt domin⁹ fundi dotalis:ergo nō tenetur.l.aquil.ſed ſibi datur vt.l.item mella.§.legis.ad.l.aquil.Non obſt.ſ.ad.l. aquil.l.ſi ſeruus ſeruum.§.ſi maritus.in glo.allega. q ibi vxor dedit damnum in rebus mariti:ꝛ ſic in rebus alienis.hic maritus in rebus dotalibus et ſic in rebus proprijs. ¶Querit Dyn.aliquis accepit fun-
3 dum i emphyteoſim an † poſſit arbores fructiferas incidere.videtur quod ſic:quia habꝫ vtile dominiū: vt.l.j.ſupra ſi ag.vecti.pe.ſed in re ppria quilibet eſt moderator et arbiter:vt.l.in re mandata.C.manda. et.l.ſi quid poſſeſſor.§.ſicut.ſupra de pet.heredi.In
b contrarium dicit Dyn.quod ſit idem b quod hic dicitur in marito.vt in lege in fraudem.§. conductor. infra de iure fiſ. et infra de cenſ.l.forma.§. ſi vites de vſu et ha.l.ſi ita.§.primo.idem in vaſallo ſeu feudatario eadem ratione.

1 ☞ Impenſe que fiunt in querendis lapidibus qd debent reſtitui.

2 Mulier que non permittit virum accipere marmor ceſum qua actione teneatur.

3 Uxor relicta vſufructuaria a marito notario quod non debeat habere fructus protocollorum.

c **Si vir in fundo.** c Lapis qui non renaſcitur non eſt in fructu. ſecus ſi renaſcitur.idem in aurifodinis argentifodinis et cretifodinis.h.d. ¶Opp.ſi maritus fecit fundum pretioſiorem debent ſibi impenſe reſtitui. vt.l. fina.ſupra de fun.do.et de iure do.l.ſi ex lapidicinis: ſed hic in verſi.et impenſa dicitur contrarium. Huius timore dicit glo.q hic mutat caſum iuriſconſultus quando maritus fecit fundū deteriorē. ¶Opp. hic dicitur quod ſi marmor eſt in fructu impenſa debet reſtitui.Contra.j.ea.l.§.impendia.Sol.impen-
1 ſe que fierent ad perpetuam rei vtilitatem: vt in querendis lapidicinis debent reſtitui:vt hic.ſed poſtq̄ꝫ lapidicine ſunt inuente:expenſe que fiunt in fodiendis lapidibus dicuntur fieri cauſa querendorū fructuum:et non veniunt in reſtitutione vt in contrario.
2 ¶Querit glo.†quid ſi mulier non permittit virum accipere marmor quod ceſum eſt.Dicit gloſ.qd mulier tenetur ad exhibendum:vel ſi impenſa eſt facta et marmor non eſt exemptum tenetur de dolo. vt.l. ſi cum mihi.ſ.de dolo.hoc ſcdm reprobatur per Ja

~Andreas Pomate. ¶Si fundum.Uide Alexā. conſil.cxviij.inci. in caſu.v.col. Cepo.in tractatu de ruſti.predi.in.c.de monte . contrarium tm̄ conſuluit Barba.conſi.xxxvj.in.ij.volu.

b ¶Quod ſit idem. Adde qd idem conſuluit Bald. cōſi.dviij. inci.vulgare.eſt.j.li. ~Andreas Pomate. ¶Si vir i fūdo.Limita iſtū §.non procedere in villa data in dotem i qua erat eccleſia in qua mulier hēbat ius patronat⁹ vt nō tranſeat in maritum vt p Feli. in. c. cum Bertoldus.pe.col.de re iudicata.

co.de arc.q cū maritus ſit dn̄s rei dotalis et habeat actionē ad exhibēdū:
d et iniuriarū d ceſſat actio de dolo. vt.l. qui pendentē.de actione empt. ꝛ hoc eſt verum conſtante matrimonio: ſed etiam ſoluto: haberet maritus actionem mandati vel nego.geſt . vt.l.j. §. ſed nec ob impenſas.C.de rei vxo.a-
e ctio.ergo ceſſat actio de dolo. e ¶Ultimo per iſtū.§.reſpondi ad queſtio-
3 nem.Maritus†qui fuerat notarius legauit vſumfructum omnium bonorū ſuorum mulieri. quero nunquid iſtud quod percipitur ex exemplatione protocollorum pertineat ad mulierē.Di-
f xi quod nō. f illud enim quod ſemel tātum percipitur et non renaſcitur : non dicitur eſſe in fructu vt hic. ſed reddi-

d ¶Iniuriarū Ro.hic tenet contrarium q actio q̄ infamat non datur inter vi.et vxorem.l.ij.C.re.amo. ſꝫ actio iniuriarum infamat.l.j.§.furti.contra. de infa. et.l.infamē.de pu.iudi.ita dicit conſuluiſſe. d. Alex. padue per dictū Jo.and.in addi.ſpec.in tit . de iur. qui tenuit quod pro atroci iniuria inter coniuges: non detur actio iniuriarum per.d.l.ij. ſed tuti⁹ eſſet dare actionē in factū.ar.l.nō dꝫ.ſ.de dolo.et hoc voluit gl.l.pretor.§.pterea ver.ſi q̄s ex li.j.de iniurijs.
e ~And.Poma. ¶De dolo.Uide cſ.xlix.in fi.§. interdū.ver.qd ſm iſta tēpora.vide Ro.ſing.cccclxiij.
f ¶Dixi q non.Pau.de ca.dicit hic q Bar.male reſpondit et q Bald.diſtin.in.l.j.C.de fru.et li. expen. ideo verba Pau.amittam.et dicit Bal.aut queris. an iſta pecunia ſit mulieris quo ad ptātem fruendi: et dicēdū eſt q ſic:vt.l.vſufru.leg.j. d vſufruct. et.l. vxori mee.infra de vſufruc.leg.et ſi aliter dicerem⁹ ſequeretur quod ſi aliud in hereditate non haberet teſtator heres nunq̄ꝫ aliquid haberet . aut queritur nunquid pecunia ſpectet ad mulierem iure proprio et ita loquitur Bartolus inducit etiam Paulum de caſtro ad queſtio.de qua Alexander non facit mentionem.ſcilicet quod cum in montibus Bergomi eſſent quedam vene ſubterranee ex quibus fodiebātur cotes et iſte vene eſſent ſub predijs priuatarum perſonarum et quidam fodiſſent per aliquod tempus illi qui habebant predia ſupra impediebant dicentes venas eſſe eorum qui predia ſupra habebāt et facit iſte text.quia lapidicina eſt illius cuius eſt fundus in contrarium dicit.facit text.cum gloſſ.l.cū cti.et lege quoſdam.C.de meta.lib.xj.et ita dicit mē ti tenendum de quo latius per eum conſilio . lxxix. ſequenti ſi vis videre conſilium Barto.de perceptis protocollorum an veniant appel.fructus vide conſiliū.l.incip.filius petri.

c ¶

a ℂ Verbū cautio.vide Old.conſi.lxix. vbi refert qđ
papa dixit in cōſiſtorio de predicto verbo.
* Pro cōcordia aduerte ſi teſtōr dicat oīa bona mea
lego comprehendere videtur etiā noīa debitorū ita
Bar.in.l.vxori mee.ff.de vſufru.leg.d.Alex. ibi alle
gat Bart.
ſibi cōtra-
riari i hoc
§.ſi vir in
fundo.cir-
ca finē vbi
dicit Bar.
non ptine
read mu-
lierem id
qđ percipi
tur ex exē-
platiōe p-
tocollorū.
tu dic bar.
non cōtra-
dicere naȝ
in hoc.§.ſi
vir non di-
cit legatū
factum bo
norum.ꝛc.
Sed loq̄-
tur quādo
legauit v-
ſumfruc.q̄
valde diſ-
ferūt. Pre
terea et ſe
cundo ſm
ſubiectam
materiā in
telligit le-
gatum ſm
qualitateȝ
legatarij
cui ſi con-
uenit vt ſē
tit Bar.in
hoc.§.ſi
vir. et ita
poſſit limi
tari dictū in.d.l.vxori.vide ad propoſitū Bart. in.l.
mutum.e.ti.pro prima ſolutione que videtur melior
et ibi do.Alex.videtur dare aliam ſolutionem quo
ad illū caſum.et vide per eum aliter ſoluentē in hoc
ſi vis altas in.§.ſi fundū.colū.peñ. vbi late per eum
quem ſimul legit cum.d.§.ſi vir.

b ℂ Dimittat vel recipiat. Adde ꝙ Bal. dicit ꝙ mu-
lier etiam poterit inhibere viro ne fructus colligat
niſi in preſentia vnius quē mittere pretēdit ne frau-
dētur fructibus quoniā hoc iura tolerant fieri poſſe
per tex.in.l.ij.§.ſub aſpectu.C.quando et qui.quarta
pars debe.lib.x.per quē tex.alleg.ſpecu. ita tenere
expreſſe in titu.de deci.§.j.ver.ſi.quod eſt not. cōtra
partiarios vt poſſet quis mittere famulum inſpecto
rem ne fraudetur.

tus protocolli eſt huiuſmodi ergo.ꝛc.
q: poſtq̄ȝ ſemel eſt redditus nūq̄ȝ am
plius reſtituetur.cum non ſit veriſimi
le ꝙ accipiens perdat. facit.l.ſi ex la-
pidicinis.ſ.de iure dotium.

1 ☞ Immobilia data in dotem ſolu.
matrimo.an ſtatim reſtituantur.
2 Ratio quare immobilia ſtatum reſti-
tuantur ſed mobilia non.
3 Cautio quam preſtat mulier viro ſo-
luto matrimonio de reſtituendis fru-
ctibus an debeat eſſe cū fideiuſſore.
4 Vir et vxor ſunt ſocij diuine et huma-
ne domus.
5 Cautio ſi hoc verbum cautio profer-
tur a lege quod debet intelligi cum fi
deiuſſore.
6 Qn̄ fructus ſunt pēdentes ⁊ de pri-
mo recolligendi vir.retinet fundū.
7 Mulier ſoluto matrimonio poteſt re
linquere fundum viro quouſq; fructꝰ
ſint recollecti.
8 Dicta in viro habent locum in ſocero
et eius heredibus.

## Interdum.

Si fundus reſti-
tuitur pendenti-
bus fructibus mulier viro cauet ſed
eis perceptis et matrimonio ſoluto
poſt annum maritus nihil reſtituit.ſi
intra annum fuerit diſſolutum reſti-
tuitur pro rata.quod etiam ad ſocerū
⁊ eius heredes extenditur.h.d. ℂ Et
iſte.§.ponit practicam eorum que di
cta ſunt.ſ. ℂ Opp.ꝙ ſm tēpora iſta
dos debeat remanere penes virum:⁊
reſtitutio debet fieri annua bima tri-
ma die.vt in.§.exactio.C.de rei vxo.
act.ergo non eſt neceſſe ꝙ mulier ca-
ueat marito. Sol.gloſ.†ꝙ hic loquit̃
de quinquēnali fructu: vel ꝙ hic fiat
mentio noui iuris ſm ꝙ reſtitutio fit ſtatim. vt pre-
allegato.§.et ſic tenet iſta glo.ꝙ olim immobilia nō
reſtituebantur ſtatim ſed reſtituebant̃ annua bima
trima die qđ Dyn.et oēs reprehendunt. Primo per
prealle.§.exactio.ibi qđ cōmune vtriuſq; fuerat.ꝛc.
et per tex.in l.cū in fundo.§.ſi fundus.ſ.de iure do.
qđ tenet glo.j.de do.prele.l.ij.§.fi.et ex hoc apparet
ꝙ non ob.contrariū q: immobilia etiam olim reſti-
2 tuebantur ſtatim. ℂ Sed quero † que eſt ratio ꝙ im
mobilia ſtatim reſtituuntur:mobilia vero poſt tem-
pus debent reſtitui. Dicit Ja.de are.ꝙ quilibet pōt
ſtatim reſtituere immobilia:ideo ſi vir eſſet diues ⁊
haberet pecuniam pre manibꝰ cogeretur ſtatim re-
ſtituere.idem tenet Cy.in prealle.§.exactio.et Roſ.
in libellis ſuis ſuper ti.de act.ex ſtipu.pro dote. Mi-
hi videtur ꝙ hoc ſit contra prealleg.§.exactio.,vbi
dicit ꝙ res ſe mouentes et iura debent reſtitui poſt
annum:et tñ conſtat ꝙ erat facilis reſtitutio. non eſt
ergo alia ratio niſi ꝙ ſic principi placuit.qn̄ aūt dixi
iura reſtituenda poſt annū:intelligitur ſm determi-
3 nationē.l.iȝ.§.fi.ſ.de iure do. ℂ Quero † circa prin-
cipium an hec cautio que preſtat̃ a muliere debeat
eſſe cum fideiuſſore vel ſine.gl.videtur dicere quod
ſine.licet ſit arg.contra.j.eo.l.ſi cōſtante.§.quoties.
idem tenet glo.C.de rei vxo.acti.§.cum autē ⁊ Cy.
ibi.ad ſimilitudinem ſociorū:vt.l.verū.ver.itē vidē
4 dum.ſ.pro ſocio vir enim † et vxor ſunt ſocij diuine ⁊
humane domus. Pet.videtur dicere contrarium q:
5 verbū † cautio[a] quādo profertur a lege ſiue ciuili ſiue
a pretoria debet intelligi cum fideiuſſore.vt.j.de pre-
to.ſtipu.l.pretorie.et ſupra de iudi.l.in omnibus.⁊ in
d.l.ſi creditores.de priuile.credi.vt refert Cy. C.de
verb.ſig.l.ſancimus.C.de procu.l.j.ſed poſſumus di
cere hoc qđ illud facit rōe ſocietatis p̄dicte. ℂ Que
ro econtra vtrum vir caueat mulieri glo.dicit quod
6 ſic.infra eodem.l.ſi filio.§.finali. ℂ Quero † quid ſi
ſoluto matrimonio fructus ſunt recolligendi de pro-
ximo.glo.dicit quod tunc non deberent reſtitui nec
caueri:q: cum de proximo ſunt recolligendi habent̃
tanq̄ȝ recollecti.ideo vir tenet donec percipit. arg.l.
7 ſi is a quo.j.vt in poſ.leg. ℂ Quero quid † ſi mulier
vult interim relinquere fundum viro et non cauere
an poſſit.glo.reſpondet quod ſic per.l.hac edictali.
§.mobilium.C.de ſecun.nup. Dyn.contra per dictū
§.mobilium et per.l.ſi conſtante.§.quoti.j.eodem.
puta.glo.melius dicere.nam in poteſtate eius eſt ca
uere vel reſtituere ei apud quem res debȝ eſſe.vnde
in rebus que debēt eſſe apud virum annua bima tri
ma die cum cautiōe:eſt in poteſtate viri an retineat
reſtituat vel caueat.vt preallega.l.hac edictali. et in
his que debent eſſe apud vxorem incontinenti cum
cautione:debet eſſe in poteſtate vxoris an dimittat
b vel recipiat[b] et caueat:eadem ratione. et ita intelli-
gitur iſta gloſſ. ℂ Quero de quo cauebit vxor. dic
8 vt in glo.et bene. ℂ Vltimo † nota quod que dicun-
tur in viro habent locum in ſocero et heredibus eiꝰ.
quod videtur contra text.in.l.ſi vero.§.de viro.infra
eodem et ibi dicam.
1 ☞ Impenſa facta in curādo ſeruum quod dicatur
neceſſaria.
2 Impenſa facta in curando equum accommodatum
ꝙ non repetitur ſi fuit modica.



§ Si pro cultura agri ſit impenſum plus q̄ȝ fuerit per-
ceptum quod talis impenſa non deducetur de fru-
ctibus ſecundi anni.

## a Impendia.

[a] Impendia facta gratia que-
rendorū fructuum de fructibꝰ
deducuntur cetera neceſſaria ⁊ vtilia repetūtur.h.
1 d. ℂ Oppo.ꝙ impenſa facta † in ſeruo curando re-
putatur tanq̄ȝ neceſſaria.j.ti.j.l.ij. Sol.ſm Jaco.de
are.ibi quando impenſa eſt magna:hic quando par
2 ua:que nō repetitur.ꝙ nota.ſi eiſi † accommodo tibi
equum ⁊ tu expendis in eo curando: ſiquidē impen
ſa fuit modica nō repetitur ſicut nec cibaria vt. l.in
rebus.§.poſſunt.ſ.cōmo. ſecus ſi eſſet magna vt in
preallega.l.ij.j.de impen. ℂ Opp.de.l.pretor.§.his
verbis de bo.auto.iudi.poſ. Gloſ.ſolu.illud ideo q:
creditor fructus non lucratur. ℂ Oppo.ꝙ conſtru-
ctio noue ville non ſit impenſa neceſſaria.vt.l.impē
ſe.j.de verbo.ſigni. Glo.exponit neceſſaria.i.vtilis.
vel dic ꝙ poteſt ſtare proprie eo q: fundus ſine illa
domo peribat vel laborari non poterat. ℂ Quero
quid ſi pro vno anno pro cultura plus expendit q̄ȝ
percipit an poſſit deducere de fructibus ſequentis
anni.gl.arguit pro ⁊ contra. Et primo allegat ꝙ ſic.
vt.ſ.eo.l.fructus.vbi impenſe primi anni deducunt̃
de fructibus vltimi anni. ℂ Ad idem expreſſe.ſ.de
peti.here.l.quod ſi ſumptus.allego pro hoc.l.ſi vno
ſ.loca.vbi vbertas vnius anni compenſatur cū ſte-
rilitate alterius vt.l.ſi merces.§.vis maior.ſ.loca.
In contrarium allegat gloſſ.j.titu.primo.l.fin.quā
Dy.ſic inducit.impenſa facta gratia querendorum
fructuum non debet deduci de dote.vt.j.tit.primo.
l.fina.⁊ hoc.§.ſed fructus vltimi anni ſunt dotis.vt
l.ſi marito.in fi.j.eodem.ergo de ipſis non deducit̃.
§ Iſtam partem † teneatis primo per hunc text. quia
debet deduci de fructibus eiuſdem anni. j.l.proxi.
§.fin. Nec obſt.l.fructus in fi.ſ.eodem. quia fructꝰ
vltimi anni bene computantur loco fructuum primi
anni:quia omnes ad virum non pertinebant vt ibi.
ſed fructus vltimi anni non debent computari loco
fructuum precedentium annorum in quibus inte-
grum matrimonium durauit:cum illorum annoruȝ
commodum vel incommodum debet eſſe viri. Nec
* obſt.l.ꝙ ſi ſumptus.ſ.de peti.here.quia ibi in bone
fidei poſſeſſore qui non debet habere damnū: quo-
niam ab eo extorquetur lucrū:hic in marito ad quē
interim pertinet commodum vel incommodū. Itē
non obſt.l.ſi vno.ſ.loca.eadem ratione.qm̄ a colo-
no exigeretur maior merces ſi vbertas nimium ex-
cederet.eodem modo fit ſibi remiſſio propter ſteri
litatem.vnde commodum ⁊ incōmodū ſimpliciter
non eſt ſuū.vt.d.§.vis maior.ſ.alleg. vnde ſi vir in
illo anno poſt ſterilitatē percepiſſet fructus multuȝ
vberes totū ſibi lucraretur.vñ ſi ſterilitas ſit: dānū
patietur. ℂ Quero qua actione repetentur iſte im-
penſe neceſſarie ⁊ vtiles dic vt in glo.⁊ bene.

## Si fundus.

Commodum lapidi b
cinarum exiſtentiuȝ
in re dotali pertinet ad maritum niſi
aliud actum ſit.h.d. ℂ Opp.ſ.l.proxi.
§.ſi vir in fundo. Solu.quando lapidi-
cine inquiruntur ab initio habet locū iſta.l. quādo
vero p oſtea ſunt inuente habet locum diſtinctio ibi
poſita.ſ. an lapis renaſcitur vel non
vt ibi.

## Quod in ſementem.

Impenſa facta in ceteris fructibus
deducitur ex alijs fructibus eiuſdem
anni ⁊ eiuſdem fundi. h. d. quod in-
telligit glo.⁊ Dyn.quando ex eodem
terreno fructus vterq; percipit̃ alias
ſecus.quod eñ facit diuerſitas anno
rū.multomagis faceret diuerſitas re
rum. ℂ Vltimo iſte.§.probat ꝙ im-
penſa facta vno anno: non deducitur
de fructibus alterius anni. vt dixi.ſ.
l.proxi.§.fi.
1 ☞ Maritus propter culpā mulie-
ris excuſatur a culpa leui ⁊ leuiſſima.
2 Non factum vocatur factum.
b prin. ff. de requi. re. de iure hodierno habes in auten. item nulla communitas. C. de epiſco. ⁊ cler. ⁊ in titu.
c hic finitur. l. conradi. c. j. colla. x. ¶ Alterius[c] iſta. l.
5 facit ad queſtio. debet † aſſumi aliquis ſapiens: quis debet eligere ſapientē vel iudex vel pars. Et in verſicu. ⁊ notandum. videtur ꝙ iudex. Dyn. dicit quod partes. ſed ſi diſcordant tunc iudex eligat. vt. l. iij. §. fi. ff. de adminiſtra. tuto. ⁊ l. finali. C. de iudic. ⁊ in l. in venditione. §. fina. ff. de bonis auto. iudi. poſ. ⁊ Specul. in titul. de requi. conſi. §. j. verſicul. quid ſi exigi
d tur. ¶ Quero quid de poſſeſſiōe. videtur per l. iuriſiuran. §. ſi de qualitate. ff. de iureiuran. ¶ Ultimo[d]
6 inducitur hec. l. cum glo. que incipit ſcilicet ⁊c. in argumentum. † aliquis eſt ſcriptus bannitus in libro communis alius interfecit eum an excuſetur per formam ſtatuti. Certe ſic per iſtum verſicu. ceterum. et per Dyn. in l. penul. ff. de adulte. ⁊ in dubio preſumitur ignorare vt hic Dy. dicit. ⁊ probatur in verſi. meminiſſe. ff. ea. l.

**Meminiſſe.** Iſtum. §. allegaui tibi in l. pretor. ff. vi bo. ra. ⁊ in l. queadmo. §. fi. ff. ad l. aquil. quod dictum eſt in vna lege non intelligitur repetitum in alia.

**Sicui ventrem.** Oppo. dicitur hic qd factum matris preiudicat filio. Contra imo videtur quod factum matris filio preiudicare non debet. vt. l. prima. C. de fal. Solu. in petitorio non preiudicat: in poſſeſſorio ſic. ¶ Oppo. ff. ad carbo. l. iij. §. miſſum. Solu. vt ibi. et l. penul. eo. titu.

e **Denuntiari.** [e] Facit



edictum ſolenniter euocentur. ff. que ſen. ſi. app. re. l. item cum ex eo. ſed bene tenet etiam ſi non vocētur ſingulariter. ſed non preiudicat eis qui non audierunt edictum: hec ſunt verba formalia Innocen. ex quibus apparet quod refert opi. duas. vna eſt: quod iudiciuꝫ teneat: alia qd iudiciū ſit nullum poſtea eligit tertiaꝫ opi. ſcꝫ ſententiā latā non tenere niſi ꝑ edictum ſolēniter euocentur: ſed bene tenet etiā ſi non vocent̃ ſingularit̃ qd ſnīa valeat ſed nō preiudicat eis qui non audierunt edictum. et ita eundē Innoc. refert do. Cardi. in d. c. humilis. in. ij. q. et ſic illud ad quod Bal. alleg. Inn. non fuit opi. Inn. ſed quorūdā. ſi ergo ſit facta citatio per edictū in gn̄e iuxta no. per Bar. in l. fi. C. de iur. deliberan. et quod habetur per Jaco. de but. et alios in auť. ſi oēs. C. ſi vt ſe ab here. abſti. valebit iudiciū. Iſtud tamen qd Inno. dicit ſufficere quod citetur per edictum et nō ſingulariter poteſt limitari non ꝓcedere ſcilicꝫ quādo perſona que citatur eſſet certa et ſciretur: q̄a tūc non ſufficit eam citare per edictum et in genere: ſed requiritur quod ſingulariter citetur. ita voluit ſingu. Inno. in. c. cū in tua. qui ma. accu. poſſunt. et ibi omnes ſequuntur. facit quod voluit Joā. andre. in. c. fi. de elec. in. vj. preterea iſtud dictum Bald. in dicta. l. ab eo. intelligitur quando principalis actus ſpectabat ad illum cōtra quem directa fuit petitio. Ita recte intuenti ſenſit Bald. in d. l. ab eo. inquantum alleg. Innocen. in dicto. c. humilis. vnde iudicium debet dirigi contra illum ad quem principaliter negotium tangit non in conſequentiam. facit quod dixi poſt Bartolum. in l. iij. in. x. colum. in apoſtilla magna circa finem. de pign. adde videndum circa predicta Bald. conſilio. xvj. iiij. volumi. ⁊ ſcias quod licet ſtatutum dicat debere citari proprijs nominib⁹ filios et heredes debitoris non autem generaliter per procur. quod debet intelligi vt ipſi creditori ad cuius inſtantiam citatio emanauit poſſibile eſt facta diligenti inquiſitione notitiam habere propriorum nominum ipſorum filiorum et heredum citandorum: alias autem conſtitutio arctaret ad impoſſibile nec preſumitur quod conſtitutio voluerit quē arctare ad impoſſibile. l. titius. de excuſatio. tut. no. Bald. in l. prima. C. vnde vir ⁊ vxor. ſolu. ſeruabitur ius commune quod vbi incerti ſunt ſufficiat generalis citatio ſi ſunt certi ſpecialis; vt not. Bartolus in extrauaganti ad reprimendum. in verbo per edictum. ⁊ in iuribus allegatis in apoſtilla. ff. quibus

ad. q.[a] quam poſui in repetitiōe. §. cato. in. fi. l. iiij. ff. de verbo. obliga.

1 ☞ Omiſſio crucis in inuentario qd non vitiet.

2 Solennitas leuis que dicatur.

3 Conſuetudo loci inſpicitur in confeſſione alicuius actus.

b **Quod autem.** [b] Omiſſio modice ſolennitatis non vitiat. hoc dicit. Facit
1 ad queſtionem † quando omittitur ſignum crucis[c] in inuentario quod non
c vitiat quia eſt leuis ſolennitas. ſed q̄
2 eſt leuis ſolennitas. Oldra. dicit † qd leuis ſolennitas eſt cuius omiſſio nullum vel paruum preiudicium generat vt hic ⁊ illa dicitur grauis ſolenni
d tas[d] que omiſſa multū obſt. perſone. vt. l. cum hi. §. ſi pretor. ff. de tranſact.
3 ¶ Item nota. † quod in eo quod eſt gerendum debet inſpici conſuetudo loci vbi ſit. facit ad. q. teſtamenti. qd locus vbi ſit teſtamentum debet inſpici. vt. l. ſecunda. C. qui teſtamen. fa cc. poſ. ⁊ l. ij. queadmodū teſta. ape.

**Edictum.** Mulier ꝓpter imperitiam excuſatur. hoc dicit. ¶ Opp. ff. titu. ij. l. j. et l. iij. §. cauſe infra ad carbo. Sol. gloſ. ¶ Not.

adde Cum. ſingulariter terminantem hoc in. c. fina. de electi. etiam allegatū non ad hoc. ſcias etiam ꝙ licet erratum eſſet in citandi modo ſeu forma a iure traditis nihilominus ſi is cuius intereſt notitiaꝫ habuit citatiōis ꝑ quā nō legitie citabat̃ tamen ita ligatur quēadmoduꝫ ſi fuiſſet legitime citatus. caſus eſt in clemē. cauſam. de electio. ⁊ licet alias ſentētia nō preiudicet nō citato preiudicat h̄ caſu illi q̄ habuit notitiaꝫ licet legitie citatus non fuerit ita tꝫ Ro. cōſi. ccccx. Que aūt diligentia requiratur qn̄ aliquis eſt citandus ad domum ⁊ an ille q̄ eſt in comitatu ciuitatis dicatur abeſſe a ciuitate vt excuſet̃ faciēs citare ſi citari debebat perſonaliter: vide Ro. cōſi. ccccliiij. ⁊ an ſi in cita. requiratur certa ſolennitas an omiſſio ſolēnitatis vitiet citationē ſi in cauſa poteſt ꝓcedi ſummarie. ⁊ ſi nūtius referat ſe oīa feciſſe p̄ſumatur ſeruata forma. ⁊ an preſumēda ſit cōmiſſio iudicis de cita. ꝓ validitate act⁹: vide eundem Ro. cōſi. ccccxcvij. ⁊ formam qn̄o abſens ſit citandus ſiue ſit de ciuitate ſiue nō vide per Bal. conſi. ccclv. j. volu.

⁓ Andr. Poma. ¶ Denūtiari. Iſte. §. eſt ſin. ſm Barba. ꝯſi. xxix. in. xvj. col. j. vol. ⁊ Alex. ꝯſi. clvj. in. ij. vo. et cōſi. v. in. j. col. ij. volu. Feli. in. c. ij. de conſti.

a ¶ Ad queſtionē. ⁊ iſtum. §. pro ſin. allegat Bal. in rub. de ſuc. edic. ⁊ vide que dixi poſt Bart. in l. ſi q̄s inſtituatur. §. item ſi condi. de here. inſti.

b ¶ Quod autem. Et vide Bal. in proe. C. ⁊ in l. fi. C. de iu. delibe. And. barb.

⁓ Andre. Poma. ¶ Quod autē. Pro intellectu huius. §. vide Alex. cōſi. cxlj. in vlti. col. ij. volu. ⁊ conſi. xlviij. col. iiij. Feli. in. c. iij. col. ij. de teſti. cogen. Barba. conſi. cxcviij. Feli. in. c. cum cauſa. col. v. de re iudi. Roma. conſi. cxlvj.

c ¶ Quod autem. ſignum crucis. Uide Bart. in l. ij. de vulg. ⁊ pup. ⁊ que ibi dixi.

d ¶ Grauis ſolēnitas. Et que dicat̃ leuis ſolēnitas. vide Bal. in l. hac cōſultiſſima. in princ. C. qui teſta. fa. poſ. vbi dicit qd eſt illa que nō eſt fundata in aliqua vrgenti ratione vel vtilitate. qd tene mēti. ⁊ adde qd no. Bar. in l. fi. §. cū igitur. in fi. C. de iur. delibe. ⁊ in l. j. §. ſi plures. in. iiij. q. de exercito. ⁊ cōditio appoſita a lege nunq̄ꝫ intelligitur ꝯtinere leuem ſolennitatem. Bal. in auť. matri ⁊ auie. C. qn̄ mu. tu. offi. fungi poteſt. Ang. in l. j. de libe. ⁊ poſthu. Bar. in l. j. de vulg. ⁊ pup. in. iiij. q. ad fi. ij. effect⁹. vide Bar. in l. licitatio. ff. de publica.

quod factum matris filio non preiudicat in petitorio: in poſſeſſorio ſic. ¶ Quero quid ſit iſtud edictum ad exemplum carbo. et due expoſitiões ſunt in glo. et quelibet bona. et dic vt in ea et ſecundam tenet Dy.

1 ☞ Subſtitutio vulgaris tacita qđ non valeat ſine aditione. remiſſiue.

a Qui ventri.[a] Legitur duob⁹ modis. Ad ſecũdum modum qñ ſubſtitutus pupillariter opp. q2 ſua non intereſt: vt. ſ. proxi. l. quod eius non intereſt pꝫ q2 ſi non naſcitur non ſuccedit: ergo ſua nõ intereſt. Dic quod ſua intereſt ꝓpter tacitã vulgarem. et vide gl. que icipit directa vſqꝫ ad finem. Et ſic vides quod ſubſtitutus ſuccedit per tacitam vulgarem: ſed hoc eſt verũ qñ haberet coheredem inſtitutum: 1 † q2 ſine hereditatis aditione non valet tacita vulgaris vt l. quod ſi filius. j. de cap. et hoc nõ examino hic. gl. eſt in. l. lex corne. j. đ vul. et pupilla. ſubſti. et Cy. in. l. precibus. et Guil. de cu. in trac. de vulg. ⁊ pupil. dicam in. d. l. lex cornelia.

a ¶ Qui ventri. vtđ ad qđ allega. bar. iſtã. l. i l. j. in. x. co. de vul. et pup. ☞ Andreas Pomate. ¶ Qui ventri. vide caro. Ray. in §. et qđ ſi tãtũ. xxij. col. de lib. et poſthu.

b ¶ Hoc edicto. ſꝫ an in iſta bonorũ poſſeſſione requirat decretũ iudicis. bal. qđ ſic in. l. fi. ⁊ vid. C. qui admi poſt nico. đ ma. ibi. ita etiã tꝫ ibi pau. de caſtr. et Frã. tigri. in. l. j. eo. ti. Itẽ an iſta bonoꝝ poſſeſſio duret anno ⁊ nunqđ hodie ſit ſublata. vide ibi ⁊ vide b Bal. ⁊ ibi dixi in. l. fi. C. vñ legi.

Is a quo. Fideicõmiſſarius vlis cũ conditio 1 defecit propter natiuitatem poſthumi admitti- 2 tur ad cuſtodiendũ partũ. h. d.

¶ Si ventris noĩe mulier in poſſeſſionẽ miſſa eadẽ poſ. ⁊c. Rubrica.

¶ Continuat Dy. iſtã rubricã ad precedẽtẽ: q2 ſeruatis ſolẽnitatibus que ponũtur. ſ. ti. j. mulier mittitur in poſſeſ. cauſa ventris: vt. l. j. §. ſi venter. et per totum. infra de vent. in poſſeſ. mit. ſed quia quandoqꝫ ad alium dolo malo trãſitur ideo ponitur hic hec rubrica.

Hoc edicto.[b] Primo commẽdat edictum ⁊ eius rationẽ ponit. Secundo ponit mẽtem edicti. Tertio exponit edictum vſqꝫ ad finem. ſecunda ibi idcirco. tertia ibi intereſt autem. ¶ Opponitur j. eadem. l. §. intereſt. Gloſſa exponit hic prede. i. iniuſte acquiſitionis re ipſa. Extra gloſſ. oppo. nonne ſubuenitur alio modo etiam qꝫ per iſtud edictum ſcilicet per petitionem hereditatis vel per rei vendicationem. Sol. illa remedia nõ ſufficiebant in omni caſu: quia poteſt eſſe quod poſſeſſio eſt penes eũ cũ titulo. ⁊ petitio hereditatis non datur contra titulo poſſidẽtẽ. vt. l. regulariter. ſ. de peti. here. Itẽ nõ per rei vẽdicationem: q2 non veniunt ea de quibus nõ eſt dictũ: ſecus in hereditate vt de peti. here. l. ⁊ non tantum. ideo pretor iſtud edictum de neceſſitate poſuit.

Idcirco. Iſta ſecunda pars ſubdiuiditur in quatuor. Primo dicit actionem dari contra mulierem. Secundo in patrem. Tertio dicit ad quid detur contra eos. Quarto dicit dari in extraneum ⁊ hec eſt mens edicti. ſecunda ibi nõ ſolum. tertia ibi actionẽ. quarta ibi neceſſario. ¶ Oppo. ad primum reſponſum quod debeat dari condictio ex. l. non actio in factum: vt. l. prima. ſ. de condi. ex. l. Solu. ibi ex. l. ciuili: hic ex edicto pretoris. vt in gloſſ. ¶ Oppo. ⁊ videtur quod pro poſſeſſione iſta actio non datur in mulierẽ: quia heres habet actionem in eum in quem eſt tranſlata poſſeſſio. Sol. vt ſ. proxi. ⁊. j. in. §. intereſt. ¶ Ultimo oppo. quia erat prouiſum per. l. pretor. in prin. ⁊. §. eſt preterea. j. de bonis auto. iud. poſ. In veritate dubito: ſed poſſumus dicere ꝙ illud edictum habet locum in creditore miſſo in poſſeſſionem: hic in muliere miſſa in poſſeſſionem nomine ventris: ſed iſta ſolutio facit me dubitare ⁊ illud edictũ generaliter loquitur qñ quis eſt miſſus in poſſeſſionẽ: ⁊. l. j. ex quibus cau. in poſ. ea. loquitur etiam de muliere miſſa nomine ventris. poſſumus eñ dicere qđ illud tanqꝫ generale habeat locum: ⁊ iſtud etiam ſpecialiter in hoc caſu. ⁊ ideo vnum per aliud non tollitur.

1 ☞ Quod interdictũ datur heredi vt expellat poſſeſſorem iniuſte miſſum in hac materia.

2 Dubium ſuperueniens qđ non tollit aditionẽ iam factam licet impediat faciendam.

3 Lex in dubio debet intelligi ſcđm materiam tituli in quo ſituata eſt.

4 Executio ſententie late contra principalem qđ poſſit fieri contra eum in quem poſſeſſio dolo eſt tranſlata.

Neceſſario. Uidi qđ actio datur ꝯtra mulierem ⁊ cõtra patrẽ in eo qđ intereſt. ¶ Quero quid de extraneo miſſo in poſſeſſionem. Reſpondet iuriſconſultus qđ de hoc pretor neceſſario fecit edictũ vt dicit in litera. ¶ Quero quid vult dicere non pretoria poteſtate vel manu miniſtrorum. Quidam dicũt qđ ponitur pro eodem. Alij dicunt ꝙ pretoria poteſtas eſt vna pars: manus miniſtroꝝ eſt alia: ſcꝫ per miniſtros pretoris vel miniſtros ipſiuſmet agẽtis. ⁊ vide iſtam gloſ. q̃ incipit miniſtrorum ⁊c. ¶ Ad hãc lec. ſic declaratã op. qđ hic dicit tex. ꝙ non poteſt manu militari: contra. l. ſi quis miſſus. j. ne vis fiat ei. Gl. dat duas ſolutiones. Una eſt qđ ibi auxiliũ manu militari det̃ expulſo: hic dño ſeu heredi deneget̃. Et qđ vult dicere expulſo: dic ei q̃ añ erat miſſus vel mitti iuſſus autoritate iudicis. ſed dño vel heredi q̃ tũc miſſus nõ erat vel nullũ ius haberet denegat̃ man⁹ militaris ſed dꝫ dari libell⁹. ⁊ iſta eſt bona ſolu. Scđa ſolutio eſt ꝙ ibi loqt̃ in poſſeſſore malefidei: hic ĩ poſſeſſore bõefidei. Hec ſolutio ẽ vera ĩ ſe: tñ nõ ꝯgruit huic. l. q̃ loqt̃ tã ĩ bõefidei qꝫ ĩ malefidei poſſeſſore



vt. j. e. l. dolo. ¶ Scđo op. ꝙ heres poſſit expellere iſtũ poſſeſſorem ſua autoritate. nam mulier miſſa in poſſeſſionem non poſſidet ſed detinet ⁊ ſic apparet ꝙ heres poſſidet̃. extraneus ergo miſſus in poſſeſſionem facit violentiam heredi. ergo heres poteſt eum expellere ſua autoritate: vt. l. quẽadmodum. in prin. ſ. ad le. aquil. ⁊. l. j. §. vim. ⁊. l. iij. §. euꝫ igitur. de vi ⁊ vi arma. ⁊. l. ſi vitem. §. ſi ad ianuam. qđ vi aut clam. male ergo dr̃ hic qđ nõ poteſt ꝑ ſe vel ꝑ ſuos miniſtros prout exponitur per miniſtros agentis. Glo. vult ſoluere. ⁊ dicit cõcedo ꝙ verus heres poſſidet ⁊ licet ille intromittatur in poſſeſſionem tñ ꝓpter hoc nõ poteſt illum expellere. Sed ſi poneres qđ ille tenens vellet expellere heredem ⁊ nõ admittere: tunc heres poſſet repellere per vim. ⁊ vide iſtã gl. que incipit pro eodem ⁊c. ibi velut prius ⁊c. et ibi dum dicit nõ pretoria ⁊c. ideſt pretoris officio. Itẽ ibi ciuilius. large accipe vt comprehendat edictum pretoris mortui. ex iſtis cõtrarijs apparet qđ ille q̃ poſſidet ciuiliter ⁊ naturaliter: ⁊ alius ſoluꝫ detinet iniuſte non a ſe poſſidente ſed ab alio: poſſidẽs tũc a ſua autoritate nõ poteſt[a] expellere: ſed debet experiri interdicto vti poſſidetis. vt hic. et. l. hec autẽ. §. fi. in fi. j. ex quibus cau. in poſſ. ea poſſumus etiã intelligere ꝙ hic heres nunqꝫ fuit in poſſeſſione. vt dixi in ſolutione precedentis contrarij. ¶ Uenio ad 1 ſequentem glo. magnã. ⁊ quero † qđ ſit illud interdictum per qđ heres poteſt expellere poſſeſſorẽ. gloſ. reſpondet quatuor modis. Primo qđ ſit interdictũ vti poſſidetis. Scđo quod ſit interdictum vnde vi. Tertio qđ ſit interdictum hoc eſt actio in factũ deſcendens ex hoc edicto. Quarto qđ ſit interdictum ne vis fiat ei. virtus eoꝝ depẽdet ex precedentib⁹ lec. Si enim ponim⁹ qđ heres ante poſſidebat poteſt procedere ſcđm qđ dicitur de interdicto vti poſſidetis. ⁊ vnde vi. ſi dicimus qđ heres nõ poſſidebat procedit ſequens expoſitio. tamen vt clarius iſta liqueant oppo. ad primaꝫ heres non poſſidet anteqꝫ adipiſcatur poſſeſſionẽ: vt. l. cũ heredes. de acquir. poſ. ⁊c. Item adipiſci nõ poteſt poſſeſſionem donec eſt dubium an partus naſcatur: vt. l. cum quidaꝫ. §. qđ dicitur. j. de acqui. here. ⁊. j. ti. j. l. j. in fi. Quomodo ergo cũ non poſſideat ante imo impoſſibile erat eum poſſediſſe: poteſt habere interdictũ vti poſſidetis. certe nõ video. ſol. Rof. in libellis ſuis ſuꝑ hoc edicto ponit qđ heres primo adiuerat hereditatẽ: 2 et poſtea mulier dicit ſe pregnãtem. ⁊ ſic no. † ꝙ dubium ſuperueniens nõ tollit aditionem iam factam licet impediat faciendam. Idem tenet gl. in. l. cũ falſum. j. de acqui. here. Dy. ſoluit aliter ꝙ hic interueniebant illa tria ꝓpter que nõ impediatur aditio licet mulier dicat ſe pregnantẽ. ſ. ꝙ ſic erat opi. vulgi. et ꝙ nõ erat pregnans in veritate ⁊ ꝙ ipſe heres ſic credebat. vt. d. l. cũ quidã. §. ꝙ dicitur. ¶ Scđo op. ꝙ mulier licet non poſſideat mittẽdo alium priuat dñm poſſeſſione. vt. l. peregre. §. quib⁹. ⁊. l. iij. §. qđ ſi ſeruus. de acqui. poſ. ⁊. C. de acq̃ poſ. l. fi. cũ ergo heres nõ poſſideat non hꝫ locũ interdictũ vti poſſidetis. Rof. fatetur oppoſitũ. vñ ad hoc vt habeat locũ interdictuꝫ vti poſſidetis oportet te ponere ꝙ mulier expreſſe egit vt nõ transferat niſi detentationeꝫ quam ipſa habebat. Dy. vero dicit melius qđ mulier per immiſſionem tertij nõ priuat heredem poſſeſſione: quia nõ poteſt transferre plus qꝫ habeat. Ad cõtraria rñdeo qđ loquũt̃ in colono ꝑ quẽ dñs poſſidet: vnde cũ animus domini qeſcit in illa poſſeſſiõe coloni merito transferendo in alium priuat dominum. hic loquit̃ in muliere per quã heres non poſſidet. ⁊ nil allegat Dy. dico qđ iſtud eſt verum. ⁊ gloſſ eſt in l. j. in fi. ſ. vſufruc. quemadmo. ca. ⁊. j. de vi ⁊ vi ar. l. iij. §. vnde vi. ⁊ iſtud tene menti. ¶ Tertio oppo. ſcđm iſtam expoſitionem dicitur ꝙ datur interdictum vnde vi. cõtra. aut heres poſſidet ⁊ non habet interdictum vnde vi: vt. d. l. iij. §. vnde vi. de vi et vi arma. aut dicis qđ heres deſinat poſſidere et diceres tunc contra ea que ſupradicta ſunt. Reſpon. fateor qđ heres nõ amiſit poſſeſſionẽ per immiſſionem factaꝫ de illo. vt. ſ. ſed poſtqꝫ heres acceſſit ad poſſeſſionem ⁊ ille immiſſus eum non admiſit: et in illo actu paſſus eſt vim: vt. l. clã poſſidere. §. fi. cum. l. ſeq. de acqui. poſſ. et ſic oportet te ponere volendo tenere ꝙ detur interdictum vnde vi. ¶ Uenio ad tertium exemplum ſcđm qđ gloſ. dicit qđ interdictũ iſtud intelligitur i. actio in factum ex hoc edicto. iſtud exemplum tenet Iaco. de ra. ꝙ mihi 3 placet: quia. l. debet † intelligi in dubio quod loquatur de actiõe de qua loquitur in titu. in quo ſituata eſt: vt l. imperator. ſ. de in diem adiec. ⁊ no. in. l. fina. in princip. ſ. de conditio. indebi. et iſta lectur. eſt vera et neceſſaria ponendo qđ heres ante non poſſidebat: vt ſupra dixi. poteſt etiam neceſſaria eſſe iſta opini. alio modo. pone quod partus eſt natus ex ventre: ille qui primo adiuerat eſt excluſus per partum: qualiter ſubueniatur huic nato contra poſſeſſorem. Certe per nullum interdictum niſi per iſtud. et de hoc ſentit Rofred. in ſuis libellis ſuper hoc titulo. ¶ Uenio ad quartum prout loquitur in interdicto ne vis fiat ei. licet gloſſ. circa hoc multa dicat: tamen hoc interdictum non poteſt habere locum: quia competit ei qui eſt miſſus vel mitti iuſſus autoritate iudicis: ſꝫ heres non eſt huiuſmodi: ergo et cetera. vt lege ſi quis miſſus infra ne vis

a ¶ Neceſſario. nõ poteſt. Et ſic no. qđ poſſidens ciuiliter ⁊ naturaliter nõ poteſt expellere detinentem ſua ꝓpria autoritate. adde Inn. in. c. inter quatuor. de maio. ⁊ obed. ⁊ qđ no. in. l. fi. C. ſi per vim vel alio modo. ⁊ in. l. fi. alias pe. C. de bo. vacan. libr. x. ⁊ in. l. facitas. C. đ iu. fi. co. li. ⁊ in. l. ob maritoruꝫ C. ne vxor ꝓ marito. ⁊ in. l. a diuo pio. §. ſi ſuꝑ reb⁹. đ re iud. ⁊ in l. null⁹. ſ. ex qb. cau. ma. et not. Bal. etiã ĩ l. ſi deſerta C. ſi ꝓpter pu. pẽſi. et Bald. in. l. certa forma. C. vt ĩ poſ. le. ⁊ ibi tenet ꝯtra Bar. hic ꝑ gl. ordinariaꝫ. in. l. j. §. interdicto. ĩfra vti poſ. ⁊ vide ꝙ not. bal. in. l. fi. C. đ popu. ac. ⁊ in. l. pe. in prin. de nõ nu. pecu. ſꝫ cũ Bar. tenet Bal. ĩ l. j. ad fi. C. de exec. rei iud. ꝑ Ro. in. l. peregre. §. fi. ad fi. de acq̃. poſ.

fiat ei. Alij dicunt ꝙ mulieri cõpetit interdictũ ne vis fiat ei. ⁊ mulier fuit iuſſa mitti in poſſeſſionẽ nomine ventris: ſed nõ placet: quia aut ille tertiꝰ ingreſſus eſt voluntate mulieris: ⁊ mulier nõ poteſt cõqueri: aut cõtra eius voluntatẽ ⁊ tunc mulier haberet cõtra eum auxilium manus militaris. vt. l. ſi quis miſſus. ꝗ. ne vis fiat ei. qđ hic negatur. vnde iſta quarta expoſitio nõ procedit. tenerem ergo tertiã expoſitionẽ tanq̃ magis vtilẽ ⁊ magis cõgruam legi.
4 ¶ Ultimo ſcias † ꝙ do. Cyñ. in. l. j. C. de ali. iu. mu. cau.
a fac. tenet ꝙ[a] cõtra eum in quẽ trãſlata eſt poſſeſſio dolo poteſt fieri executio ſentẽtie late cõtra principalez. alleg. C. vt in poſ. leg. l. certa eſt forma. qđ dictũ eſt contra iſtũ text. facit inſti. de act. §. itẽ ſi quis in fraudem. qđ plene declara vt dixi in repe. l. iij. C. de pigno.

b **Intereſt.** Quero an[b] a muliere poſſit heres petere poſſeſſionem ⁊ fructus. Et iſte tex. facit ꝙ nõ: quia ſolum tenetur ad id qđ eſt vltra. puto ꝙ totũ poſſit peti: vt. l. ptor. §. eſt pterea. ꝗ. de bo. auto. iud. poſ. ſuccedit enim iſta actio q̃ datur cõtra mulierem in totũ in locum actionis que daretur cõtra eã ſi poſſideret. ideo durat perpetuo: vt. ꝗ. proximo. §. ⁊ ſi aliud diceres oportet te dicere qđ eſſet annalis: vt dicam. ꝗ. ti. j. l. j. §. hanc autem. ⁊ ibi probabo.

**Hec actio.** Opp. ꝙ ſit annalis: vt. ꝗ. tit. j. l. j. §. hanc autẽ. Sol. vt ibi dicam.

**Dolo facit.** Nota dicit gl. differentiã inter eũ qui tradidit et eũ qui prodidit. vt. l. fi. C. de acqui. poſ. ¶ Op. ⁊ videtur ꝙ mulieri non imputet ſi alius occupat poſſeſſionẽ: vt. l. ſi finita. §. ſi quis dãni. ꝗ. de dã. infec. ⁊ l. ptor. §. eſt pterea. de bo. auto. iud. poſ. Sol. illud verũ ſi dolo fecerat vel ibi in creditore miſſo in poſc ſeſſionem: hic in muliere miſſa nomine ventris que plus debet cuſtodiri. prima placet.

1
2 **Si ⁊ patris.** Verſi. eſt: ⁊ iõ legitur duobꝰ modis. Primo vt verſi. pter ſumptꝰ. determinet ſequẽtia. Scđo ꝙ determinet precedentia. In tex. ibi: ab eo qui eſt in poſſeſſione. alij habent ab ea que in poteſtate. ⁊ iſta eſt communis litera. ¶ Opp. ad primum. C. de
1 euic. l. j. gloſ. nõ ſoluit. dic ꝙ ibi actio de euictione nõ fuit nata ppter principale: ideo non durat pro expenſis: hic fuit nata propter principale: ideo pro expenſis durat. ¶ Quero in quibus ſumptibꝰ loquitur hic. Dicunt quidam ꝙ hic loquitur pro expenſis factis in litigando cõtra illum miſſum: hoc tenendo pcedit prima lec. ⁊ tunc iſte expenſe veniunt iure actionis: vt. l. iij. §. ex quibus. ſ. de aliena. iu. mu. cau. fac. et. ꝗ. qđ fal. tu. auto. l. nouiſſime. ⁊. ꝗ. de leg. iij. l. iij. §. ſi rem. Alij dicunt qđ hic loquitur de expẽſis factis in litigando contra mulierem. ⁊ tunc procedit ſcđa lec. qđ determinet precedentia: et tunc iſte expenſe veniunt officio iudicis. Cũ enim expiret actio principalis expirabit officiũ iudicis propter expenſas: vt. l. iiij. C. depoſi. ⁊. l. terminato. de fruct. ⁊ lit. expẽ. ¶ Sed ad primũ opp. nam videtur ꝙ ſumptus debuerit recuperare a poſſeſſore victo: quia victus victori condẽnatur in expenſis: vt. l. properandum. §. ſin autem. C. de iudi. et. l. qui ſolidum. §. etiã. de leg. ij. Sol. glo. ꝙ ab illo nõ potuit recuperare: vel propter ignorãtiã vel ppter ꝯtumaciã. tenẽdo pmũ: ꝙ ppter ignorantiã non potuit recuperari: tunc procedit prima lec. ſcꝫ ꝙ determinat ſequentia: ⁊ ſic propter expenſas durat actio ſicut ſi propter paupertatem recuperare non poteſt: vt. ſ. l. proxi. §. intereſt autem. Si tenes ſecundam ſcꝫ ꝙ pppter cõtumaciam: tunc non durat actio ⁊ non recuperat: et tunc procedit alia lectu. Cũ enim ex ſua culpa perdiderit nõ eſt equum ꝙ ab alio recuperet. vt in regula iuris damnum qđ quis ſua culpa ſentit ⁊c. Ex pdictis apparet qđ diuerſitas lect. que eſt hic procedit ẜm diuerſas literas. nam hi qui habent text. ab ea que eſt in poteſtate. debent legere ẜm lecturã que loquitur de impenſis factis in agendo cũ muliere. illi qui habent ab eo qui eſt in poſſeſſione debẽt legere ẜm literam illam que loquitur de expẽſis factis agendo cum ipſo.

## ¶ Si mulier ventris nomine in poſſeſſione calumnie cauſa fuiſſe dicatur. Rubrica.

**Si de poſſeſſione.** Juramẽtum mulieris excuſat cã a calumnia ⁊ partui nõ nocet nec prodeſt. h. d. Primum dictũ fuit qđ iuramentum excuſat ab expẽſis. dixi in. l. qui ſolidum. §. etiam. ꝗ. de leg. ij. ⁊. l. j. §. j. ad turpil.

c **Hoc edictum.** [c]No. ꝙ calumnia dr̃ quandocunq̃ quis vnum dicit ⁊ aliud ſcit vel facit.

1 ☞ Actio penalis quando ſit perpetua.
2 Juramentum calumnie qđ nõ excuſat ab expẽſis.

**Hanc autem actionẽ.** Oppo. quod ſit perpetua. ſupra titulo primo. l. prima. in fine. gloſſ. dicit ꝙ illa intelligitur ſecundum iſtam: quod eſt violare literam. Alij vt Jaco. de are. dicunt qđ ibi datur de eo quod ad eam peruenit: ſed certe ibi etiam datur de eo quod non peruenit. ſcilicet ad expenſas. vt lege fina. in fine. ſupra titulo primo. dic ergo † qđ quandoq̃ actio penalis ſuccedit in locum actionis perſecutorie: ⁊ tunc eſt perpetua. vt patet in vtili rei vendicatione que datur contra eũ qui dolo deſijt poſſidere. ita loquitur. ſ. tit. j. l. j. in fi. de tabu. exhi. l. j. §. hoc interdicto. ⁊. ꝗ. ne quid in lo. pu. l. ij. §. fi. ſed quãdo actio ex ſui natura ⁊ ab ipſo initio eſt penalis et pretoria tunc nõ datur niſi intra annuꝫ. ita loquitur hic. nã ab initio datur in penam eius qui calumnie cauſa venit in poſſeſſionem. hoc plenius dixi in. l. in honorarijs. ꝗ. de act. ⁊ obli. ſed cõtra hoc facit. l. iteꝫ §. ſi cum. l. ſeq. de ali. iu. mu. cau. fac. Reſpõ. actio ex illo edicto nõ ſuccedit in locum eius qđ veniebat in prima actione ſed loco illius qđ eſt vltra. ſed. ſ. ti. j. actio ex illo edicto ſuccedit in totuꝫ in locum illius qđ veniebat in actione prima. ¶ Itẽ oppo. de. l. iij.
2 §. ſi. ad carbo. Sol. vt ibi. iſta. l. † facit in ar. ad. q. an
a iuramentum excuſet ab expenſis[a]. ex hoc videtur qđ ſic quia excuſat a calumnia. vt no. in auẗ. de iudi. §. ſi. ⁊ Cy. in auẗ. generaliter. C. de epiſ. ⁊ cleri. Ego feci vos notare in. l. j. §. queri poterit. ꝗ. ad turpil. qꝛ aliud eſt temeritas aliud calumnia. iuramentũ ergo excuſat a calumnia vt hic ⁊. l. iij. §. j. ſ. de iureiuran. non autem excuſat a temeritate. et expenſe veniunt propter temeritatem. vt. l. eum quem temere. ſ. de iudi. et ſic non excuſatur ab expenſis qñ aliq̃s temere litigat.

1 ☞ An pater putatiuus repetat expẽſas factas filio putatiuo.

b
1 **Competit.** [b]Facit ad queſtionem ſi pater † alimentauit quendam vt filiũ et poſtea apparet qđ non eſt filius an poſſit alimenta repetere. Et certe diſtinguitur aut filiꝰ fuit in calumnia aut non. et hoc ſi querimus de alimentis repetẽdis a filio. ſed an poſſit repetere a patre nõ eſt dubiuꝫ: quia ipſe nil fecit vt aleretur. ſicut ergo hic expẽſe facte in muliere pregnãte nõ repetũtur a patre qui nõ fuit in calũnia nec ab ipſa ita in pposito nõ repetũtur expẽſe a filio putatiuo nec a patre eiꝰ. tamen cũ ſemel de facto acciderit in foro cõſcientie fratres iudicauerunt contrarium.

**Sub pretextu.** In hoc intereſſe non poteſt venire eſtimatio totius hereditatis ſi propter ventrem alius ſucceſſurus eſt ab hereditate excluſus. h. d. ¶ Oppo. ꝗ. ad carbo. l. ſcriptũ. gloſ. ſoluit qđ plene dixi in. l. ventre. ꝗ. de acqui. here.

**Si ſubſtitutus.** Contra mud lierẽ ſuccurritur heredi ſubſtituto defuncti ⁊ conſeruant legata ⁊ libertas. h. d. ¶ Op.
1 ſi mulier ſoluit pretiũ hereditatis vie detur emiſſe res hereditarias. vt. l. eiꝰ rei. de rei vẽ. et. l. lit. eſtimatio. ꝗ. pro emp. Gl. fatetur cõtrarium ſed nõ eſt verũ quia mulier nõ dedit pretiũ vt emẽs ſed dedit vt pretiũ ſue culpe. Item dedit pretiuꝫ ei
2 qui nil hꝫ facere in hereditate: ſꝫ eſt ab ea excluſus
f facto mulieris. ita itelligit Pe. ⁊ Ja. de are. ¶ Queg rit gl. quid ſi nõ vult vendere. nec dicit de quo. certe hoc intelligitur de legitimis teſtatoribꝰ apud quos ſerui remanent. ratio quia cõpellitur vendere fauore libertatis. ar. C. de ſer. cõ. ma. l. j. Ad mulierẽ autem poteſt referri hoc quia ſoluẽdo pretium nihil ei queritur. vt. ſ. dixi. ¶ Quero vtrũ eoipſo qđ non peperit preſumatur calumnia. et Roſ. dicit qđ non niſi probetur ipſam calũnie cauſa feciſſe: vt. l. non alia. ſ. de his qui not. infami.

## ¶ De concubinis[c]. Rubrica.

c ¶ Dy. ſuper rubrica ponit vnã diſtinctionẽ per quã ſummat iſtã materiã de cõcubinis ⁊ filijs natis ex cõcubina. ideo nõ recito eã ſcribatis p vos quia cõmuniter habetur.

**Que in cõcubinatu.** An liberta poſſit patronuꝫ relinquere. dic vt in gloſſ. et ild lud eſt verum qđ non poteſt relinquere.

1 ☞ Matrimonium pſumitur qñ q̃s retinet in domo mulierem liberã honeſte natam.
2 Cõcubinatus ꝙ ſit illicitꝰ de iure canonico licet licitus de iure ciuili.
3 Concubinarius coitus qualiter dicatur legitimus.
4 Filij adulterini vel inceſtuoſi ꝙ non legitimentur per ſubſequens matrimonium.
5 Clericus cõcubinariꝰ in minoribꝰ cõſtitutꝰ ſi hꝫ filios an ipſos legitimet per ſubſequens matrimonium.
6 Societas an preſumatur contracta inter plures fratres ſimul cõmorantes ⁊ ponentes lucrum in communi. remiſſiue.

**In cõcubinatu.** In genua honeſte nata preſumitur matrig moniũ niſi cõtrariumᵒ pbetur. ſecus ſi fuerit liberta vel vili1 ter nata. h. d. ¶ † Nota ex eo[c] quod quis retinet liberam mulierẽ honeſte natam pſumitur matrimoniũ de iure ciuili ⁊ de iure canonico: ⁊ qualiter pbetur dic vt extra de pſumpt. c. illud quoq̃. ¶ Quero † an[f] concubinatus ſit licitus. Dic de iure ciuili ſic vt hic. de iure canonico[g] ſecus. vt xxxij. q. iiij. c. j. ⁊. c. nemo. ⁊. c. dicat. qđ intellige quantũ ad penam ſpiritualẽ. ꝗ. de adul. per Hoſt. in. c. lator. qui fi. ſint leg. ⁊ adde Bar. ⁊ Bal. in. l. ⁊ ſi cõtra. C. de nup. ⁊ Bal. in auẗ. licet. C. de na. li. ⁊ vltra predicta vide tu Are. in. d. c. cum ſit generale. col. fina.

a ¶ Tenet qđ. Adde Bart. in l. ſi q̃s miſſum. §. videamꝰ. de dã. infec. ⁊ tu vid frã. de arc. i. c. q. v. colũ. iij. de iud.
b ¶ Intereſt. q̃ro an. adde bar. in. d. §. videamꝰ. alle. in. §. pcedenti.
c ¶ Hoc edictũ. Iſtuꝫ text. p no. ponderat Bal. i. l. ij. C. ſi ppter pu. pẽſi. vide Bal. in l. pperandum. §. ſin autẽ alterutra. de iudi. ⁊ i. l. generaliẽ. de epiſcop. et cleri.

a ¶ An iuramentũ excuſet ab expenſis. Uide Bald. cõſi. lxxxiij. j. vol. trãſeuntẽ cũ gl. in. c. ignorãtia. de reg. iur. ⁊ adde ꝙ cõſi. celebris doc. excuſat ab expẽſis. ita tenuit Pe. de ancha. cõſi. cxxiiij. in fi.
b ¶ Cõpetit. ad. q. Pau. de ca. in. l. alimẽta. de nego. geſt. ſe remittit ad iſtum. §. ☞ Andreas Pomate.
c ¶ Cõcubinus. Que dicant cõcubine. et an aliquo caſu licitũ ſit tenere ꝯcubinas. vide Ja. d' ana. in ru. de adul.
d ¶ Cõtrariũ pbet. adde bar. i. l. ſi vxor. § ſi ca. ꝗ. d' adul. ☞ Andreas Pomate.
e ¶ Not. ex eo. vid bar ba. ꝯſ. viij. alꝰ. vj. col. xiij. j. volu. ☞ Andreas Pomate.
f ¶ Quero an. vid panor. i. c. cũ ſit gñale. i pe. colũ. et ibi Are. in vlti. col. de fo. cõpe.
g ¶ De iure canonico. adde ꝙ h̃ tꝫ Ant. de bu. in. c. cũ ſit gñale. d' fo. cõpe. et adde gl. in l. liber. ſ. de ri. nup. ⁊ vide que dixi poſt Bart. i. l. ſi adulteriũ.

a ¶ Clericus. No.q.de clerico ⁊ cõcubinario. ⁊ adde ꝙ.clericus in ſacris cõſtitutus dꝫ cõmittere inceſtū ſm gl. ⁊ Bal.in.l.fi.C.de epiſ. ⁊ cle. ⁊ his adde Bal. in.l.parētes.de in ius voc. ⁊ Bal.in.c. naturales. ſi de feu.fuc.contro. queſiuit an natus ex clerico in minoꝛibꝰ conſtituto legitimetur per ſubſequēs matrimoniū. ⁊ Ric. mal. dixit ꝙ nõ quia eſt natꝰ ex damnato coitu lege Pau.d ſta. ho. tu dic cõtra quia ibi ↄtrahere mrĩmoniū ab initio erat in pſiſptāte. ⁊ iõ legitimatio trahit retro. extra q̃ fil. ſint legi.c. tāta et ita tenet Io. an. ⁊ Bal. adde bar. ⁊ doc. in.l. et ſi cõtra. C. de nup. et no. loq̃t Io.fa. iſti. de nupt.§. aliq̃n.

Andreas Pomate.

b ¶ Ad qõnē. et vide Bal.in.l. ⁊ ſi cõtra. C. d nup. barto.in.l. boноꝝ.C. qui admit.

lem non quantū ad tēpoꝛalem. alias
nati ex cõcubina per ſubſequēs ma-
trimoniū nõ legitimarentur ſm Ri-
3 char.vt ſtatim dicam. ¶ Quero † er
go qualiter dꝫ intelligi ꝙ cõcubina-
tus eſt legitimus coitus.do. Richar.
mal.in quadam ſua diſputatione di-
cit ꝙ de iure antiquo primeuo oĩus
coitus ſeu cõiunctio erat legitima: ⁊
ſtatim cū quis naſcebatur erat legiti
mus:vt in aut.quibꝰ mod.na.effi.ſui.
§.licet. Superuenerūt poſtea leges
que aliquas cõiunctiones approba-
uerunt expꝛeſſe vt matrimoniū: ⁊ tūc
filij ex eo nati dicunt legitimi. Que-
4 dam eſt † cõiunctio expꝛeſſe repꝛoba
ta:vt coitus adulterinus ⁊ inceſtuo-
ſus ⁊ ſimiles: ⁊ tunc filij nati nõ dicū-
tur legitimi nec filij nominātur: ⁊ tūc
per ſubſequēs matrimonium nõ legi
timantur:vt.l.paulus.ſ.de ſta.ho.et
extra qui filij ſint legi.c.tāta.et.C. de
nup.l. ⁊ ſi cõtra ⁊ in aut.qui. mo. nat.
effi.ſui.§.pe.C.de natu.lib. aut. licet.
Quedā eſt cõiunctio que a lege non
eſt appꝛobata nec impꝛobata: vt coi-
tus cõcubinarius:iſti remanēt in pri-
mo iure naturali: ⁊ ideo filij nati dicū
tur naturales.et per ſubſequens ma-
trimoniū legitimātur:vt in multis le
gibꝰ.C.de natu.libe. ⁊ in aut. quibus
mo.na.effi.ſui.§.pe.Et hoc vult dice
re tex.ꝙ cõcubinatus aſſumpſit no-
men per legem.ſcꝫ nudum nõ qđ per
legē talis coitus ſit appꝛobatus vel
repꝛobatus ſed remanet in pꝛimo iu-
re naturali. ¶ Et ꝓ hoc determinat
5 † ipſe talem qõnem. Clericus[a] in mi
a noꝛibus oꝛdinibꝰ cõſtitutus retinuit
ↄcubinam: ⁊ ex ea habuit filios poſt-
ea eam duxit in vxoꝛem:an filij legiti
mētur. Et determinat ꝙ nõ:quia coi-
tus cõcubinarius in clericis eſt tota-
liter repꝛobatus a lege:vt in aut.de ſan.epi.§.cleri-
cos. ⁊ in aut.de mona.§.ſi quis autē. ⁊.C.de epiſ. et
cle.l.cum qui pꝛobabilem.vnde nõ poſſunt dici filij
naturales nec legitimātur per ſubſequēs matrimo-
nium. ⁊ Io.and.ponit iſtā qõnem in mercurialibꝰ
ſuis ſuper illa regula ſine culpa:niſi ſubſit cauſa ⁊c.
Et facit mētionem de dicto Richar.et determinat
cõtrarium. Pꝛimo ꝙ coitus concubinarius in cleri-
cis eſt totaliter repꝛobatus de iure canonico:vt eſt
dictū.Sed ad illud rñdetur qđ eſt verū quantū ad
penam ſpiritualem nõ quantū ad tēpoꝛalē. Scđo
dicit ipſe ꝙ non eſt verū ꝙ de iure naturali oĩs coi-
tus ſit licitus:imo ſtatim cū deus fecit maſculum ⁊
feminam fecit matrimoniū ⁊ voluit ꝙ vnus inhere-
ret vni.hoc etiā animalia faciūt:alˀs eſſet icertitudo
totalis parentū. Determinat ergo qđ legitimātur
per ſubſequēs matrimoniū. Mihi videtur ꝙ iſta ra
tio nõ facit.nam ꝓcedit ſm ius naturale pꝛimeuū
in quo fuit genus humanū ante pctm̄ pꝛimi paren-
tis : quia ſm legem naturalem a deo datam ſtatim
fuit matrimoniū:ſed poſt pctm̄ natura humana coꝛ
rupta eſt: ⁊ ſm illud tēpus poſt naturam humanā
coꝛruptam dicūt iura qđ de iure naturali omnes li-
beri ⁊ legitimi naſcebātur:nec erat aliquis coitꝰ re-
b pꝛobatus. Ad qõnem[b] pꝛincipalem dico ꝙ ſi cleri-
cus nõ eſt beneficiatus ſi alˀs retinebat cõcubinam
qđ filij tunc nati per ſubſequēs matrimonium legi-
timātur:quia tunc cū eam retinebat cocubinam:re-
bus ſic ſe habētibus poterat eſſe vxoꝛ. et ita loquit
determinatio Io.and. ſed ſi clericus erat beneficia
tus ⁊ retinebat cõcubinam:filij tunc nati per ſubſe-
quens matrimoniū nõ legitimātur:qui cū nati fue-
runt rebus ſic ſe habētibꝰ nõ poterat eſſe vxoꝛ. hic
eſt tex.in.l. ⁊ ſi cõtra.C.de nupt.vbi filij nati ex ea q̃
non potuit eſſe vxoꝛ per ſubſequens matrimonium
6 non legitimantur. ¶ Ultimo hec.l. † facit ad q̃ſtio-
nem quā tangam de admi.tu.l.titium ⁊ meuium.§.
altero ſcꝫ ꝙ inter duos fratres ſimul commoꝛātes
et ponentes lucrum in communi in dubio pꝛeſuma
tur contracta ſocietas:ſicut inter virum ⁊ mulierem
in dubio pꝛeſumitur contractum matrimonium.qđ
dic vt ibi dicam.

1 ☞ Filij nati ex cõcubina non retenta in domo an legitimentur per ſequens matrimonium.

c Concubinam.[c] 1 † Quero q̃d ſi aliq̃s hꝫ aliquā mulierem extra domum ſuam vtrū iſta dicatur cõcubina adeo qđ filij nati ex ea
d dicantur nati[d] ex cõcubina. Tex. qđ ſic:quia concubina fit ex ſolius animi deſtinatiõe.gl. dicit ↄtrariū ſcꝫ qđ requiratur habitatio ſimul.nõ eſt ergo cõcubina niſi ſimul cohabitent. Illud etiā tenet Dy. et dicit ꝙ in concubinatu requiritur indubitatus effectus ſicut in vxoꝛe cuius affectus pſumptio inducit
e per cohabitationem:qđ multū no. hi ergo[e] filij qui
f habentur[f] ex muliere nõ retenta ſecū in domo vel ex aliqua famula non legitimantur per ſubſequens matrimonium.

¶ De tutelis. Rubꝛica.

¶ Rubꝛicam iſtam continua vt in gloſſa.

c Andre. Poma. ¶ Cõcubinam. iſtum text. dicit ſing.ro.ſingu.dcccccxciiij.

d ¶ Dicūtur nati. vide q̃ no. Bar.in.l.ſi vxoꝛ. in pꝛin. ſ.de adul. ⁊ adde Bal.in aut.licet.per illū tex.C.de natu.li. ⁊ ibi no. q̃ requirātur ad licitū cõcubinatū ⁊ Bal.in.l.eam quam.in.xxiiij.col.de fideicõ.

e ¶ Hi ergo filij. ⁊ vide do.abb.in.c.innotuit.de ele. vbi refert old.tenere ↄ. ⁊.d.pe.de anch. ⁊ vide q̃ ibi dixi.idē voluit.d.pe.in.c.ꝑ tuas.de ꝓb.and. barb.

f Andre. Poma. ¶ Qui habētur. vide Areti. in §.fi.inſti.de nup.vbi ponit que requirantur ad hoc vt dicatur concubina.



1 ☞ Quid ſit dicere in diffinitione tutele vis ac poteſtas. ⁊ nu.4.
2 Tutoꝛ ꝙ ſit tutoꝛ etiam anteꝗ̃ ſatiſdet vel inuentarium faciat.
3 Pupillus decedens intra annum ante aditam hereditatem quā tutoꝛ qui non ſatiſdederit vel inuentarium non fecit ſciuit ei delatā:ꝙ tranſmittit ius deliberandi.
4 Uis quot modis capiatur.
5 Quando duo ſubſtantiua ſic ſe habent adinuicem quod vnum ineſt alteri tunc vnum reſoluitur in adiectiuum alterius.

a Tutela.[a] Pꝛimo ponit diffinitionē
tutele. Secundo ponit dif
finitionē tutoꝛis. Tertio ponit alluſio-
nem ſeu deriuationē huiꝰ vocabuli tu-
toꝛ.ſ.ſcđa ibi:tutoꝛes.tertia ibi ex quare.
1 Quero † q̃d vult dicere vis ac ptās.gl.dic.i.violēta
ptās:qꝛ datur inuitus ⁊ inuito.vt inſti.eo.in pꝛin. ⁊ ꝑ
hoc differt a curatoꝛe qui nõ datur inuito. dicit glo.
iſta expoſitio nõ plꝫ:qꝛ ſi ſint duo ſubſtātiua copula
tiue poſita:reſoluunt vt vnū ſit adiectiuū alteriꝰ:qñ
vnū de neceſſitate ineſt alteri:vt.l.j.ſ.de pac.ibi duꝫ
dicit placitus ⁊ cõſenſus.i.placitꝰ cõſenſus:ſed vis ⁊
poteſtas vnum non ineſt alteri de neceſſitate: ergo
⁊c. Pꝛeterea natura copule poſita inter ſubſtantiua
eſt augere vt.l.ea tamen adiectio.ſ.de leg.iij.ſed hic
ſcđm hoc nõ augeret:imo reſtringeret dicendo vio
lenta ptās qđ in volēte non fit:qđ eſt falſum:qꝛ repe
rio tutoꝛē qui datur demū volēs vt eſt mater:vt.C.
qñ mu.of.tu.fun.po.l.ij. ⁊ aut.matri ⁊ auie. Itē mul-
ti dant tutoꝛes qui hoc affectāt:vt.ſ.co.l. in eos. ⁊.ſ.
de excuſa.tu.l.tria onera.hoc etiā ptꝫ in oĩbus tuto-
ribus qui habent excuſationē: ⁊ eam non ꝓponunt.
¶ Item ſi hec expoſitio eſſet vera infert ꝙ ſi pupil
lus volens petierit tutoꝛē volentē nõ eſſet tutoꝛ: qꝛ
non eſſet violenta poteſtas:qđ eſt falſum:qꝛ põt da-
ri volenti ⁊ inuito:vt.ſ.l.pꝛoxi. ⁊.ſ.de tu. ⁊ cur.da.ab
his.l.illud. ⁊.l.ſeq.vnde glo.inſti.eo.circa pꝛin.expo
nit aliter.ſcilicet vis ad cogendum:poteſtas ad im-
perandum.q.d.in tutela eſt poteſtas ad imperandū
et vis ad cogendum.i.ad mandādū executioni qđ
imperat:vt denotet quod non eſt poteſtas ſola ſicu
ti eſt in quibuſdam iudicibus qui habent cognitio-
nem et non executionem vt iudices delegati:vt.l. a
diuo pio.in pꝛincipio.ſ.de re iudica. facit quod not.
in.l.pꝛiuatoꝛum.C.de iuriſdi.om.iudi. ⁊ quidam qui
habent executionem ſine cognitione:vt.l. executo-
rem.C.de execu.rei iudic.ſed in tutoꝛe eſt vtrūꝗ̃: qꝛ
hꝫ vim ⁊ poteſtatē ⁊ iuriſdictionē ⁊ exercitiū. ⁊ hoc
vult dicere vis ⁊ poteſtas. ⁊ ꝙ aliud ſit ptās aliud
exercitiū poteſtatis.videbitur in.l.inter tu.ſ.de ad-
2 mini.tut.ſed iſtud etiā non placet:qꝛ † tutoꝛ ante fa-
ctum inuentariū nõ poteſt adminiſtrare: vt.l. fin.C.
arbi.tut. ⁊.ſ.de admi.tut.l.tutoꝛ qui repertoꝛiū. Itē
tutoꝛ qui nõ ſatiſdedit nõ poteſt adminiſtrare:vt.C.
de tut. ⁊ cu.qui nõ ſatiſde.per totū. ⁊ inſti.de ſatiſda.
tut.per totum: ⁊ ſic ſm iſtam expoſitionem ſequere-
tur ꝙ tutoꝛ non ſit tutoꝛ anteꝗ̃ poſſit adminiſtrare:
quia licet habeat poteſtatem non tñ habet executio
nem: ⁊ ſic in eum non cadit diffinitio: ergo non eſſet
tutoꝛ:vt.ſ.pꝛoxi.rñſo.hoc autem eſt falſum. nam tu-
toꝛ eſt incõtinenti teſtamētarius adi
ta hereditate:vt.ſ.tit.j.l.ſi nemo. ⁊.l.
pe.ſ.de excu.tut.legitimus enim ſta-
tim eſt moꝛtuo defuncto:quia ipa lex
eū facit:vt.l.legitimos.ſ.de leg.tu.ſi-
militer ⁊ datiuus eſt tutoꝛ ſtatim cū
eſt datus:vt.ſ.de tut. ⁊ cu.da. ab his.
per totum.qđ etiam apparet:quia tu
toꝛ anteꝗ̃ faciat inuentariū poteſt q̃
dam facere que ſunt vtilia pupillo et
alienare que ſunt tpe peritura:vt.l.tu
toꝛ qui repertoꝛium.in pꝛin.ſ. de ad-
mi.tut. et ꝓbatur optime in.l. muto.
§.j.ſ.co. Eodē modo põt anteꝗ̃ ſatiſ
det:vt.C.de tu. ⁊ cur. qui nõ ſatiſde.l.
fi.ex quibus cõcludo ꝙ tutoꝛ eſt an-
teꝗ̃ ſatiſdet vel inuentarium faciat.
¶ Et pꝛo hoc concludo ad qõnē de
facto ꝙ ſi eſt hereditas delata pu-
pillo ⁊ tutoꝛ ſcit: ⁊ pupillus intra an-
num decedit qđ ꝓpter ſcientiā tuto-
ris qui nõ ſatiſdedit vel inuentarium
nõ fecit trāſmittit pupillus ius deli-
berādi:cū hoc pupillo pꝛoſit ⁊ nil no
ceat:vt plene dicā ſ.de rebꝰ dub.l.q̃
duos.in pꝛin.vnde iſta ꝟba ſunt ali-
3 ter exponēda. Pꝛo cuiꝰ † declaratiõe
ſcias ꝙ verbū vis q̃ñꝗ̃ ponitur pꝛo
actu illato in alterū: ⁊ tunc idē eſt qđ
violētia.vt.ſ.qđ me.cau.l.j.in pꝛin. ⁊
§.j.l.extat. ⁊.ſ.ad.l.iul.de vi publi. et
de vi pꝛiua. ⁊ de vi ⁊ vi ar.et.ſ. de iu-
ſti. ⁊ iur.l. vt vim cū ſimi. q̃ñꝗ̃ ponit
vis ꝓ quadā potentia que eſt in ꝑſo-
na ſiue in anima ſiue in coꝛpoꝛe ꝓut
ipſi ꝑſone ineſt nõ pꝛout in aliū trāſ-
fertur: ⁊ tūc vis ⁊ poteſtas idē eſt:vt
hic. ⁊.ſ.pꝛi.rñſo. ⁊ inſti.eo.in pꝛin. et
ſic dico ꝙ iſta duo ꝟba pꝛo eodē po
b nuntur. Sed tunc[b] inſtabis qñ † duo
4 ſubſtātiua ſic ſe habēt adinuicem ꝙ
vnū ineſt alteri:tūc vnū reſoluitur in
adiectiuū alteriꝰ ⁊ copula ſubducit:
vt.ſ.de pactis.l.j.ibi placitus ⁊ ↄſen-
ſus.exponit glo.i.placitus cõſenſus.
vnde videt ꝙ ſit vera pꝛima expoſi-
tio glo.vis ⁊ poteſtas.i.violēta pote
ſtas. Rñdeo:hec dictio vis nõ deſcē
dit a verbo violo violas:hoc eſt vio-
lēto violētas:tūc eñ poteſt loqui ex-
poſitio gl.ſed deſcēdit a vireo vires
ſm Hug.et põt exponi vis ac pote-
ſtas.i.virēs poteſtas.hoc eſt viridis
⁊ fructifera:nõ ſicca ⁊ inutilis. ¶ Se
quitur in diffinitiõe in capite libero.
dicit gl.per hoc remouet ſeruū q̇ nõ
poteſt habere tutoꝛē:vt.ſ.eo.l.ſi arro
gati.§.j.niſi in duobꝰ caſibꝰ vt hac.l.
et in glo.hic. Iſta expoſitio non pla-
cet.nā iſta poteſtas ꝓut refertur ad
perſonā in quā exercet illa ꝑſona po-
neret in accuſatiuo caſu:vt.l. in eos.

a ¶ Tutela. An autem tutela comprehendatur appellatione cõtractuū vel negotioꝝ. vide q̃ dixi in.l.j.ad fi. poſt Bal. C.ſi de momen.poſ.

b ¶ Sꝫ tūc. Et vid gl. ⁊ doc.in.c. ſ.de homici. vbi exponunt id eſt. c.j. xx. q.j. Andr. barb.

ĩ.eo.et.§.de of.preſi.l.iiĳ.et oẽs leges
que dicunt actionẽ dari in aliquẽ: ſed
hic ponitur ĩ ablatiuo: vt ſignificet il=
lam perſonã in quã eſt illa ptãs. ꝛ que a
eã hꝫ nõ in perſonã in quã exercet. di=
co ergo ꝙ per hec verba excludit ſer
uum qui nõ põt eſſe tutor. vt inſti. qui
da.tu.poſ.in prin. fili⁹ aũt familias eſt
liber homo. lꝫ nõ ſit ſui iuris. vnde po 1
teſt dari tutor: vt ibi pꝫ. ¶ Seqtur in
diffinitiõe cõſtituta. Glo.nec doc. non
exponũt iſtud verbũ: dic ergo ꝙ eſt q̃
dam ptãs q̃ in ſe ſubſiſtit: lꝫ nõ ſit per
ſona in qua cõſiſtat vt iuriſdictio. ꝛ iõ 1
vno iudice mortuo vel remoto alt⁹ dr
habere eandẽ iuriſdictionẽ. vt. ĩ. de iu
di.l. ꝓponebat. ſed tutela eſt quedam
a ¶ In.§.tutores.not. valere ar. a ſignificatio nois.l.ĩ.ſi cer.pe.l.ĩ.de acq. poſ. in ru. ſo.ma. andre. barb.
ptãs q̃ nõ eſt niſi prout eſt in capite li=
bero ꝯſtituta. anteq̃ꝫ ergo ſit tutor nõ
eſt tutela: ſed ſi ſemel deſinit ꝛ poſtea
reaſſumat ipſe vel alius non eſt eadẽ
tutela: vt. ĩ. de ſuſpec.tu.l.iiĳ.§.qri põt. 1
Sequit ad tuendũ. per hoc dicit glo.
remouet patrẽ q̃ eſt ꝓpter alios effe= 2
ctus patrie poteſtatis. ſcꝫ vt patri q̃ra
tur ex cauſa profectitia vel aduentitia 3
vſuſfructus qꝺ ſatis placet. ¶ Sequi
tur in diffinitione eũ. hec dictio nõ ex 4
ponitur a glo. vel doct. ſed dico ꝙ hic
ponit vt excludat curatorẽ qui nõ da
tur ad tuendũ eũ. ſ. perſonã ei⁹ princi=
paliter: ſed ad tuenda bona. vt. C. de
nup.l.in copulandis. cũ ſi. vnde glo. ĩ.
huius.l. q̃ dixit qꝺ ideo fuit poſitũ in 1
diffinitione vis vt excluderet curato=
rem: nõ dixit bene: nec fuit bona expo 2
ſitio ſua vt dixi. ſed hec dictio eꝫ ad b
hoc ponit. ¶ Sequit in diffinitione q̃
propter etatẽ ſuã. hoc ponit ad diffe=
rentiam curatoris q̃ datur furioſo ad
tuendũ eũ tam in pſona q̃ꝫ in reb⁹: vt
ĩ. de fur.cur.l.furioſe. et.l.virum. et.l. ꝛ
mulieri. Sequitur in diffinitiõe ſpon
te ſe defendere. hoc ponit ad drĩam 3
cuiuſdã defenſiõis neceſſarie q̃ fit pa
tiendo quẽ venire in poſſeſſionẽ ex p̃
mo decreto. vt.l.ſed ꝛ he.§.fi.ſ̃. de ꝓ
cur. qꝺ põt facere pupill⁹. Sequit in 4
diffinitiõe iure ciuili data ac pmiſſa.
p hoc qꝺ dicit iure ciuili. excludit gl.
quãdã tutelã. hoc eſt quãdã defenſio
nẽ pmiſſam de iure gẽtiũ de qua fit
mẽtio in.l.vt vim.ſ̃. de iuſt. ꝛ iu. ꝙ dr
data ac pmiſſa. gl. exponit data a le=
ge vel a iudice. pmiſſa a teſtatore. vl
data pſone. pmiſſa ſecũdario rebus.
Uel tertio data a lege. pmiſſa diſpo=
ſitione iudicis vel teſtatoris. quaſi di
ceret hec ptãs interdũ datur a lege
vt. ĩ. de legi.tu.l.legitimos. ꝛ p totũ
tit. interdũ permiſſione legis datur a
teſtatore. vt. ĩ. ti. ĩ.l.ĩ. in prin. ꝛ per totũ

~ Andreas Pomate.

b ¶ Et hoc induco ad q. ꝛ vide q̃ pulchre dixit Bal. in l.potuit. C. de iu. deli. ꝛ q̃ remiſi hic in text.

titulũ. interdũ datur a iudice ſimiliter legis pmiſſio
ne. vt. ĩ. de tut. ꝛ cur. da. ab his.l.ĩ. ꝛ. ĩ. e.l.muto.§. tu=
toris datio. Et ita exponit Jac. de are. quod placet.

**Tutores.** [a] Not. ꝙ ille eſt tutor in quem cadit
diffinitio tutele. ſ. qui habet eã vim
ac ptãtẽ ꝛc. ſilr ille eſt iudex q̃ hꝫ iuriſdictionẽ iudi
cis. ille eſt pretor q̃ hꝫ iuriſdictionẽ pretoris. ꝛ ille dr
poteſtas qui hꝫ iuriſdictionẽ poteſtatis ꝛ ſimilia.

☞ Ex diffinitione an ſumatur propria ſignificatio
vocabuli.

**Ex quare.** Nota ꝙ tutor dr a tutela: ex quo
habes ꝙ ꝓpria ſignificatio vo=
cabuli ſumitur ex diffinitione. qr ille eſt tutor cui cõ=
petit diffinitio tutele. ſilr. ĩ. de teſt.l.ĩ. ¶ † Scdo no.
ex ver. itaq̃ꝫ qꝺ ſignificatio proprĳ vocabuli ſumit
ex deriuatione ſeu alluſiõe. ſimile. ſ̃. ſi cert. pet.l.ĳ.§.
appellata. ꝛ de ver. ſig.l.tugurĳ. ſed qñ alluſio voca
buli ꝛ diffinitio diſcordarẽt preualeret diffinitio vt
dixi in.l.ĩ. de teſt. ꝛ in repetitione.l. oẽs populi. ſ̃. de
iuſti. ꝛ iur. dum tractaui de interpretatione ſtatuto=
rum declaratiua ſeu expoſitiua ꝛc.

☞ Tutor in interponendo autoritatem quod de=
beat loqui.

Aditio hereditatis an inducatur ex habitatiõe fa
cta de domo per pupillũ ſciente tutore. remiſſiue.

Tutor poſt tutelã ſi efficitur ſurdus vel mutus deſi
nit eſſe tutor.

Intelligens ſolum ad motum labiorum qꝺ nõ poſ
ſit eſſe tutor.

**Mutus.** Mutus et ſurdus tutores dari non
poſſunt. h. d. ¶ Opp. ſ̃. de ꝓcura.
l.mutus. in prin Sol. procura. poteſt eſſe ad nego=
tia non tutor: quia non poteſt autorare. Ex hoc no.
† quod interponendo autoritatem requiritur qꝺ tu
tor loquatur. ſi enim nõ requireretur: mutus poſſet
eſſe tutor. de hoc. ĩ. de aut.tu.l.iiĳ. ꝛ hoc † induco ad
q. [b] quã tractaui in.l.gerit. in fi. ĩ. de acquir. heredi.
vtrum ſi pupillus habitauit in domo defuncti tuto
re ſciente inducatur aditio. ¶ Oppo. ad ſcdm qꝺ
ſurdus poſſit eſſe tutor vt. ĩ. de legi.tut. in.l.fi. Sol.
ibi non erat per omnia ſurdus licet male audiret.
¶ Opp. ĩ. de decurio.l.honores.§.ĩ. Sol. ibi in mu
nerib⁹ patrimonialib⁹ hic in perſonalib⁹. ¶ Que=
rit glo. † an iſta vitia ſuperuenientia extinguant tu=
telam iam ſuſceptam. Reſpondeo quod ſic et bene.
¶ Queritur an iſti defectus faciant ipſum ipſo iu=
re non eſſe tutorem: an ſit opus excuſatione. Dic vt
in glo. qꝺ ipſo iure. ¶ Item quero † quid de eo qui
nullo modo audit: ſed videndo motum labiorũ in=
telligit an poſſit eſſe tutor? Reſpondeo qꝺ nõ: quia
tex. hic dicit audire debet hoc eſt per ſenſum audi=
tus percipere: ſed ille qui intelligit ad motũ labio=
rum non audit: ſed ex motu labiorum diiudicat qꝺ
tu vis dicere qꝺ non eſt audire. ſimile. ĩ. de his que
in teſta. delen.l.ĩ. in prin. ſimilem. q. facio. ĩ. de verb.
obli.l.ĩ. in prin.

**Non eſt exigendum.** No. qꝺ non eſt de neceſſitate ꝙ pupil
lus petat ſibi tutorem cuꝫ poſſit dari
etiam abſenti. vt gloſ. dicit et bene. ſi
tamen pupillus peteret ſibi tutorem nõ eſſet impe
dimentum



dimentum vel ſi eſſet pſens: vt.l.illud. ĩ. de tut. ꝛ cu. a
da. ab his. ¶ Scdo non eſt neceſſe quod tutor habi
tet in eadem domo cum pupillo. vt hic. dũ dicit vel
ad tutorem proficiſcatur ſm vnam expoſitionẽ gl. b
Ponit etiam glo. aliam expoſitionem ꝙ non eſt ne=
ceſſe ꝙ pupillus vadat ad iudicium: ſcꝫ tẽpore quo
datur tutor quod etiam placet.

1 ☞ Pupillo et furioſo ſimul ſubſtituitur pupillari
ter vt pupillo non exemplariter vt furioſo.
2 Cauſa naturalis quando preualeat accidentali: vel
econtra.
3 Minori et ꝓdigo ſimul datur curator vt minori.
4 Si datur curator minori et prodigo ſimul tanq̃ꝫ pro
digo quando datio vitietur.

**Qui habet.** [a] Qñ cõcurrunt due
cauſe vna naturalis
alia accidẽtalis ꝓualet naturalis. h. d.
1 Per hanc.l. determinatur † ꝙ ſi aliq̃s
eſt pupillus et furioſus debꝫ ſibi ſubſti
tui pupillariter vt pupillo: nõ exẽplariter vt furioſo.
et hoc. ĩ. pupil. etatem. dixi in.l. ex facto. ĩ. de vulga.
b et pupilla. ¶ Opp. [b] ſ̃. de iure dotium.l.cũ pater. gl.
2 non ſoluit. dic † quod quãdoq̃ꝫ cauſa naturalis ꝛ acci
dentalis ſunt inuicem repugnãtes tunc preualet ac=
c cidẽtalis. [c] cum natura alteretur: vt.l.ĩ.§. beſtias. ſ̃.
de poſtulã. quandoq̃ꝫ cauſa naturalis ꝛ accidentalis
non repugnant ſed repugnãt effectus earum vt hic.
nã poteſt quis eſſe pupillus et furioſus: ſed nõ habe
re tutorem vt pupillus et curatorẽ vt furioſus: ꝛ pre=
ualet cauſa naturalis vt hic patet. Quandoq̃ꝫ cau=
ſa naturalis et accidentalis poſſunt ſimul cõcurrere
et etiam effectus earum ſe compatiuntur et tũc vna
non preualet alteri. et ita loquitur. d.l.cum pater. et
ita videtur intelligere Dyn. ¶ Quero minor. xxv.
3 annis † eſt prodigus an dabitur ei curator vt prodi=
d digo vel vt minori. hic eſt text. [d] quod dabitur ei cu=
rator vt minori. hoc fecit mihi dubium. nam per da
tionem curatoris non eſt ſubuentum prodigalitati.
nam prodigus non obligatur naturaliter: vt.l.is cui
bonis. ĩ. de verbo. obliga. ſed adultus obligatur na
turaliter. vt.l.ĩ. ĩ. de noua. et.l.pupillũ. ĩ. de regu. iur.
et quod ibi not. propter quod dico quod duplex eſt
actus. Primus per quem bonis interdicitur. vt.l.ĩ. ꝛ
l.iulia. ĩ. de cura. fur. et iſte actus celebratur in mino
ri prodigo quod poſt interdictũ non obligatur etiã
naturaliter. Secundus actus eſt datio curatoris et
dabitur ei curator tunc vt minori non vt prodigo vt
4 hic. ¶ Querit Dy. † qd ſi datus fuerit curator tanq̃ꝫ
prodigo cum debuerit dari tanq̃ꝫ minori: et tunc di
ſtinguit ipſe. aut fuit expreſſus error in ſententia: et
non vꝫ: aut non: et vꝫ: vt.l.preſes. et.l.cum prolatis.
infra de re iud. ita dicit ipſe. dicam in lege ſeie egreſ
ſe. infra de tu. et cu. da. ab his. hoc dixi in.l.is cui bo
nis. ĩ. de verbo. obliga.

¶ Collegium cardinalium. Ego dico quod vacante ſede papali ſacrum collegium fratrum dominorum cardinalium non habet iuriſditionem nec poteſtatē quaꝫ papa viu⁹ exercebat. hoc decidit tex. elegans in clemen. ne romani. §. irritum. de electio. per quem text. confundit opi. Bart. hic inquantum vult ꝙ vacante ſede papali appellatur ad collegium cardinaliuꝫ ſicut ad ipꝫ papam ſi viueret: q̄ male loquitur Bart. quia mortuo papa iuriſditio ⁊ poteſtas pape nō remanet apud collegium cardialiū: vt ibi eſt textus. hoc etiam voluit glo. ibi vbi ponit differentiā inter collegium cardinalium et alia collegia. Et idem voluit gloſſ. in ca. vbi periculum. §. ideoqꝫ. de electio. in .vj. b vbi etiam probat hoc tex. et glo. mag. in .c. j. de ſchiſma. in .vj. Nec ob. ſi dicatur ꝙ minora collegia poſſunt ergo multofortius collegium cardinaliuꝫ: quia c reſpondet ꝙ quo ad accelerandum prouiſionem eccleſie in cuius prouiſione imminet periculum ſpeciale eſt quod ſtatui debet. ⁊ ſic eſt ſimile ſm gloſ. in .c. d accuſa. §. ſane, de hereti. in .vj. ⁊ dicit etiam ibi gloſſ. ꝙ cardinalatus eſt officiū. quā gloſ. adde ad ea que e dixi in .l. j. §. de qua re. de poſtul. ⁊ ex iſtis gloſſ. ſequitur ꝙ cetus cardinalium vacante ſede non poteſt facere conſti. q̄ condere conſti. eſt iuriſditionis vt voluit gloſſ. in .l. j. de iuriſdi. om. iudic. et Innocen in .c. f cum acceſſiſſent. de cōſti. probatur in .l. nulli. de ſen, g et in .c. vt animarum. de conſtit. in .vj. ⁊ in .c. eccleſia, de conſti. Barto. in .l. omnes populi. de iuſtit. ⁊ iure gloſſ. tamen in .c. nullus. lxxix. diſtin. dicit ꝙ vacante ſede cetus cardinalium tenet locum pape mortui. ex quo ſequitur ꝙ videtur ꝙ poſſit facere illud quod papa viuus. ſed gloſ. illa non bene loquitur: q̄ mortuo papa eccleſia nō remanet ſine ſponſo qui eſt chriſtus: vt voluit gloſ. et doc. in cle. ne romani. et in. d. c. j. d ſchiſma. in .vj. et in dicto. c. vbi periculuꝫ. et contra illum text. eſt text. in d. cle. ne romani. ⁊ qđ nō habeat iuriſditionem voluit Bal. in tractatu ſchiſmatis i. ij. colum. in verſi. ſuppono autē ꝙ cardinales. ADDE ſi vis videre verba formalia huius apoſtille Barba. conſilio. j. vbi late de poteſtate pape ⁊ cardinalium. et in .xxiij. co. hic dicta plenius reperies. ⁊ vide que poſui poſt Imo. in cle. ne romani.

Andreas Pomate. ¶ His que. vide Barba. cōſilio. j. xxij. colum. j. vo. ⁊ c. tranſlato. penul. colum. de conſtitutionibus.

¶ Unum ex eis. Qñ ordo decurionū dat tutorē an poſſit dare vnum ex eis in tutorem vide glo. ⁊ Bar. in .l. plane. quod cuiuſqꝫ vni.

¶ Cum reliquis. Uide de hac materia per Bart. in .l. ſi finita. §. iubemus. in .iiij. col. de dam. infec.

Andre. Poma. ¶ Ultimo. limita vt per Alexā. conſi. lxxxvj. in .ij. volu. ⁊ vide ad dictum Barto. hic Imo. conſi. lxxviij.

¶ Et qui non ſunt. Adde que not. Bartolus per illum tex. in .l. cum vni. ⁊ in .l. ij. alias prima de adopt.

¶ Op. vide i ſili ſpe. i ti. de ſyndi. §. dꝫ autem fieri.

3 et ſic vacāte † papatu remanet iuriſdi
a ctio apud collegiū cardinaliū[a] circa
q̄ vide Inn. extra de maior. ⁊ obedi.
b c. his que.[b] Itē no. † qđ qñ ordo de- 1
4 curionum tutorem dat poteſt dare
c vnum ex his [c] in tutorem pupillo. qđ
no. ſm vnam lectu.

## VEntri.

Uentri nō datur tutor ſꝫ curator. hoc dicit.

1 De differentia inter tutorem et curatorem.

## Curatorem.

Hec intellige dicit glo. cauſa cognita. dꝫ ergo liquere iudici qđ habeat aliū curatorem. ⁊ procedere ſm formam .l. curatorē. C. qui da. tut. poſſunt. 1 ¶ Ultimo glo. † que eſt hic not. differentiam inter tutorē ⁊ curatoreꝫ e quā vide ⁊ ſigna. ſed in eo qđ glo. di- 2 cit curator eſt tantū datiuus videbatur habere aliam glo. contrariā. vt. j. de excu. tuto. l. amiciſſimos. que dicit ꝙ curator eſt legitimus. ſed hanc tꝫ Dy. ⁊ oēs doc. ⁊ not. in .l. de creationibus. C. de epi. audien. f

## SCire oportet.

Mulieres nō poſſunt eſſe curatrices. h. d. Fallit hodie in matre ⁊ auia. vt in auten. matri. ⁊ auie. C. qñ mu. tu. offi. fun. poteſt.

## Si mater.

Cū quid vna via prohibet alia non debet eſſe permiſſum. h. d. Quod dic vt in .c. cū quid vna. extra de reg. iur. li. vj. ⁊ ibi p Dy. de hac ꝓhibitiōe teſtatoris: vide. C. ſi cōtra ma. vo. l. j. g

## Eos

Abſens cauſa reipublice nō debet dari tutor. ⁊ ſi dat remittitur. h. d.

1 Quando inquiritur de moribus dandi in tutorē coniuncti ⁊ amici pupilli requiri debent.

2 Suſpectus eſt qui ſe ingerit.

Teſtis non citatus deponens eſt ſuſpectus.

## Cū reliquis.

d [d] Cū tutor datur ex inquiſitione inq̄rit de moribus dādi. nec dꝫ dari ille qui ſe ingerit. h. d. Certe † qñ 1 iſta inquiſitio fit debēt requiri cōiuncti ⁊ amici pupilli. vt. l. ait pretor. §. penul. ſ. ex quib. cau. maio. ⁊ qđ no. j. ex quib. cau. in poſ. ea. l. hoc aūt. ⁊ qđ no. Inno. extra de tranſac. c. fin. in fi. ¶ Ultimo[c] not. † quod qui ſe ingerit 2 eſt ſuſpectus. Facit. l. q̄ omnia. §. j. ſ. de procura. quod facit cōtra teſtem qui deponit non citatus. de quo dixi j. de his quib. vt indig. l. poſt legatū. §. his vero.

## ET q̄ nō ſunt.[f]

Nobiles poſſunt eſſe tutores populariū ⁊ econuerſo. h. d. ¶ Oppo. j. de excu. tu. l. ſpadonem. §. j. Sol. Dy. aut qui ſunt in hac dignitate dantur illis qui ſunt in aliqua dignitate. licet minori. ita loquitur hic. ſec⁹ ſi in nulla. vt in contrario.

## DIuus.

Si idone⁹ tutor in ciuitate nō reperit perq̄rit in ciuitatib⁹ circūſtātib⁹. h. d. ¶ Opp.[g] ⁊ vi



detur quod iudex poſſit dare eum qui non eſt de territorio ſuo verbotenus: et ſcribere illi iudici cui ille tutor ſubeſt: vt eum cogat ſicut in interlocutoria de mittendo in poſſeſſionem rerū que ſunt in alieno territorio. vt. C. de iudicijs. l. properādum. §. ſin autem. et de bonis autoritate iudicis poſſ. l. cum vnus. §. is qui. Solu. ſm Iaco. de are. ibi iudex pronuntiat de bonis rōne perſone litigantis que ei ſubeſt. ſed hic perſona eius quem volebat dare tutorem nō ſubeſt principaliter nec acceſſorie.

## COratorem.

Curator datus impuberi durat vſqꝫ ad pubertatem. h. d. Qđ declara. vt dixi in .l. queſitū. et .l. ſolet. ſ. de tute.

1 Datio tutoris in qua erratū eſt ratione etatis quando ſit nulla. et nu. 4.

2 Sententia lata ex falſa cauſa quando ſit nulla.

3 Decretum interpoſitum ex falſa cauſa etiam non expreſſa ꝙ ſit nullum.

5 Curatoris datio facta alicui prodigo qđ teneat.

## SEie egreſſe.

a [a] Si tutor dat impuberi ei qui non eſt non valet datio. h. di. ¶ Opp. † de 1 re iudi. l. preſes. et .l. cum prolatis. Sol. gl. intellige quod hic erat expreſſus error in ſententia aliter ſecus. idem videtur ſentire in .l. ſi ab eo. j. de vſuca. et inſti. qui. non eſt permiſ. face. teſt. §. item prodigus. Idē tꝫ Dyn. in .l. is cui bonis. j. de ver. obli. vbi gloſ. tangit. et hoc propter autoritatem rei iudi. vt. j. de re. eorū. l. ſed ſi pecunia. §. iteꝫ queri pōt. Contrarium videtur dicere glo. C. qñ prouo. nō eſt neceſ. l. ij. ⁊. C. de peti. here. l. ſi putas. ⁊ hoc tenet Pe. et Iaco. de are. et Cy. in. d. l. ij. qñ prouo. et dicunt ꝙ eſt caſus in .l. tutor ſi petitus fuerit. ſ. eo. et b verum dicunt. ¶ Ad dictum[b] Dy. † et gl. reſpondēt 2 ꝙ quedā eſt ſnīa que ſi ſemel eſt vera ſemper et incōmutabiliter eſt vera et tūc procedit diſtinctio an ſit expreſſus error in ſententia vel non. vt dictis. ll. ſed qñ ſnīa non durat ſemper vera vt datio tutele q̄ extinguitur adueniente pubertate. tunc nō procedit dicta diſtinctio vt hic. et d. l. tutor ſi petitus fuerit. ſ. e. c ſm eos. que ſolu. non placet. ſed dic[c] ꝙ differētia eſt 3 inter ſnīam et decretum. nam decretum † interpoſitum ex falſa cauſa etiam non expreſſa eſt ipſo iure e nullum vt. l. j. §. hec verba. j. ne vis fiat ei. et .l. cū vero. §. ſubuentū de fideicō. lib. et hic. et .l. tutor ſi petitus fuerit. ſ. eo. In ſnīa ꝓcedit iſta diſtinctio. qđ dic vt dixi in .l. ſeruo inuito. §. cum pretor. j. ad trebe. In 4 † propoſito tñ ſunt alique glo. que dicunt verum. nam qñ datur tutor vel curator rōne etatis. tunc ſi in hoc eſt erratū datio eſt nulla ipſo iure: vt hic. et. d. l. tutor ſi petitus fuerit et glo. que dicūt contrariū nō dicūt 5 verū. Quandoqꝫ † datur curator alicui vt prodigo. tunc licet in hoc ſit erratum tamen valet datio. ⁊ ſic 1 bene loquitur glo. j. de vſucap. l. ſi ab eo. et inſti. quibus non eſt permiſ. facere teſt. §. itē prodigus. ratio q̄ declaratio etatis fit a natura. declaratio prodigalitatis ſpectat ad iudicē. vñ ſic eſſe pro veritate habetur ex quo iudex declarauit. ad qđ facit ꝙ dicunt doc. in ſimili. in .l. j. § idem pōp j. qđ fal. tu. aut. ⁊ hāc diſtinctionem facit gl. C. de cur. fur. l. j. dixi in .l. is cui bonis. infra de verbo. obli.

1 Quis det tutorem pupillo cū ratione originis domicilij et fortunaruꝫ habet diuerſos iudices.

## PUpillo.

In loco originis datur tutor a iudice domicilij alias datur a iudice originis ſi in vtroqꝫ habeat bona. ¶ Oppo. dicitur hic rerum. Cōtra quia datur perſone nō rebus. vt. l. quia perſone. de teſt. tu. So. hic dātur perſone principaliter ſed re a rum limitat adminiſtratio. vt ibi dixi. 1 ¶ Quero † pupillus hic ſortitur originem. Florentie habet domiciliū: in tertio loco habet bona. vbi non ſortit forum neqꝫ ratione originis neqꝫ rōne domicilij. qualiter dabitur tutor illis bonis. Iudex enim originis vel domicilij non poteſt. vt hic. Iudex illi⁹ tertij loci non poteſt[d] q̄ perſonam nō ha d bet in iuriſditione. vt. l. j. ſ. eo. Dyn. vt quidam habent ponit in .l. j. ſ. eo. et arguit pro ⁊ contra. Cyn. refert. in .l. j. C. b vbi pe. tu. vbi glo. tangit. Dy. tenet ꝙ iudex domicilij vel originis poteſt dare tutorem cuius adminiſtratio porrigatur ad oīa bona. allegat. l. magis puto. §. illud. j. de rebus eorum. Sed glo. videtur tenere cōtrarium. in .l. nō ſolum. §. ⁊ qui teſtamēto. infra de exe. tu. et male. q̄ pro opi. Dy. et ſequaciū eſt caſus expreſſus. j. de execu. tuto. l. c propter litem. §. licet. vbi ad vniuerſū patrimonium dicitur datus. licet poſſet ſe excuſare de bonis q̄ ſunt in alia prouincia. ſi igitur habet neceſſe ſe excuſare. ergo valet datio. vt. ſ. l. proxi. ¶ Ad hanc. l. reſpondeo fateor ꝙ iudex originis poteſt dare tutorem qui adminiſtret tantum bona originis. et eodem modo iudex domicilij: quia hec eſt quedam vniuerſitas. vt. l. ſi tamen. ſ. de teſta. tu. Dico etiam[c] ꝙ iudex tertij loci in quo non habet domicilium neqꝫ originem poterit dare curatorē illis bonis que ſunt in ſua iuriſditione. cum curator detur principaliter rebus non perſone. vt. l. in copulandis. C. de nup. ⁊ hoc vult dicere tex. in e l. iuriſperitos. §. cum oriundus. infra de excu. tu.

1 Quando vnus tutor poſſit pro alio eſſe fideiuſſor.

## ROmanus.

Pōt quis dari tutor ei pro quo tenetur. h. d. ¶ Opp. ꝙ a creatione tutele non appellatur. vt. l. j. §. ſi quis tutor. infra q̄n do appel. ſit. Solu. dic quod appella-

¶ Seie egreſſe. hāc l. no. limita ſm Bal. in l. ij. C. qñ ꝓuoca. ni- ſi fuiſſet ſuꝑ etate diſpenſatū.

Andreas Pomate.

¶ Ad dictū. vide p Ro. conſi. lxix. i. ij co. alex. cōſil. lxiij. in .iij. colū. in .iij. vo. et cōſi. lxxxvij. in ꝓn. i. ij. vo.

¶ Sꝫ dic. et vid bal. in .l. iuſte. in addi. de acq. poſ. et ibi do. Io. et vid bal. in .l. j. j. de cura. furi. and. barb.

¶ Nō pōt vide in ſili bal. in .l. ij. de ꝯtrahē. emp. ⁊ adđ bar. in .l. j. qui pe. tu.

¶ Dico ēt adđ tu ad hoc alex. ⁊ Imol. i ꝯſ. xliij. co. v. poſt mediuꝫ. in .v. volu.

a ¶ Fideiubere. ſi plures delinquunt vel ſunt cōperti cū armis pōt vnꝰ fideiubere pro alio allegant doct. iſtum text. in. l. his. §. ſi ſeruꝰ. de fideiuſ. et hoc qḋ dicit hic Bar. intellige verū ſi non ſunt ſuſpecti alꝭs ſecus ſm glo. in aut. de exhi. reis ⁊. §. ſuſpec. et an ⁊ qn̄ ſūt plures inq̄ſiti poſſit vnꝰ pro alio teſtificari. vide Ang. in. l. fi. de ſica. et Bal. in l. qn̄ liberi de teſti. et in. l. fin. de acc. et viḋ ſpec. in tit. de teſt. §. j. ver. q̄d ſi quot. ⁊ ibi vide oino. Joā. an. et ad hāc doctrinā tra-ditā ꝓbar. hic adde bal. ꝑ illū tex. i. l. oēs in. j. col. de epi. et cle. et ange. et Jmol. in. l. reos i ṗn. ḋ duo reis.

☞ Andreas Pomate.

b ¶ Matrꝭ. De materia huiꝰ. l. viḋ ꝑ bal. in. l. ṗcibꝰ C. de ipu.

uit a ſentētia reprobant excuſationē.

1 ¶ Ultimo † no. hanc. l. in qua eſt caſꝰ ꝙ vnꝰ tutor pōt eſſe fideiuſſor ꝓ alio. ꝙ intelligit Dy. ſi eſt idoneus et ſoluēdo. alias ſecus. qꝛ hoc eſt in fauorē pupillorū. quod intelligas quantum ad hoc qḋ iudex non poſſit recipere contutorem in fideiuſſorem: ſed ſi recipit paupertas eius non vitiaret. vt. C. de iure do. l. ſi mulier. ꝙ declarabo in. l. paupertas. j. de excu. tu. et eſt ar. opt. iſta. l. qḋ plures accuſati vel inquiſiti vel ſimul cū armis inuenti poſſint inuicem fideiubere.[a]

Si peregre. Tutoribus datis debet per iudicem infra. xxx. dies nuntiari. h. d. Facit. j. ti. ij. l. quidā decedens. §. fi. declara vt in gloſ. tua.

## ¶ Qui petant tutores vel curatores. Rubrica.

Matris. [b] Matertenetur filijs impuberibus petere tutores et curatores nō adultis. hoc dicit.

1 ☞ Agnati quibꝰ ſpectat ſucceſſio ab inteſtato qḋ hodie ſi non petant tutorem pupillo priuantur ſucceſſione.

2 Diſpoſitio. l. ſciant. C. de legiti. here. qḋ debet ſtricte intelligi et non extendi ad aliud q̄ȝ loquatur. et nu. 12.

3 Mater et auia qḋ non cogantur eſſe tutrices vel curatrices: et ſi non petāt tutores quomodo puniantur. Et an habeant neceſſe petere.

4 Si in teſtamento eſt datus tutor minus ſolenniter imputatur ſuccedentibus ab inteſtato ſi non petunt ipſum confirmari.

5 Qn̄ ſunt duo tutores legitimi ī eodē gradu an vnus excuſetur per alium.

6 Lex noua q̄ȝtūcūq̄ȝ odioſa et penalis dȝ extendi ſm regulam iuris antiq̄.

7 Excluſo primo a ſucceſſione propter negligentiam petendi ſecundus non habet neceſſe petere tutorem.

8 Si pupillo extraneus eſt ſubſtitutus et mater cui primo incumbit neceſſitas petendi tutorem pupillo.

9 Subſtitutus pupillo qn̄ repellatur a ſucceſſione propter non petitum tutorem.

10 Que cauſa ſit iuſta excuſandi ſubſtitutum propter tutorem non petitum.

11 Mater an admittatur qn̄ ſubſtitutꝰ eſt excluſus ꝓpter non petitū tutorē: vel ipſa etiā excludatur.

13 Mater excluditur a ſucceſſione et legitima filij propter ſubſtitutionem pupillarem.

14 In pertinētibus ad tutelam prefertur matri qui dȝ ſuccedere: ſȝ in educatione preferatur mater.

15 Si aliquo caſu mater et ſubſtitutus excludantur: an alij veniant.

Si minores. Pupillis petēdi tutores ſunt a matre: alꝭs priuatur ſucceſſione. et a libertis q̄ alꝭs punientur ⁊ alij agnati vel cognati pn̄t hꝰ facere: ſȝ ſi neglexerint nō punientur. h. d.

1 ¶ Op. † qḋ etiā agnatis q̄ ſperāt ſuccedere iponatur onus petēdi tutores: vt. C. de legiti. her. l. ſciāt. Sol. dicit glo. intellige in agnatis illis q̄bus nō defertur hereditas ab inteſtato. ſi em̄ deferretur tunc punirentur ſicut mater. vt. d. l. ſciāt. et hoc ꝓbatur. j. ad tertul. l. ij. §. q̄d ſi nepotibus. vbi dicit de auia. ita dicit. gl. Iſta ſol. eſt directe cōtra iſtū text. q̄ expreſſe dicit qḋ hec neceſſitas eſt matri ⁊ libertis tm̄ impoſita: nec de iure antiquo reperitur qḋ alijs agnatis imponeretur hec neceſſitas expreſſe nec ꝑ rōnem. rō em̄ quare matri imponitur neceſſitas eſt materna pietas. vt. l. matris. C. e. q̄ ratio ceſſat in alijs agnatis. Non ob. qḋ dr̄ de auia. ideo em̄ auia eſt qꝛ mater fuit. et ideo durat ratione materne pietatis. ⁊ appellatiōe matris ꝯtinetur auia et appellatiōe filiorū ꝯtinentur nepotes in hoc caſu. vt. d. l. ij. §. quid ſi nepotibꝰ. j. ad tertul. et id qḋ dicitur in. l. ſciant. eſt noua lex facta per theodoſium q̄ immutat et corrigit ius antiquū in hoc: ſcȝ qḋ hodie ſit neceſſe agnatis q̄ ſunt ſucceſſuri ab inteſtato

2 ſcdm formā iſtꝰ. l. ⁊ iſta inueſtigatio eſt vtilis † qꝛ cū illa. l. ſit cōtra ius antiquū debet ſtricte intelligi ⁊ nō extendi ad aliud quā ad id quod in eo expreſſum eſt vt. l. precipimus. in fin. C. de appel. qḋ facit ad multa q̄ dicā in. q. diſputata quā. j. ſcribam. ¶ Op. iſta neceſſitas imponitur quando pupillus non habet tutores legitimos. vt hac. l. in princip. ſed ipſe agnatꝰ vel cognatus hodie eſt tutor legitimus qui ſperat habere hereditatem. ergo non habet neceſſe petere tutorem. Dicit Dyn. intelligas hoc quando datus in teſtamento erat remotus. vel excuſatus ita quod nō vocabantur legitimi: ſed locus erat datiuo. vt lege ſi ſub condi. ſupra de teſta. tute. vel eo caſu quo proximior erat inhabilis inhabilitate temporali. vel alijs caſibus in quibus locus eſt datiuo ſecundū Dy. quod no. Sed contra iſtud oppo. de lege ſciant: que loquitur de illo agnato cui incumbebat onus petendi tutorem a tempore mortis defuncti. dicit enim textus. ſciant illi qui vocantur ad hereditatem pupilli ſi mortuo patre intra annum ⁊c. ſed ſi pupillus habuit in teſtamento tutorem qui eſt remotus vel excuſatus non debuit ei peti tutor a tempore mortis. ergo illa cōſtitutio non habet locum: nec debet extendi cum ſit contra ius commune. vt dixi. Reſpondeo teneo opinio. Dyn. quod enim dicitur intra annum a morte teſtatoris ſubaudi et imminentis neceſſitatis hoc probatur in ſimili. in lege



iij. in. §. ſi quis heredis. j. de ſtatu. liberis. ¶ Idem aduerte quod videtur colligi ex verbis Dyn. quod ſi ſucceſſurus ab inteſtato eſt tutor legitimus quod eſt quando non ſubeſt impedimentum: quod eo caſu non impediatur ſi tutorem non petierit. ⁊ ſic videtur quod ſi inuentarium non faciat et adminiſtret. non puniatur illa conſtitutione. Contrarium credo. ſicut determinatum eſt in matre cui. ſ. delata eſt tutela legitima: ſi non adminiſtret legitime: punitur ⁊ no. j. ad tertul. l. ij. § ſi mater. verſicul. quod ſi pater. Cum enim ipſe idem ſit tutor legitimus ad eius curam pertinet facere inuentarium ⁊ legitime adminiſtrare. quod ſi non facit punitur. argumē. j. ad tertu. l. ij. §. idoneos. ⁊. §. ſequen. Nec obſt. quod dicit Dy. quia fateor quod non punitur: quia non petijt: ſed qꝛ non legitime adminiſtrauit. Non obſt. quod hoc nō dicitur in. l. ſciant. vt infra dicam. ¶ Opponi. matri hodie defertur legitima tutela per. l. vt in autentica matri et auie. C. quando mul. tut. offi. fun. ergo ei nō imputatur ſi tutorem non petierit cum pupillus habeat tutricem legitimam. Reſpondet Dy. hic nota-

3 biliter. † quod mater ⁊ auia non coguntur eſſe tutrices: ſed ita demum ſunt ſi volunt: vt. d. auten. matri et auie. ideo cum nullus ſit legitimus remanent iura antiqua incorrecta: quod placet. et per hoc determino text. iſtum qui dicit quod mater tunc tenetur petere tutores quando nō habet tutores legitimos ꝙ hodie non poteſt habere tutores legitimos pupillus matre exiſtēte anteq̄ȝ mater ſit in mora: quia ipſa prefertur omnibus legitimis: vt. d. auten. matri ⁊ auie. punitur ergo mater ſi tutores nō petierit: vel antequam ſit per moram excluſa non renūtiauit. ita quod deueniatur ad legitimum. ⁊ hoc probatur de iure antiquo in. d. l. ij. §. ſi mater. ver. qḋ ſi pater. ſed ſecundum iſta tempora eo caſu quo mater nō poteſt eſſe tutrix legitima excuſatur ſi pupillus hȝ alium legitimū. ⁊ hic expreſſe dicit tex. ⁊ glo. no. C. ad tertul. l. matres. nec puto qḋ matri imputetur ſi non petijt eos cogi adminiſtrare vel facere inuentariū: qꝛ huius cura nō videtur ei iniuncta. Nec obſt. qḋ dicitur in. d. l. ij. §. idoneos. ⁊. § ſeq. qḋ conſtitutio punit matrem ſi pupillis tutores nō petierit: vt. j. l. pri. ⁊. d. l. ij. §. ſi mater. nota quod dicit petierit: quod eſt futurū vel preteritū ſubiunctiui. ⁊ ſic dȝ intelligi cū effectu: vt. l. j. in fi. ſ. qḋ quiſq̄ȝ iur. vn̄ in petitione ab ea requiritur plenū offm̄. vt. d. §. idoneos. hoc eſt qḋ petat cū effectu: vt dixi. ⁊ ita loquitur glo. in. d. l. matris C. e. ſed qn̄ legitimus ſubeſt nulla neceſſitas imponitur ſibi aliquo iure: ergo nō dȝ puniri. Nō ob. qḋ no. glo. in. d. ver. qḋ ſi pater. in. l. ij. j. ad tertul. qꝛ ibi loq̄tur qn̄ locꝰ nō erat legitimo ꝓpter voluntatē defuncti q̄ voluit matrē adminiſtrare tutelā legitimā. ⁊ ſic

a intellige qḋ ibi nō erat legitimus. Itē[a] dicerem hodie in alia muliere que ſuccederet ab inteſtato vt nō puniatur per. l. ſciant: ſi pupillus hȝ tutorē legitimū ſȝ nō adminiſtraret: qꝛ nulla. l. reperitur. nā. l. ſciant imponit neceſſitatē qḋ faciat ei dari tutorē. qn̄ vero. l. facit eū nō loquitur: ⁊ idē dicerē in ſubſtituto pupillariter.

4 ¶ Quero † quid ſi in teſtō eſt datus tutor minus ſolenniter. Rn̄deo imputetur eis niſi petāt confir-

5 mari: vt. l. credendū. in prin. j. eo. ¶ Quero † quid ſi ſunt duo legitimi eiuſdē gradꝰ: an vnus excuſetur ꝑ aliū. Rn̄deo ſi quidē vnus gerat: ⁊ legitime: alius excuſatur. ar. l. credendū. ij. rn̄. j. eo. ſed ſi vterq̄ȝ negligat vterq̄ȝ punitur per. l. ſi maritus. in prin. j. de adul. Sed ſi dicas qūo hoc cū. l. ſciāt loquatur in eo caſu quo nō ſunt tutores legitimi: ergo nō dȝ extendi ad iſtuȝ

6 caſum. Rn̄deo † lex noua quantūcunq̄ȝ odioſa ⁊ penalis dȝ extēdi ſcdm regulā iuris antiqui: vt no. in. l. qḋ vero. ſ. de legi. ſed. l. antiqua cautū eſt ꝙ ſi ille cui incūbit hec neceſſitas hoc faciēdi negligat puniatur: vt. d. l. ij. §. idoneos. circa fi. §. ergo ⁊c. ſed qn̄ eſt alꝰ legitimꝰ nō ipſe tūc hec neceſſitas ſibi nullo iure imponitur.

7 ¶ Quero † primo excluſo a ſucceſſione ꝓpter negligentiā: an ſcdo incūbit neceſſitas petendi tutorē. Bl. hic in fi. dicit qḋ nō. Idē no. in. l. nepotibꝰ. C. e. ⁊. d. l. ſciāt qḋ eſt verū: vt declarabo in. q. diſputata quam. j. ponā in tertio puncto.

8 ¶ Quero † quid ſi eſt ſubſtitutus extraneus ⁊ mater: cui primo neceſſitas incūbit. Circa hoc diſputaui vnā. q. quā hic inſero de verbo ad verbū q̄ talis eſt. Pupillus cui erat extraneꝰ pupillꝛ ſubſtitutus: deceſſit poſt annū a morte pr̄is: nullo ei exiſtēte vel petito tutore a ſubſtituto: vel matre: q̄ritur an illiꝰ hereditas deferatur ſubſtituto vel matri vel neutri. ¶ Et primo videamus de ꝑſona ſubſtituti: et qḋ nō admittatur. videtur caſus. C. de legiti. here. l. ſciant. ⁊ ꝓ iſta parte cōtra euȝ nō eſt aliud allegādum. ¶ Cōtra qḋ ipſe extraneus ſubſtitutꝰ admittatur. Primo probatur: qꝛ vr̄ caſus. j. de excu. tu. l. amiciſſimos. in prin. vbi propter tutelā nō adminiſtratā nō repellitur ab hr̄ditate ſibi delata ex ſubſtōne. facit eo. ti. l. tutor petitus. § j. ⁊ caſus videtur in. l. credendū. §. ſi vero maritus. j. eo. vbi ꝓpter nō petitū tutoreȝ nō perditur id qḋ venit iudicio defuncti. Secundo ſic: ille cui incūbit onus petendi tutores tunc tenetur qn̄ nullꝰ eſt cui tutela legitima deferatur vt no. C. ad tertul. l. matres. ſed hic mater eſt que oēm legitimum excludit ſeu precedit: vt in auten. matri ⁊ auie. et in corpore vnde ſumitur: ergo ſubſtitus excuſatur ſi nō petijt tutores. Tertio ſic: qn̄ ſunt due cauſe quaruȝ vna eſt naturalis: alia accidentalis: naturalis prefertur: vt. ſ. de tutel. l. q̄ habet. in princi. ⁊ de liber. ⁊ poſthu. l. filio quē. in princip. ſed hic eſt mater cui incūbit onus petendi tutorem ex cauſa naturali: qꝛ materna pietas facit eā ad hoc teneri: vt. C. e. l. matris. et. l. fin. itē eſt ſubſtitutꝰ cui incumbit

☞ Andreas Pomate.

a ¶ Idem. vide anch. conſi. iiij. in j. colum.

onus petẽdi tutorẽ per accidẽs;quia ſubſtitut⁹;vt.d.l. ſciãt. ergo mater ei añponit.nõ põt ergo ſubſtituto imputari negligẽtia donec eũ p̃cedit mater:vt.l.fi.C.qui admit. ad bo. poſ. et de ſucceſ.edi.l.j.in pñc.cũ ſi. Quarto ſic[a] nõ tenet facere quis id qđ factũ nõ releuaret aliquid:vt.ſ.ſi qs in ius vo.nõ ie.l.ij.in fin.⁊ de arbi.l.arbiter calendis.⁊ vt leg.no.ca.l. hec ſtipulatio.§.diu⁹.cũ ſi.ſꝫ ſi ſubſtitut⁹ petijſſet tutorẽ non releuaret aliqd qꝛ mater in petẽdo p̃fertur adeo qđ iudex dꝫ dare eũ quẽ petit ipſa.vt in auten. de nup.§.ſi qs aũt tutelã.⁊ gloſ: hoc tꝫ in.l.ſi qs ſub cõditione.ſ.de teſta. tut. ¶ Scđo videamus de matre et quo iure repellit a ſucceſſiõe ſi nõ petijt tutorẽ. Sunt caſus multarum.ll. ĩ.ad tert l.ij.§.ſi mater.C.illo tit.l.matres.⁊ qui petant tutores.l.ij.⁊.l.fi. et inſti.ad tertul.§.pe. ¶ Ecõtra quod mater admittatur ad hereditatẽ probatur primo ſic. tutor teſtamẽtarius prefert matri:vt in aut. matri ⁊ auie. et in corpore vnde ſumit: ergo eadẽ rõne ſubſtitut⁹ cui incũbit onus petendi tutorẽ in petẽdo prefert matri: cũ a teſtatore ſit ſubſtitutus. non eſt ergo imputandũ matri ſi nõ petijt:qꝛ nec ad petendũ fuiſſet admiſſa. Secũdo ſic.tũc matri imputat ſi nõ petijt tutorẽ filijs qñ ipſa habet ius ſuccedendi ⁊ nullo iure eſt priuata: vt.ĩ. ad tertu.l.ij.§.ſi mater.cũ ſi.⁊ ideo dicunt leges qđ eis quorũ cauſa ſuccedendi nõ eſt prima ⁊ potior in ſuccedendo nõ imputatur ſi tutorẽ nõ petierunt:vt.l.ij.§.fin.ad tertul.⁊. C. qui pe.tuto.l.nepotibus.⁊ not.C. de legi. here.l.ſciant.ſed in propoſito in ſuccedẽdo cauſa ſubſtituti pupillariter eſt pria ⁊ potior: ergo matri nõ imputatur ſi tutorem nõ petijt. Tertio ſic. tũc matri imputat ſi tutorẽ nõ petijt filijs ſcꝫ qñ filij deceſſerunt inteſtati. vt.ĩ.ad tertul.l.ij.§.ſi mater, ibi inteſtatorũ filiorũ ⁊c.⁊.ĩ.eo.l. credendũ. vbi ſimiliter dicit inteſtatorũ filiorũ ſed qñ pupillus hꝫ ſubſtitutũ pupillariter non põt dici inteſtat⁹;ergo ⁊c. videtur ergo in dictis.ll.caſus p matre;cũ nullo alio modo pupillus poſſit eſſe teſtat⁹;niſi habendo ſubſtitutũ:et tunc eo caſu lex non grauat matrem in petendo tutorẽ. Quarto ſic: quando filius deceſſit pubes matri non imputatur ſi tutorẽ non petijt.ratio qꝛ tunc filius ipſe potuit ſibi prouidere teſtando vel petendo curatorem.vt.C.ad tertul.l.matres ⁊.C.qui pe.tu.l.matris.in fi. Sed iſta eadem

☙ Andreas Pomate.
a ¶ Quarto ſic. vide Fel.in.c.ex tranſmiſſa. in.iij.colũ. ver. limita tñ.de p̃ſcr.

ratio eſt in caſu propoſito: quia prouidit filio pater teſtando ⁊ etiam dando ſibi perſonam que petat tutorem.ergo nõ eſt quid matri imputetur. ¶ Quod neutri deferatur probatur primo. quando pluribus incumbit onus petendi tutorem pupillo.ſi vterqꝫ negligit vnus non excuſatur propter alium ſed ambo puniuntur vt patet in matre ⁊ liberto vt hac. l.et.C. qui pe.tuto.l.ij. ita in propoſito ſubſtitutus non excuſatur propter matrem ⁊ ſic tanq̃ negligens non poteſt ſuccedere per.l.ſciant.C.de legi.hered. Item mater nõ excuſatur propter ſubſtitutum ⁊ ſic etiam ab hereditate excluditur ipſa per dicta iura. Secũdo ſic.regulariter quando plures tenentur ad dandum aliquid vel faciendum vnus propter alium nõ excuſatur imo non prohibet omnes in penam cõſtitui;vt.ĩ.de verb.oblig.l.ij.§.j.⁊.§.fi.⁊.l.ea.§.cato. et de duobus reis.l.fina.ita in propoſito nec mater propter ſubſtitutum nec ſubſtitutus propter matrẽ excuſatur ſed vterqꝫ cadit in penam et ſic ſucceſſione priuatur. Tertio ſic.quando pluribus incumbit on⁹ faciendi aliquid:licet ſint talis conditionis qđ vnus alteri preferatur tamẽ donec vnus preoccupet ambo dicuntur ſimul teneri argu.ff.de adulte.l.ſi maritus preuenerit.in principio.vbi videtur caſus.q.noſtre.licet ergo in petendo tutorem mater preferatur ſubſtituto ⁊ ſubſtitutus matri: tamen quilibet eſt in mora donec ad iudicium prouocetur.⁊ ſic vterqꝫ excluditur ⁊ alij ſuccedent. Quarto ſic. quando filius deceſſit impubes matri incumbit onus petendi tutorem filio iure quodam naturali propter maternaꝫ pietatem:vt.C.eo.l.matris.et.l.fin.⁊ ibi not. ſed hec pietas materna non tollitur licet filius habeat ſubſtitutũ.durat ergo ratio legis.⁊ ſic lex. ¶ Item ſubſtituto incumbit onus petendi tutorem propter ſpẽ ſucceſſionis:que ſpes durat etiam ſi ſit mater: quod apparet:cum ergo ratio legis duret in vtroqꝫ videtur quod vterqꝫ excludatur ⁊ alij ſuccedant. Solut. in queſtio.predicta primo videndum eſt de perſona
9 ſubſtituti. ¶ Circa † que dico quod ſi quidem quis vellet eum repellere:quia cum tutor eſſet teſtamentarius vel legitimus vel datiuus et ſe excuſat: non poteſt:vt.ĩ.de excu.tuto.l.amiciſſimos.in princip.et l.tutor petitus.eo titu.in.§.j.⁊ iſte caſus nõ pertinet ad queſtio.noſtram. Si vero vult quis ſubſtitutum a ſubſtitutione repellere quia pupillo non habenti tutorem non petijt:⁊ tunc aut propter hoc vult quis ſubſtitutum repellere a ſubſtitutione fideicommiſſaria;et non poteſt;quia illud conſequitur vt ex bonis teſtatoris non pupilli:vt.ĩ.eodem.l.credendum.§.ſi vero maritus,et ita intelligunt doctores in dicta.l. ſciant.C.de legi.here. Aut quis vult repellere ſubſtitutum a ſubſtitutione directa pupillari: et tunc excluditur ſi infra annum ceſſauit: vt dicta.l. ſciant. et hoc not.quod intelligo niſi excuſetur ex aliqua iuſta cauſa;vt diximus in matre.ĩ.ad tertullia.l.ij.§. ſi mater.et.§.ſequenti.quod nota. C. ad tertul. l. matres.
10 ¶ Item † intelligo iuſtam cauſam eſſe ſi ſubſtitut⁹ ignoraret ſe ſubſtitutum;vt.C.qui pe.tu.l.cum a matribus.⁊ argumen.ĩ.ad tertu.l.ij.§.ſi mater.ver.ſed ſi forte abſens.vbi propter abſentiam mater excuſatur:eodem modo propter ignorantiaꝫ facti.facit de iur.⁊ fact.ignoran.l.prima.⁊ quis ordo in bo.poſſeſ.



ſer.l.ij.in prin.nec excuſatur ſubſtitutus. ideo q̃a pupillus matrem habet.vt oſtenditur. ſ. Reſpondeo nunc rationib⁹ predictis factis pro hac parte ad excuſandum ſubſtitutum. Non ob.l.amiciſſimos.et.l. tutor petitus de excu.tut.et.l.credendũ. vt.ſ.patet. Non ob.ſecunda ratio que dicit ſubſtitutum excuſari:quia mater eſt cui legitima tutela defertur: qꝛ illa non eſt nec cogitur.ſed ei permittitur ſi vult. vñ propter eam non excuſatur ſubſtitutus quin petere debeat.ita determinat Dy.hic.quod verum eſt. nõ eñ. ſpes eius qui poteſt eſſe excuſat aliquem a petendo tutorem interim.ſufficit enim ꝙ tunc non habeat defenſores:vt hac.l. Non ob.tertia ratio.ſ.quod cauſa naturalis prefertur cauſe accidentali:quia illud verũ qñ effectus illarum cauſarũ ſe nõ cõpatiuntur ad inuicem:ſecus qñ ſe cõpatiuntur et vna cõcurrit cum alia:qđ patet per omnia iura in quibus cõcurrit obligatio naturalis et ciuilis:ita in ꝓpoſito nil impedit quin mater teneatur petere:et etiam ſubſtitutus ſicut tenetur mater et libertus:vt hac.l. Non ob.quarta ratio:ſcꝫ qđ ſi ſubſtitutus peteret nil releuaret cũ iudex debeat dare petitũ a matre:quia illud non eſt verum ſꝫm opi.multorũ:vt dixi in.l.ſi quis ſub cõditione.ſ.de teſta.tute. Sed poſito ꝙ illud eſſet verũ: tamen propter hoc ſubſtitutus non excuſatur: qꝛ interim donec mater tacet ſubſtitutus dicit eſſe in mora;et ei currit tẽpus lꝫ mater veniens preferatur: vt ĩ.de adul.l.ſi maritus preuenerit.in pñ.qui caſus eſt
11 no.ad hoc. ¶ Secundo † videndum eſt excluſo ſubſtituto an mater admittatur:an vero ipſa etiam excludatur:quia tutorem non petijt.⁊ loquor de matre maiore.xxv.annis que nullam excuſationem habet de illis que ponuntur in.d.l.ij.§.ſi mater.ĩ.ad tertul. et quod no.C.ad tertull.l.matris.ſolum ergo hic eſt inueſtigandũ:an iuſta cauſa ſit excuſandi matrem: quia pupillus habet ſubſtitutũ. Et ad hoc videndũ premitto quod de iure digeſtorum neceſſitas petendi tutores incũbebat ſolum matri et libertis. et nullus alius propter non petitum tutorem priuabatur hereditate niſi mater et auia:vt expreſſe dicit tex.h̃. et.ĩ.ad tertul.l.ij.§.ſi mater.ver.filijs autem. per iura vero.C.fuit introductum:vt hec neceſſitas imponatur venientibus ab inteſtato et ſubſtituto al's priuentur hereditate:vt.C.de legi.heredi.l.ſciant. licet gloſſ.in dicta.l.ſecunda.qui pe.tut.videatur velle intelligere iſtum textum.vt non contradicat. l. ſciant. Sed veritas eſt quod dixi ſcilicet quod olim alij a libertis matre et auia non tenebantur petere tutores:vt hic expreſſe dicit text.nec ratio que hic habebat locum in matre habebat locum in alijs venientibus ab inteſtato. nam ratio eſt materna pietas; vt C.eodem l.matris.et.l.fina.et ibi not.que ratio ha=
12 bet locum in matre et auia non in alijs. ¶ † Ex hoc concludo quod cum dicta.l.ſciant.corrigat iura an=
* tiqua in hoc:et ſic eſt cõtra ius commune. debet ſtricte intelligi vt non extẽdatur vltra id quod in dicta l.expreſſum eſt;vt dicit text. C. de appella.l. precipimus.in fi.et de legi.l.quod vero.⁊.l.in his. ¶ Sciendum eſt quod etiam matri imponitur neceſſitas petendi tutorem confeſtim.i. cum primum poterit ita quod annum non tranſcendat:vt.ĩ.ad tertul.l. ij. §. confeſtim.ſed alijs ſuccedẽtibus ab inteſtato ⁊ etiã

ſubſtituto datur annus in.d.l.ſciant. licet quidam doct. moder. dicant qđ l.ſciãt.debet intelligi vt loquatur de anno ſecundum formam dicti. §.confeſtim. ſcilicet quod ſtatim teneatur cum poteſt:licet annum nõ poſſit trãſcendere.pro quibus facit tex.dicte.l. ſciant.cum dicit ſꝫm.l.non petierit intra annum ⁊c. Ex eo enim[a] quod dicit ſꝫm.l.videtur ſe referre ad dictum §.confeſtim. ſed hoc non eſt bene dictum.nam illud quod dicitur ſecũdũ l.refertur ad verbum petierit. Eſt ergo ſenſus talis ſꝫm.l. hoc eſt ſꝫm modum legitimum ⁊ permiſſum eis in petẽdo tutores:et ſic ſe refert ad hãc l. Mutatur ergo iſta.l.in hoc. qꝛ olim petebant ſi volebant ex permiſſiõe l.hodie imponitur neceſſitas:vt ſi nõ fecerunt quod dicta.l. eis permittit perdant hereditatem. Item ſtatuitur eis tempus quod hoc faciant[b] intra annum:nec eſt mirum ſi mater aſtringitur plus q̃ꝫ alij venientes ab inteſtato:quia in ea eſt duplex ratio: ſcꝫ materna pietas. Item ſpes ſuccedendi. Sed in venientib⁹ ab inteſtato:⁊ ſubſtituto:eſt ſola ſpes ſuccedẽdi. Et iſta interpretatio tanq̃ benignior admittenda eſt:vt.l. benigni⁹. ſ.de legi.maxime cũ.d.l.ſciant.ſit cõtra ius commune et etiam penalis. ¶ His premiſſis dico matrem non teneri ſi non petit tutorem filio intra totum illud tẽpus intra qđ ſubſtitutus poteſt petere.qđ ſic probo. Cer=
13 tum eſt † ꝙ mater excluditur a ſucceſſione filij:⁊ a legitima ꝓpter ſubſtitutionem pupillarem:vt.C.de impu.et ali.ſubſti.l.precibus.et.ſ.de inoffi.teſta.l.papi.§.ſed nec impuberis. ⁊ extra de teſta.c.ſi pater. lib.vj. Sed ei qui excluditur ꝓpter teſtamentũ debita portiõe ſibi licitũ eſt omittendo facere qđ poteſt: vt ille inteſtat⁹ decedat:nec videtur dolo nec culpa facere:ſed iuſte dꝫ facere;⁊ ab omni pena excuſatur.⁊ iſtud eſt multũ approbatũ per iuriſcõſultos:vt.ĩ.de leg.ij. l.cũ pater.§.titio. ⁊ ſi quis omiſ.cau. teſt.l. excuſatus.⁊.l.quia autem.§.nõ ſimpliciter.⁊ ibi no.⁊.§.ſi patron⁹;et de inoffi.teſt.l.papi.§.quarta.⁊ etiaꝫ ꝓpter factũ patris poteſt omitti hereditas ex teſtamẽto impuberis. vt ſic impubes decedat inteſtatus:vt.ĩ. de acq̃r.here.l.iulia.al's incipit: ſi pupillus.licitum eſt ergo matri intra illud tẽpus quod datur ſubſtituto ad petendum tutores tacere:vt ſic ſubſtituti excludantur a ſucceſſione:⁊ pupillus inteſtatus decedat. Si eñ di=

* Pro intel. l. ſciant. C. de leg.heredi. q̃ debet ſtricte intelligi et non extendi ad aliud qđ loquat eius diſpoſitio.
☙ Andreas Pomate.
a ¶ Ex coeñ. Vide ad hoc panor.ꝯſi.xc. in.ij.col. et ſeq.ĩ.ij.dubio ĩ.ij. volu.
b ¶ Qđ hoc faciãt. Sꝫ qđ idẽ ſit ĩ alijs qđ in matre tenet Bar. ĩ d.§. confeſtim. et in d.l.ſciãt.et ſic eſt ꝯtra ius. ⁊ de h̃ p Bal. in d.aut.matres. C. ad tertul.

ceres matrem intra illud tempus de=
bere petere tutores iam ꝑueniret ſub
ſtitutum:et ſic propter tutorē nō peti
tum nō excludetur a ſucceſſione: vt.ī.
ad tertul.l.ij.§.ſi mater.ver.ſed ſi for=
te abſens.qḋ eſſet abſurdū et contra
rationē precedentē:non enim tenetur
ſubſtitutionē conſeruare ſed magis
īfirmare. ad hoc faciant oēs ratio=
nes.ſ.facte de matre.ſ; ſi mater eſſet
inſtituta in tabulis pupillaribus in le
gitima ſua:tūc ceſſaret ratio predicta
vt.d.l.excuſatus.et.l.quia aūt.§.ſi pa
tronus.ī.ſi quis omiſ.cau.teſta. Pre=
terea ſi ponimus ſubſtitutū eſſe talis
cōditionis qḋ impoſſibile ſit eum ex=
cludi ꝑpter ceſſationē predictā: vt ſi
ſubſtitutus eſt minor nec eſt poſſibile
eum effici maiorem infra pupillarem
etatem eius cui facta eſt ſubſtitutio:
tūc eīn in matre ceſſat ratio predicta:
et ſi ceſſauit petere tutorem:priuatur
hereditate pupilli ſi quoquo modo
ad eam deuolueretur ſubſtituto mor
tuo vel repudiāte per dictā.l.ij.ſi ma=
ter.ī.ad tertul.et hic.et.C.eo.ti.l. ma=
tris.cū ſimilib⁹.nec excuſatur mater
propter ſubſtitutū. hoc enim nulla.l.
cauetur:l; enim ſit ſubſtitutus adhuc
ſubeſt materna pietas que facit eam
teneri:vt probatur.ſ. vt allegationi= a
bus pro tertia parte factis. Nec ob.
ratiōes facte.ſ.ad excuſandū matrē.
Non enim obſtat prima ratio que di=
cit qḋ ſubſtitutus in petitione debet
preferri.ideo mater deb; excuſari: qa
poſito qḋ eſſet verum ſubſtitutū pre=
ferri:tamen interim dum ambo negli
gunt vtriq; imputatur negligentia:vt
l.ſi marit⁹ ꝑuenerit.in prin.ī.de adul.
Sed an ſubſtitutus preferatur po=
teſt eſſe dubium. Pone matrem ꝛ ſub
ſtitutū cōcurrere in petitione tutorū:
et petunt diuerſos quid faciet iudex.
Reſpon.non tenetur ſequi conſilium
matris nec ſubſtituti:vt.ī.eo.l.fi.ꝛ di
xi plene in.l.ſi quis ſub cōditione.de
teſtamen.tutel. ſed ſi vult non puto b
eum errare ſi preferat ſubſtitutum.
14 nam† in his que pertinent ad tutelā
prefertur his que ſperat ſuccedere: li
cet in educatione preferatur mater:
vt.C.vbi pupilli educari deb.l.fina.et
ibi no.per glo.non ob.ratio ſecunda:
quia illa ratio non procedit in matre.
nā etiā ſi non ſperat ſuccedere:mater
na pietas facit eam teneri ad peten=
dum tutorem:vt dictum eſt. Non ob
ſtat ratio tertia:quia dicte leges im=
ponunt matribus neceſſitatem petē=
di tutores filijs ſimpliciter. S; tamē c
priuant eas ſucceſſione filiorum inte

a ℂ Mater ꝛ auia. vide Bal. in d.aut.matres. C.ad tertul.

b ℂ Cauſis ſeꝑatis. vide bart. in cōſi.incip. andre.condidit.

c ℂ Prim⁹ excludiť. cōtrariū t; Bart. in.l. nepotibus C. qui pe. tut.et vide qḋ no.in.l. quid ergo. §.ſ. de iſa.

ſtatorum.vnde ſufficit ad priuandam eam quod tē
pore quo mater vult ſuccedere filius reperiatur inte
ſtatus:et ſic fateor qḋ de iure antiquo ſi mater eſſet
ſubſtituta non priuaretur illa ſucceſſione:quia filius
non eſt inteſtatus: ſed hodie priuatur per.l.ſciant.
Non obſt.quarta ratio:quia licet teſtator prouide=
rit filio de herede non tamē prouidit de tutore: nec
de eo qui peteret tutorem directo:licet lex ipſi ſubſti
tuto neceſſitatem imponit petendi tutorem. ℂ Ter
15 tio† eſt videndum an aliquo caſu excludatur mater
et ſubſtitutus ꝛ veniant alij. Et conſtat quod poſſi=
bile eſt ſubſtitutum excludi:quia non petit tutorem:
matrem vero morte vel repudiatione. Item econ=
tra matrem excludi propter tutorem non petitum:
ſubſtitutum repudiatione vel morte:tunc ſine dubio
veniunt alij.dubium vero eſt an ſubſtitutus vel ma
ter poſſint excludi propter non petitum tutorē.que
dubietas deſcendit ex eo quod lex videtur velle qḋ
primo excluſo propter non petitum tutorem ꝙ non
excludantur ſequentes:vt.l.ij.in fi.ad tertul.et no.C.
qui pet.tu.l.nepotibus.et dicta.l.ſciant.de legi. he=
redi.et hac.l.ſiue ergo mater excludatur primo: nō
debet poſtea excludi ſubſtitutus:ſiue econtra:ſi pri
mo excludatur ſubſtitutus:nō debet poſtea mater
excludi. Sed ad hoc dicē dum eſt quod alias de iu
re antiquo alijs a matre et auia non imponebatur
neceſſitas petendi tutores:vt dictum eſt.ideo ma=
tre excluſa ſequentes agnati non poterant excludi
propter negligentiam.ita loquitur.l.ſecunda. in fi=
ne.infra ad tertul.et gloſſ.ſupra allega. Sed ſi eſſet
a mater et auia[a] cum vtriq; imponatur neceſſitas pe
tendi tutores puto ambas poſſe excludi propter ne
gligentiam per rationes ſuperius factas pro tertia
parte lex enim neceſſitatem imponit auie: nec di=
ſtinguit vtrum pupillus habeat matrem vel nō:cre
do tamen qḋ prius matrem debeat expectare: nec
debeat auia matrem precipua feſtinatione preueni
re:vt infra de iure fiſci. lege edicto.§.cum ante.et
C.de his quibus vt indign.lege ſororem. ꝛ quod ibi
nota.et.C.qui admitta.ad bonorum poſſeſſio. lege
finali. Nec obſtat infra de adulter. lege ſi maritus
preuenerit.et quod ſupra dictum eſt. Reſpond. ad
illam.nam mater et auia vocantur ex eadem cau=
ſa propter pietatem maternam: que cauſa reſpicit
matrem per prius et auiam per poſterius: et illo
ordine incumbit eis onus petendi tutorem:ſed ma
ter et ſubſtitutus vocantur ex duabus cauſis ſepa
b ratis[b] quarum quelibet ſe habet ad quemlibet per
prius:et eis ſimul incumbit onus petendi tutorem
per prius:matri ratione materne pietatis:ſubſtitu
to ratione ſperate ſucceſſionis. ſimile in dicta lege
ſi maritus preuenerit.prouocatur eīn pater ad do=
lorem ratione paternitatis: maritus ratione mari=
talis affectionis.licet enim iſta ratio ſit magis intē
ſa.vt lege ſecunda.in fine.infra de adul. non tamen
eſt per modū prioris.ꝛ ideo cōcurrunt et ſimul cur
rit tēpus de iure antiquo. De iure vero.C.per leges
ſciant. dico quod illa pena imponitur ſolum illis
quorum eſt prima ſpes ſucceſſionis patre mortuo:
vt ex text.illius.l.manifeſte colligitur. Si ergo pri
c mus excluditur[c] propter non petitum tutorē alius
ad quem incipit pertinere ſpes ſucceſſionis non pri



uabitur ea ſi tutorem nō petijt:quia.l.illa hoc nō di
cit.nec d; extendi cū ſit cōtra ius cōe.vt.ſ.in.ſ. pun
cto oſtēſum eſt.ꝛ ſic gl.in.d.l.ſciant. bene loquitur.
ℂ Nūc ad ꝑpoſitū dico qḋ poſſibile eſt ſubſtitutū
et matrē ſimul excludi propter non petitū tutorem:
vt ſi eſt ſubſtitutus:ꝛ matri in tabulis pupillaribus
eſt relicta legitima vt dictū eſt in ſcḋo puncto. Itē
ſi ſubſtitutus eſt excluſus primo propter nō petitū
tutorem: ꝛ tunc incipit currere tempus matri.ceſſat
enim cauſa propter quam excuſabatur. matri enim
omni tēpore quo fili⁹ eget tutore imponitur neceſſi
tas.hoc eſt ſiue tēpore mortis ſiue poſtea. ideo le=
ges vulgares ad hoc allegate dicūt matrem puni=
ri ſi priorib⁹ reiectis alios nō petierit. Sed ſi pone
res matrem primo excludi ꝑpter nō petitum tuto=
rem:quia primo ei incūberet onus:tunc impoſſibile
eſt ſubſtitutum excludi. Exemplū:pupillo eſt ſubſti
tuta mater primo loco:extraneus ſcḋo loco: tunc ſi
mater excluderetur propter nō petitū tutorem non
excluderetur ſubſtitutus poſtea quia mortuo patre
pupilli prima ſpes ſucceſſionis non erat talis ſubſti
tuti.ꝛ ſic ad eum nō porrigitur.vt.d.l.ſciant. Diſpu
tata fuit hec.q.per me in ciuitate Peruſij an.domi=
ni.M.ccclx.

d

## Iuus ſeuerus.

a **Si quidem.** [a] Qui litigaturus eſt cum pu
pillo nō debet ipſe petere tu
torem:ſed alijs nuntiare quibus negligentibus iu=
dici debet referri. h.d. ℂ Nota ibi hoc ipſum ꝛc.
Quod debet iudici notum hoc fieri quō illi qui pre
feruntur in iure petendi hoc negligunt.dixi tibi ple
ne in.l.tutor ſi fuerit petitus.ſ.ti.ſ.ver. ſed tūc que=
ro quid ſi iudici.in.iij.col.

1 ☞ Ubi minor poteſt per ſe ſtare in iudicio poteſt
procuratorem conſtituere.

b **Curatores.** [b] Minores petunt ſibi curato=
res per ſe vel per ꝑcuratorez.
h.d. ℂ Quero qualiter conſtituatur iſte procurator
c a minore. Glo.variant. Iſta eſt[c] †veritas. vbicūq;
1 minor habet legitimam perſonaz ſtandi in iudicio
per ſe poteſt cōſtituere procuratorez:nec requiritur
curator vel tutor.ita loquitur iſte text.facit.ī.de in=
iur.l.ſed ſi vnius.§.idē ait.et.ī.de manumiſſis vin=
di.l.etiam.§.abſens.et.ī.rem ratam hab.l.iij.§.pe.
et qḋ ibi notatur.ꝛ per Inno.extra de reſti.ſpo.c.ex
parte. ℂ Quero an alius poſſit petere pro minore
cauendo de rato. Reſpondeo. ſic.vt.l.mutus. §. is
qui.ſ.de procurato.

**Curatorem.** Tutor nō poteſt
petere curatorez
pupillo:ꝛ qui legitime nō petierit tuto e
rem pro non legitimo habetur.hoc di
cit:et breuiter.

**Qui qualitercūq;.** Remotus a tute=
la non teneť aliuz
petere.hoc dicit.

**Decreto.** Not.ꝙ priores poſſūt dare f
aliquem iudicē tutorem.hoc
dicit.

1 ☞ An valeat tutoris datio facta a iudice ſine in=
quiſitione.

a ℂ Si quidem.ibi in tex.ipſe quidem nō petit ꝛc. ex
ſic no.in materia huius ti.ꝙ quilibet poteſt petere
dari tutorem pupillo etiam ſi tutor talis dari nō po
teſt.l.iij.et ibi Bal.C.de nego.geſt.

b ℂ Curatores.no.qḋ illis caſibus quibus poteſt tu
tor eſſe ī iudicio pōt cōſtituere ꝑcuratorē ꝑ ſe ſolū et qui ſint illi caſus vide ꝑ gl.ꝛ Inno.in.c. ex parte. el.ſ. de appel.ꝛ no.in.l.ſ.in prin.C. qui le.per.ꝛ ad de tex.ī. c. fi. de iudi. in.vi.ꝑ bar to.in.l. ne q;.C.de ꝑcu.ꝛ ī.l. inuit⁹.§.his q.ꝛ ibi gl.ꝛ guil.e.ti.ꝛ Bal.in.l. etiā.ḋ ma. vindi. per Inn. in. c. cū.i.ꝛ.a.ḋ re iud. per moder. in c.intelleximus.ḋ iu.

d **Credendum.** [d] Mater q̄ tutorem nō pe=
tijt cōfirmari vel in locuz
excuſati alium dari cū alius nō ſuper
eſſet perdit ſucceſſionē filij: nō id qḋ
ei debetur ex teſtō mariti:nec ſibi im
putatur ſi vt ſuſpectū nō petijt remo
ueri.h.d.in prin.ſcḋm reſpōſuz decla
ra per ea q̄ dixi.ſ.l.ij. ℂ Oppon.ad
e ver.[c] ſi vero maritus. C. ad tertul.l.
omnem.ꝛ de legi.here.l.ſciāt. gl. ſol.
veritas eſt quicquid matri debeť: vt
ab ipſo pupillo iſtud perdiť. ſed hic
fideicōmiſſum debebať vt ex bonis
mariti:ideo nō perdit:quia circa bo
na mariti mater non deliquit ſm Ia
co.de are.ꝛ Pe.ꝛ no.per Cyn̄. in.d.l.
ſciant.examina vt in queſtione diſpu
tata.ſ.eo.l.ſecunda.in primo pūcto
1 ℂ Venio† ad finem et quero: mater
f petijt tutorem filio:quez iudex dedit
ſine inquiſitione an valeat[f]. Videtur
qḋ non.dicitur enim hic quod datus
a matre non confirmatur ſine inquiſi
tione. Contrarium eſt verum: licet
enim iudici cum inquiſitione et ſine
dare tutorez.vt lege qui habet.§.pe
nultimo.ſupra de tutel. Non ob. iſte
text.quia quando mater petijt tuto=
rem dari in teſtamento filio: tunc
iſte non confirmabitur ſine inquiſi=
tione:ad hoc vt habeat vim tutoris c
confirmati:qui prefertur alijs legiti=
mis et datiuis.vt dixi in lege prima.
ſupra de confirmatio.tuto.ſed ſi ma=

Andreas Pomate.

ℂ Iſta eſt vide are. ī l.ſ.§. pupillus.in prin. ff.de acq̄r. poſ.

d ℂ Credendum.et vide Bar.in cōſi.incip.teſtamē=
tum ſit nullum.vbi loquitur de venientibus ab in=
teſt.vtrum perdant ſucceſſorem per negligentiā ma
tris et eſt tertium conſilium ſcḋm ordinem lib.mei.
Andre.barba.

Andre.Poma. ℂ Credendum.vide ad hunc tex.
Ro.conſi.cclxvij.

e ℂ Opp.ad ver.ꝛ hanc gl.in verſi.tu dic aliter pro
no.alle.Oldr.in conſi.xcix.ꝛ eſt in ſimili alia glo.in
l.precibus.in verſi.fideicōmiſ.quas damnaui in.d.
l.precibus in.ix.col.C.de impu.ꝛ in.l.centurio.in.ix.
char.poſt Bar.ī.de vulg.ꝛ pup.per illum tex. ꝛ per
tex.in.c.ſi pater.de teſt.ti.lib.vi.

f ℂ An valeat. An valeat ſemper tutele datio ſine
inquiſitione.vide legem ſecundam.C.de confirma=
tio.tu.et vide quod no.in.l.prima.C.de tu.qui non
ſatiſdedit.

ter petijt tutoꝛez ſimpliciter.⁊ iudex cõfirmat ſine inquiſitione vt ſit tãq̃ ſimplex datiuus: licet ei.⁊ poſſet etiã abſq; matris petitione facere.ita intelligit gloſ.

## De adminiſtratione ⁊ periculo tutoꝛum ⁊ curatoꝛum. Rubꝛica.

Continuatio eſt de ſe manifeſta.

1 Tutoꝛ an cogaẗ adminiſtrare.
2 Tutoꝛ vt adminiſtret qualiter cogendus ſit.
3 Tutoꝛ an cogitur adminiſtrare officio iudicis nec libellus nec oꝛdo iudicij requiritur.
4 Si tutoꝛ vult gerere ⁊ alius non admittit quomodo pꝛouideatur tutoꝛi.

Gerere. Tutoꝛ cogitur adminiſtrare ⁊ ad eum ſpectat periculum ex quo ſcit ſe datum.h.d. Oppo.

Andreas Pomate.
a Hic nõ. vide alex. i.l.ꝯ pupillũ.in.l.j.et ſeq.ff.de re iudi.

1 qđ † tutoꝛ non cogitur adminiſtrare. vt.j.de auẗ.tu.l.ſi tutoꝛ.Solu. hic loquitur in tutoꝛe qui nunq̃ geſſit: ibi in eo qui aliquãdo geſſit:tñ in aliquo actu non vult autoꝛari.in quo diſtingue vt ibi:ratio vt ille qui nunq̃ geſſit incipiat teneri actione tutele,ideo cogitur.Sed opp.etiã ille qui nunq̃ geſſit tenetur vtili vt.l. ita autem.§. geſſiſſe.j.e.ſed inter vtilem ⁊ directã non eſt differentia vt.l.actio.ſ.de nego.ge.ergo nõ videẗ ratio quare hic magis cogaẗ q̃ ille q̃ geſſit aliquid. Rñ.ille q̃ nõ geſſit non põt remoueri ꝓpter dolũ lataꝫ culpã ⁊ leuem: vt.l. he em̃.§.qui nihil.j.de ſuſpe.tut.ſed qui gerit poteſt remoueri ꝓpter dolum latã ⁊ leuem culpẽ.vt.d.l.he em̃. ideo intereſt pupilli vt gerat:⁊ ꝓpter hoc cõpellitur vt hic ſꝫm Dyñ.Eſt et alia ratio validioꝛ:quia qñ non gerit nõ obligatur fideiuſſoꝛ ex ꝓmiſſiõe rem pupilli ſaluam foꝛe vt.l.nõ quaſi §.illud.rem pupil.ſal.foꝛe. Itẽ intereſt pupilli vt adminiſtret ⁊ eũ bonis moꝛibus infoꝛmet:vt:l.ſcire opoꝛtet.§.fi.ſ.titu.ij.
2 Quero † qualiter fiat iſta coactio.Dicit glo.captis pignoꝛibus ⁊ mulcta indicta.vt.l.j.ſ.ſi quis ius dicen.non obtem.et de ven. inſpi.l.j.§.de inſpiciẽdo.
3 Quero † quo iure fiat iſta coactio.Reſpõdetur qđ officio iudicis.vt hic patet:ex eo qđ dicit cogi ſolent.⁊ puto qđ non ſit neceſſarius libellus nec aliquis oꝛdo:cũ quolibet loco ⁊ tempoꝛe expediri poſſit.vt.l.qui hꝫ.§.pe.ſ.ꝺ tute. ⁊.l.ij.de ferijs.
4 † Sed quero pone qđ tutoꝛ vult gerere ⁊ alius non admittit qualiter ꝓuidetur tutoꝛi.Reſpondeo ſi eſt contutoꝛ ille qui non admittit ex hoc poteſt accuſari vt ſuſpectus.vt lege actus.j.e.Si vero eſſet pupillus vel adultus tũc cogeretur eum admittere officio iudicis.datur enim inuito.vt.ſ.de tuto.⁊ cura.da.ab his.l.illud.et hoc eſt qđ dicitur qđ accipitur res per decretũ iudicis. vt.l.fi.in fi.C.arbi.tu.facit.l.legitimos.in pꝛinc.⁊ qđ ibi dixi de le.tuto. Venio ad verſi. ex quo.quem declara plene vt per gloſſ.j.eodem.l.quidam decedens.§.fi.

1 Libellus qualiter foꝛmetur quãdo agitur contra pupillum tutoꝛem habentem.
2 Citari debet pupillus vel minoꝛ in pꝛima citatione vt per ſe vel per legitimam perſonam compareat. Itẽ an valeat citatio pupilli facta ſimpliciter ſicut minoꝛis:⁊ intelligitur vt legitime compareat.
3 Tutoꝛi cõparenti ⁊ petenti dilationem ad exhibendum pupillum non datur dilatio.
4 Quando agitur contra pupillum tutoꝛem habentẽ cum quo lis conteſtatur.
5 Non differt qđ lis cõteſtetur cuꝫ pupillo vel tutoꝛe: quia eodem modo pꝛeſcriptio interrumpitur.
6 Tutoꝛ ſemper iurat de calumnia quando pupillus conuenitur.
7 Quando minoꝛ ſuſcepit iudicium cum tutoꝛis autoꝛitate an ſit neceſſe quod ei in quolibet actu autoꝛetur.
8 Tutoꝛ poteſt per ſe in iudicio comparere licet iudicium ſit ſuſceptum per pupillum cum tutoꝛis autoꝛitate.
Quando lis eſt conteſtata per pupillum cum tutoꝛis autoꝛitate:ipſe ⁊ non tutoꝛ eſt citandus.
Si citatur tutoꝛ et non comparet hoc caſu non eſt contumax.
9 Si pupillus cõparet in iudicio ſine tutoꝛe qđ pꝛoceditur contra eum tanq̃ contumacem:quia non legitime comparet.
10 Sententia qualiter foꝛmetur in iudicio moto cõtra pupillum tutoꝛem habentem.

Sufficit. Tutoꝛ poteſt defendere pupillum per ſe vel ei defendẽti autoꝛari ꝓut elegerit ipſe:ſed curatoꝛ poteſt defendere adultum per ſe vel ei defendẽti autoꝛari pꝛout elegerit actoꝛ. Itẽ tutoꝛ ⁊ curatoꝛ poſſunt agere vel agẽtibus autoꝛari pꝛout ipſi elegerint.h.d.⁊ eſt ſolẽnis ⁊ magiſtralis caſus.Diuide:pꝛimo loquiẗ in pupillo cõuento.ſcđo in adulto cõuento.tertio de eis agentibus. ſcđa ibi:in cauſis autem. tertia ibi: non denegari. Oppo.qđ tutoꝛ ſatiſdet:vt.l. vulgo.j.eo.ſol. ibi erat dubium an ſit tutoꝛ:hic nõ[a].
3 ctibus percepiſſet ex predio empto. ¶ Ultimo † ad hoc vt tutor cõueniatur ex hac negligẽtia eſt neceſſe ꝙ probetur ꝙ predia erant venalia que emere potuit. al's negligentia non probaretur: ꝓbatur in auť. vt hi qui ob. perhi. res mi. §. pe. facit. j. e. l. cũ plures. §. fi. et. š. pro ſocio. l. idemqꝫ. §. j.

1 ☞ Hic. §. an hodie ſit correctus.
2 Iudex non poteſt hodie percipere vt poſt tempus vſure currant licet inobedientem mulctet.
Nec teſtator.

c **Si deponi.** [c] Opp. ꝙ etiaꝫ facta depoſitiõe currant vſure. vt. š. ea. l. §. ſi poſt. Sol. poſt depoſitionẽ poſſunt vſure currere ob moram factã in cõparando vt ibi: nõ ob moram factã in
1 deponẽdo vt hic. ¶ Quero an † hodie iſte. §. ſit correctus: cũ vſure hodie nõ poſſint exigi. Azo in ſumma de vſuris videtur tenere qđ ſic. qđ intellige niſi
d tanqꝫ intereſſe petãtur: vt dixi in. §. ſi poſt. puto et[d]
2 ꝙ † iudex nõ poſſit hodie percipere vt poſt tempus currant vſure: nec etiã teſtator vt. j. de annuis leg. l. iij. in fi. licet aliter iudex poſſit mulctare inobediẽtẽ. vt. C. de modo mulcta. l. mulctarum. et. š. ſi quis ius b dicẽ. non obtem. l. j.

e **Si tutele.** [c] Tutor tenetur reſtituere pecuniam quam cre- c dit aduenientе die: niſi in credendo nõ potuit ſibi culpa imputari. h. d.
1 ☞ Per ſeruuꝫ tutoris queritur vtilis pupillo ſicut per ipſum tutorem.
2 Melius eſt meum q̃ꝫ veſtrum.
3 Quedam exceptio poteſt opponi actiõi directe que non opponitur vtili.
4 Si tutor ſtipulatur qũo debeant concipi verba.

**Quoties.** Tutor debet facere pupillo ſi poteſt vt quera- d tur directa: al's actionem vtilem queri ſufficit. hoc dicit. Not. tex. ibi qui ve in
1 põteſtate eius erit. quod † per ſeruum tutoris ita queritur vtilis pupillo ſicuti per ipſum tutorem. ¶ Quero que eſt ratio huius ordinis. Dicit e
2 gloſ. quod † melius eſt meum q̃ꝫ noſtrum: et ideo ſi ſtipuletur pupillus habet actionem directam: ſi ſti- f pulatur tutor queritur directa tutori ꝛ vtilis pupillo.

his que fiunt a prela. ꝛ per hoc dicet ſaluari glo. que cõmuniter reprobatur. xij. q. ij. in ſũma. ibi per doct. in. c. j. de in integ. reſti. quod alienatio in caſu non cõceſſo ſeruata forma ſit valida: quia dꝫ intelligi quando ſaltem appareret licet exiſtentia de caſu cõceſſio ↄſtabat qꝛ hoc habebat cõmunis opi. et vid. d. ant. in. d. c. cuꝫ apoſtolica and. barb.

vnde ſi pupillus lederetur ſuper illa directa non poſſet impetrare reſtitutionem. ita dicit glo. quam vide et ſi-
3 gna. ¶ No. ex iſta glo. † quod aliqua
f exceptio poteſt obſtare directe[f] q̃ non obſtat vtili: de quo per Dyn. in. c. pro poſſeſſore. extra de regu. iur. lib. vj. in vltima. q. Dixi in lege ſi culpa. ſupra de rei vendi. Iſtã gloſſ. reprehendit Pe. et Iaco. de ra. dicẽtes quod ſiue agatur directa ſiue vtili poteſt peti reſtitutio: quia inſpecta origine fauorẽ pupilli reſpicit. pro quo facit quod no. in lege non ſolum. in princip. et. §. primo. ſupra de procura. vbi ita cauet de rato ille qui agit directa ſicut ille qui agit vtili. pro quo videtur caſus in lege ſecunda. in fine. ſupra eodem. ¶ Quero an iſte ordo ſit neceſſarius. Gloſſ. reſpondet quod eſt conſilij non neceſ-
4 ſitatis. ¶ Quero quando † tutor ſti-

a ¶ Si poſt depoſitiõnẽ. habes hic q̃mo do quis dicatur eſſe in negligẽtia Adde etiam qđ anteqꝫ qs habeat teſtes nõ dicitur eſſe ĩ negligẽtia agendi vel accuſandi. ita not. dixit Bald. in. l. j. C. de his qui. vt indi. et ad probandã negligentiam in genere. vide. l. idẽ qꝫ. ꝛ ꝙ ibi dixi. š. pro ſocio. et adde quod teſtis deponẽs ſuper negligentia etiam nõ interrogatus debet deponere cauſam dicti ſui ſecundum Bald. in. l. ſolam. C. de teſtibus. adde ad probãdam negligẽtiam quod in actu requiritur diligentia et qualiter debeant deponere teſtes. vide. Barto. conſilio. cij. inci. chariſſime frater et vide Ro. cõſilio. xxviij. an tutor teneatur ſi pecuniam pupilli nõ collocauit in emptionem prediorum vel ſub lucro.

Andre. Poma. ¶ Quod propter. vide Ro. cõſi. xxviij. j. dubio. Alex poſt Bar. ibi in. l. diuus. in. j. co. ver. in glo. ij. ff. ad. l. fal.

¶ Si deponi. adde Bart. in. l. diuus. j. ad. l. fal. et an iudex poſſit ꝑcipere ꝙ poſt tp̃s currãt vſure. ꝛ de teſtatore vide q̃ ſcripſi in. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. de ver. ob. et de iudice vide Ang. in. l. ꝓcuratori. la. j. j. rẽ ra. ha. et vid q̃ ſcripſi in. l. ſi finita. §. iulian⁹. i. xvij. char. de dã. infect. in illo arti. an iudex poſſit iubere ꝙ ĩmiſſus ex primo decreto ob nimiã cõtumaciã lucretur fructus. adde an teſtator poſſit mandare heredi vt ſoluat decẽ pro cẽtenario ſi nõ ſoluerit dotẽ mulieri teſtatoris. ancha. cõſi. xcij.

¶ Puto etiam. et vide Barto. in. l. diuus. ff. ad. l. fal. c. per veſtras. de do. inter virum et vxo. Lud. Ro. in conſilio. cxxvj. Andre. Barba.

Andre. Poma. ¶ Puto etiam. vide Alex. conſi. xxvij. col. ij. iiij. vol. ro. conſi. cxxix.

¶ Si tutele. hãc. l. allegat Bar. in. l. ſi filio. de verb. ob. et Cy. et alij in. l. emp. C. loca.

¶ Quoties. obſtare directe vide Bal. in. l. emptor. in fi. C. de here. vel act. vẽ. qui ſequitur iſtã glo.

a ℭ Reſpondeo. vnus modus. et vide Bar. et ibi ange. in. l. ſtipulatio iſta. §. inſulam ſi quis. de verb. ob. et Bal. in. l. ij. C. per quas perſo. And. barb.

b ℭ Item ſi temporali. quero an tutor debeat exigere debitum naturale. et videtur ꝙ quilibet teneatur ſibi ſoluere. ar. bonelitere. in l. frater a fratre. de cõdi. inde. et inſti. de actio. §. actio.

ℭ Sicut autem. vide not. s. proxi. §. et vide Bal. in. l. cũ ipſe. de contrahẽ. ẽpt. et Bart. et doct. in. l. j. de ſtip. ſer. quid in executore teſtamẽti vide Joan. andr. poſt Specu. in ti. de inſtr. edi. §. nũc aliqua. in addi. inci. ſupple qd aũt in procuratore ⁊ officiali. vide Barto. in. l. j. §. hec verba in fine. ne vis fi. ei.

pulatur quomodo debeant ꝯcipi verba ſtipulationis. Reſpon. vnus modus[a] eſt quod tutor ſtipuletur nomĩe pupilli. et iſte eſt bonus modus et indubitabilis: valeret enim etiam in ꝓcuratore vt. l. huiuſmodi. in principio. 2 ⁊ quod ibi notat. j. de legatis. j. Secũdo quod ſtipuletur per hec verba promittis pupillo. vt. l. eum qui. §. ſi actori. s. de conſti. pecu. Ita dicit glo. idẽ 3 j. de ſtipu. ſer. l. j. in princi. Jac. de are. iſtum ſecundum modum non approbat. dic vt dixi in. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis inſulam. j. de verbo. obliga. vbi tangit glo.

**Nequaꝙ̃.** Debitũ ex alia cauſa in actione tutele deuoluitur ſi tutor debuit ⁊ potuit ſol 1 uere: et pupilli intereſt quod in actionem illam deuoluat. h. d. ℭ Quero 2 pro declaratione litere quid vult di 3 cere hoc et ſuperius. Gloſſ. variant et ſm gloſſ. exponitur hoc. ſ. proxime di 4 ctum. et ſuperius. ſ. dictũ in princi. §. ſe c cundum vero reſponſum nõ mutatur: et hoc tenet Dy. ℭ Opp. s. de nego. 1 geſt. l. diuortio. Glo. ſoluit ibi debebatur pecunia pupillo: hic vero debebat pupillum liberare. 2

1 Tutor quando teneatur a ſe exigere d debitum naturale. 3

2 Si pupillus debet naturaliter tutori non poteſt ſibi ſoluere.

3 Nemo ſine actione experitur.

**Itẽ ſi temporali.** Ad hũc e ver. op. 4 nã actio ſubrogata dꝫ ſapere naturã eius in cuius locũ ſubrogatur: vt. l. ſi eum. §. qui iniuriarũ. s. ſi quis cau. Sol. hic propter culpam tutoris q a ſe exigere dbuit. ita no. in. d. l. diuortio. ℭ Quero † an tutor[b] teneatur a ſe exigere debitũ naturale. Text. innuit qd ſic et glo. videtur tenere. Sed cõtra hoc: qa officiũ eſſet ſibi dãnoſum. Dicũt quidã ꝙ nõ eſt: quia etiam antea poterat ſibi obijci compẽſatio. ita tenebat Jaco. de are. Pet. propter omnia iſta diſtinguit aut debitum naturale cepit eſſe ante tutelã: et non tenetur a ſe exigere: alis ſecus. vt dixi. s. eo. l. ita autẽ. §. debitor. et iſtud videtur equius. ℭ Quero † quid econtra ſi pupillus debet tutori naturaliter an poſſit ſibi ſoluere. gloſſ. innuit quod ſic. poſtea in contrarium adducit. ſupra de peti. heredi. l. ſi quid poſſeſſor. §. j. et. j. de ſolu. l. ſtichum. §. aditio et iſtud vltimum tenet Dyn. et verius. ℭ Vltimo not. † text. quod ſine actione nemo experitur. ſimile. s. de neg. geſt. l. ſi pupilli. §. videamus.

**Sed ſi ſub vſuris.** Iſte. §. videtur correctus per auẽ. minoris. C. qui da. tu. poſ. quod debitor vel creditor nõ poteſt eſſe tutor. ⁊ an hoc ſit verum in teſtamẽtario. dixi in. l. ſi quis ſub cõditione. de teſt. tute.

1 ☞ Quando tutor condemnatur in expenſis fit executio contra eum.

2 Tutor debet agnoſcere bonam fidem.

3 Item in iudicio licet faciat cõtra pupillum debet veritatem reſpondere.

4 Hic. §. corrigitur in tutore legitimo et datiuo.

**Sicut autem.** [c]Tutor poteſt ſibi et alijs ſoluere: debꝫ enim bonam fidem agnoſcere. h. d. No. hic arg. quod † ſi tutor cõdemnetur in expenſis fiet executio cõtra eum. ibi in verſi. deniqꝫ imperator ⁊c. tetigi in. l. ij. s. eo. l. qui ſolidum. §. etiam. infra de lega. ij. ℭ Not. ꝙ † tutor debet bonam fidem agnoſcere.[d] ℭ No. quod † tutor interrogatus in iudicio debet reſpondere veritatem licet faciat contra pupillum: vt ibi denuntiare verũ debeat. Exponit gl. ſcilicet iudici. de quo plene per Cyn. C. de confeſ. l. j. in. xiiij. q. dixi plene in. l. certum. §. ſed an ipſos.[e] ℭ Quero † an iſte. §. et precedens ſint correcti per auẽ. minoris. que ꝓhibet debitores et creditores eſſe tutores. Reſpon. ſic in tutore legitimo et datiuo. In teſtamentario eſt magna controuerſia. dicam in lege propter litem. infra de excuſatio. tuto.

**Non tantum.** [f]Tutor põt a pupillo mutuo accipere et ſeipſum debitorem aſcribere. h. d. ℭ Not. quod hoc caſu ſuſtinet tutor duplicem perſonam. ſcilicet mutuantis et eius cui mutuatur. h. d.

1 ☞ Licet fundans eccleſiam dicat quod vult illã ſubeſſe abbati tamen ſubeſt epiſcopo: et licet deputetur rector ad regendum caſtrum ciuitati de nouo adiunctum per hoc nõ tollitur iuriſditio poteſtatis ciuitatis. nume. 2.

**Conſtat.** Tutor datus patrimonio ſuperuenienti non tenetur de anteriori ſed prior tenetur de augmento obueniẽti. hoc dicit. Ex fine huius legis[g] ſumitur arg. † quod ſi aliquis fundat eccleſiam hac. l. et pacto quod ſubſit abbati qd nihilominus erit ſub epiſcopo. Jaco. de are. Item

c ~ Andreas Pomate. ℭ Sicut autem. Limita vt per Rom. ſing. cxiiij.

d ~ Andreas Poma. ℭ Agnoſcere. vide Feli. in. c. quintauallis. vij. col. de preſcrip.

e ~ Andreas Pomate. ℭ Et ipſos. vide Cardi. cõſilio. lj. col. fi. vij. dubio.

f ℭ Non tantum. Et per iſtum text. dicit dom. Anto. poſt Innocen. in. c. de cetero. de tranſac. quod licet 1 ille cui data eſt poteſtas tranſigendi non poſſet a lite diſcedere puta renuntiando tamen poteſt ſi lis erat iniuſta. Andre. barb.

ℭ Non tantum. vide quod per iſtum text. dicit glo. in lege ſingularia. ſi cer. pet. et eã reprehendit Bar. ibi in. iiij. colum. Adde quod ibi preſtat argu. ad. q. Bald. conſilio. cclxviij. iij. volu. conſi. ccclxxxv.

g ~ Andreas Pomate. ℭ Huius l. vide Feli. in. c. cum venerabilis. x. colum. in fin. et ſeq. et. xiij. colum. de excep.



2 † finis huius. l. preſtat arg. ad. q. qd ſi aliquis ad regendam terram vel caſtrum que vel quod de nouo adiũgitur territorio ciuitatis deputatur ſingularis rector: quod nihilominus generalis iudex id eſt poteſtas habet in illa terra vel caſtro iuriſditionem: q2 in illis que poſſunt eſſe apud plures inſolidum vt eſt iuriſditio: non videtur ademptum vni quod eſt conceſſum alteri vt hic: ſecus in his que non poſſunt eſſe apud plures inſolidum: vt eſt in dominio rerum: a quia tunc obtinet regula contraria vt. l. qd in rerũ. b §. ij. de leg. j. ⁊ ibi dixi.

**Generaliter.** ℭ Tutor qui non facit ea que faceret quilibet legitimus defendens non videt recte defendere. h. d. ℭ Quero c dicitur hic: ſi detrectat ſolutionẽ: qũo 2 ſolutio pertinet ad rectã defenſionẽ. Reſpon. intelligas copulatiue: quia non ſoluit nec defendit. et ita d procedit clare: quia ſi ſolueret nõ eſſet neceſſaria defenſio. Si vero intelligas alternatiue vt ſonat text. tunc intelligas quod detrectat ſolutionẽ. ſcꝫ ſportularum: vel ſalarium notariorum ⁊ aduocatorum: ꝓpter quod impeditur proceſſus. 1

**Circa.** ℭ In reb⁹ emptis ꝑ tutorẽ q eſt inuẽt⁹ ſeru⁹ dñs nõ hꝫ 2 ius deductionis. ratio quia res empta de pecunia pupilli eſt pupilli. vt. l. ſed ſi pecunia. j. de reb. eo. ⁊ ideo ſicut in re 3 bus alienis dñs nõ hꝫ ius deductionis. vt. l. cũ dotẽ §. fi. s. ſol. ma. ⁊. l. ex facto. s. de peculio. itẽ nec in his 1 habet ius deductionis.

**Complures.** ℭ Durante tutela nõ poteſt agi actione tutele. Circa qd diſtingue plene vt. l. ij. C. eo.

**Que bona.** Que legitime et bonafide alienata ſunt nõ retractantur eo qd bona pupilli fuerunt. h. d. ℭ Quero de quibus rebus intelligitur hic. §. gl. fi. intelligere videt in reb⁹ que caſibus videtur eſſe ſubiecte ⁊ cõſeruari nõ poſſunt. Precedentes gl. intelligere videntur ſimpliciter in omnibus rebus cuiuſcũqꝫ cõditionis: que ſi le 2 gitime ⁊ bonafide alienate ſunt non retractantur de iure communi vt hic. Sed an retractentur per reſtitutionem in integrum: tunc bene adhibetur diſtinctio leuis damni ⁊ enormis: vt in gloſ. ⁊ ita intelligit Dy. ℭ Quero an ſit verũ indiſtincte qd nõ intereſt an tutor ſit pauper vel diues. glo. dicit quod non. dicam plene in. l. fi. j. eod.

**Nimium.** Non poteſt tutor propter pupil 3 lum plus expendere ſuo nomine. hoc dicit.

1 ☞ Tutor dotat ſororem pupilli ex eodem patre natam.

2 Filia cui aſſignatur dos in teſtamento per patrẽ qd videtur dotata.

**Cum tutor.** Circa perſonã pupilli debet tutor expendere quod moribus honeſtati ⁊ cõditioni pupilli cõgruit. h. d. ℭ Opp. qd iſta munera debeat dimittere vt. j. l. pr. §. fi. So. e hic loquitur de muneribus ſolitis ⁊ cõſuetis que ex honeſtate dimitti nõ poſſunt: ibi de muneribus inconſuetis et que ſm honeſtatem dimitti pñt. ℭ Quero dicitur[a] hic ꝙ 1 nõ dabit ſorori dotem ex alio patre[b] a nate: quid ſi eſt nata ex eodem patre b an eã dotabit ſi nõ hꝫ vnde ſe dotet. Gl. dicit qd ſic. ⁊ bene ꝑ. l. qui filiũ. §. queſitũ. j. vbi pupillus educ. de. tangit gl. C. eo. l. nõ omni ⁊ ibi per Cyn. c ℭ Vltimo[c] gl. † iſta facit ad q̃ſtionẽ 2 an ſi pater aſſignauit filie dotem in teſtamento videatur dotata. glo. hic d innuit quod ſic[d] quod plene examinaui in. l. titio. §. ante nup. j. de condi. et demonſtratio.

**Tutor.**

1 ☞ Quod quis facit de ſuo preſumitur ꝙ potuerit etiam de alieno.

2 Tutor qui nõ potuit collocare pecuniam pupilli ſed ſuam ſic non eſt in culpa ſi ſuam collocauit.

3 Negligentia alicuius qd pecuniã nõ mutauit quomodo probetur.

**Non eſt.** Quod † quis facit de ſuo preſumitur quod potuerit de alieno. h. d. ℭ Op. s. de in lit. iur. l. videam⁹. Sol. tutor in proprijs ⁊ in pupillaribus eãdẽ diligentiã dꝫ adhibere. vt. j. e. l. a tutoribus. e ſed in ꝓprio facto nõ cõpellit diligẽs paterfa. ſubire periuriũ. eodẽ modo nec pupillarib⁹. vt. d. l. videam⁹. hic aũt cõſtabat diligẽtiã adhibitã in ꝓprijs ergo dꝫ adhibere in pupillarib⁹ ſm Dy. ℭ Quero † qd ſi eſt certũ qd pecuniã pupillarẽ nõ potuit collocare: ſuã ſic. Rñ. hec. l. loqtur in caſu dubij: ſed in caſu certi nõ eſt tutor in culpa ſi vtilitatẽ ꝓpriã pretulit vtilitati pupilli. ne alias officiũ ſuũ ſit ſibi dãnoſum qd eſſe nõ dꝫ. ar. ꝓ hoc qd no. in. l. ſi vt certo. §. cõmodatũ. ver. proinde. s. cõmo. ita tenet Pet. C. arbit. tutel. l. quicquid. ℭ Vltimo not. † tex. hoc. §. quod ſi quis vult arguere aliquem ex negligentia ꝙ pecuniam nõ mutuauit oportet quod probet directe vel preſumptiue quod eam mutuare potuerit.

1 ☞ Tutori non poſſunt imputari munera nuptialia miſſa ſorori pupilli ſi ſine dedecore illa euitare non poterat.

**In ſoluendis.** [c] Tutor debet ſoluere debita et expenſas neceſſarias

~ Andre. Poma. ℭ Dicitur. Adde Bar. in rub. ff. de te. in. iij. col. vide Pe. de anch. cõſi. ccccl v. alias. ccccxxxv. inci. ex narratis ſuperius.

ℭ Ex alio patre. frater nõ tenet dotare ex alio patre natã ſororẽ. Adde Bal. in. l. fi. C. de dot. ꝓmiſ. et an fili⁹ teneatur dotare matrem. vide Bald. in. l. iij. C. de ꝑſcri. lõ. tẽ.

c ~ Andr. po. ℭ Vltio. Vide Jaſ. in rubri. ff. ſol. mat. in vj. co. Ale. cõſilio. clj. in. ij. colũ. ij. volu.

d ℭ Qd ſic. filia cui eſt aſſignata dos i teſtõ an dicatur dotata. et Adde qd dicit Bar. in. l. qd pupillo. j. de adul. adde Bal. cõſil. cciij. iij. vo.

e ℭ In ſoluendis. et hic eſt tex. qd fili⁹ nõ teneat matrẽ dotare. quẽ alleg. Bal. ⁊ ibi etiã eſt tex. in. l. j. C. de ꝑſcrip. lon. tẽp. ⁊ vide l. j. ſol. ma. s. ⁊ ibi no. per ſcrib.

facere et tutores ſuſpectos arguere: expēſas vero q̄ in donationē caderent facere non pōt. h.d. ¶Opp. ſ.l. proxi. §. vlti. gl. ſoluit hoc vt ibi dixi. ¶Querit gl. q̄d ſi idebitū exigit an teneat̄ reſtituere pupillo. et determiat q̄d ſic et bñ. ſ₃ cōtra hoc facit. ſ. de peti. her. l. ſi poſſeſſor. §. bonefidei. So. vt not. ſ. de neg. geſt. l. ſi q̄s negotia.

1 hic† v̄r caſus q̄ ſi tutor maritauit ſororē pupilli et eidē miſit munera nuptialia q̄d nō pōt imputare pupillo. Intellige ſi poterat ſe abſtinere a dictis muneribus ſine dedecore ita loq̄tur hic. Si vero nō poteſt ſe abſtinere ſine dedecore et verecundia tūc id debet mittere: illud enim eſt munus ſolenne de quo loquitur. l. proxi. §. pe. et per hoc. ſ. manda. l. quintus. et. j. de 1 ali. et ciba. leg. l. pecunie.

**Etiā.** Querit gl. de q̄ tutore loquit̄ et dicit de datiuo et legitimo: nō de teſtamētario q̄ nō ſatiſdat. Ja. de are. 1 dicit q̄ etiā pōt intelligi in teſtamentario et datiuo ex inſtitione ſi ex poſt facto eſt fact⁹ non ſoluendo. vt. j. loq̄tur litera q̄ que de nouo emergūt &c. pro hoc. j. eo. l. tres tutores.

**Si tutor.** Neglegētia in nō cōueniēdo debitores et in nō mutādo pecuniaz imputatur tutori. h.d.

**Cum q̄ritur.** a Si in eadē adminiſtratione plura noia ſ̄hant̄ ad petitionē adminiſtrātis d₃ dñs vel oia agnoſcere vel oia repudiare. h.d. ¶Op. gl. j. rē ra. ha. l. cū debitore. nec ſoluit. Dic q̄d ibi ratihabitio ptis v₃ ad cōmodū pcuratoris hoc acceptātis. ſec⁹ ſi in ei⁹ cōmodū hoc acceptare nollet. ita loq̄t hic. ¶Op. ſ. mā. l. ſi p̄o nō remunerādi. §. idē ait. So. ibi gerēs nō deferebat pditionē hoc eſt nō petebat vt totū approbaret vel totū reprobaret hic ſec⁹. ¶Op. ſ. de neg. geſt. l. ſi q̄s aliena. Sol. intelligas ibi q̄d diuerſe 1 et ſeparate erāt adminiſtratiōes: hic vna. vel ſi intelligeres q̄d ibi vna cēt adminiſtratio dicas q̄d ibi deficit p b hanc ſuppletur: q̄ ſi deferatur conditio d₃ vel in totū approbare vel in totū reprobare ſ̄m Dy. ¶Querit gl. quid erit eo caſu quādo pupillus in totū reprobauit. Reſpondeo tutor te c neā ad vſuras cēteſimas ac ſi in vſus ſuos conuertiſſet vt in glo.

a ¶Cū querit. ad hāc l. vide bal. in. l. ſi abſētis. ſi certum peta.
b ¶Fauor iudicij. hāc gl. allegat Bal. ſing. in. l. ff. §. fin. aūt. de bo. que libe. Andreas Pomate.
c ¶Qd rō. ſequit̄ are. cōſil. xxx. col. iij.

**Ubi iuſſus.** Tutor tenetur a tpe quo iuſſus eſt adminiſtrare ſi aū ignorauerit. h.d. ¶Op. ſ. e. l. quidā decedēs. §. fi. cū. l. ſeq. Glo. ſoluit ibi vno modo. Dy. aliter vt ibi dixi. et dicam. j. eo. tit. l. tutor. et ibi vide.

**Ubi tutor.** Tutela pōt geri et tutor obligari: l₃ in nullo actu iterponat̄ autoritas. h.d. Inueſtigatio hui⁹. l. eſt facta pter id q̄d habuiſtis in. l. ita. §. geſſiſſe. ſ. eod. vbi gerens tenetur directa: non gerens tenetur vtili.

**Ex duobus.** Opponi. gloſſ. de. l. ſi ex duobus. de tu. et ra. diſtra. glo. ſoluit ponendo quandam diſtinctionem quam plenius ponit et examinat in. l. prima. C. de tranſactio. dicam in. l. contraria. et in. l. j. §. nunc tractemus. j. de tutel. et ra. diſtra.

An tutor faciens inuentarium alteri nolenti facere an teneatur illud oſtendere.

**Actus.** Durante adminiſtratiōe nō tenetur quis reddere rationē college: ſed eū ad adminiſtrationez admittere. h.d. Et eſt bona lex. ¶No. arg. imo† caſum q̄d ſi vn⁹ tutor facit inuentarium alteri nolenti facere inuentarium non tenetur illud cōmunicare vel ei oſtēdere. ¶Sed circa hoc poſſet dubitari q̄n plures tutores aſſerēt ſe eaſdem res inueniſſe ſeparatim. Reſpondeo nō eſt incongruum: quia res ad eos non veniunt: niſi quantum ad curā et cuſtodiam: ſed cuſtodia poteſt pluribus inſolidum pertinere. vt. l. ſi vt certo. §. ſi duob⁹. ſ. commo. ¶No. ex. ij. rñ. qualiter contutor cōgitur admittere contutorem: quia al's vt ſuſpectus accuſatur. dixi in. l. j. in prin. ſ. eo. titu.

**Tutor.** Tutor qui ſuccūbit in excuſatione tenet̄ ex quo debuit gerere. h.d. Oppo. ſ. e. l. qui iuſſus. quidā dicunt q̄d dies iuſſus eſt illa qua debuit accedere et ſic cōcordat. Alij dicūt et iſtud t₃ Dy. q̄d dies iuſſus inſpicitur ſi ſcientia nō precedit: alias dies ſcientie: vt hic. et. l. quidam decedens. ſ. eodem.

Quando in tutela conſenſus patris habeatur pro obligatione: et an requiratur expreſſa obligatio cum quis contrahit preſente patre. et nu. 2.

**Pocius.** Si pater conſentit filio q̄ adminiſtrat vt teſtamentarius non obligatur niſi de peculio et de in rē verſo. h.d. ¶Op. ſ. de tute. l. ſi filius. vbi pater cōſentiendo obligatur inſolidū. Sol. dicit† gloſ. hic in teſtamentario ibi in datiuo. ratio q̄ nō eget ita cōfirmatione teſtamentarius ſicut datiuus ſ̄m gloſ. Alij dicunt q̄ ratio eſt fauor iudicij. b Alij vt Jacob. de are. quod ratio eſt quia teſtamentarius non tenetur ſatiſdare: ſed datiuus tenetur ſatiſdare. vnde patris conſenſus eum non obligat ad ſatiſdandum: ſed datiuus tenetur ſatiſdare. vnde patris conſenſus eum obligat ac ſi ſatiſdediſſet. vt. l. contraria. Ego dico quod ratio c eſt q̄ in tutela in qua requiritur ſatiſdatio pater poteſt cogi filio cōſentire et pro eo ſe obligare vt. l. ſi q̄s in



a Andreas Pomate. ¶Ultimo. Uide Alex. cōſil. cixxj. in. j. col. ij. volu.
b ¶Uoluntate patris. cōſiliū q̄n filius volūtate patris. et adde Bal. in. l. j. C. q̄d cū eo.

ter tres. §. imperator. j. de excuſa. tut. cum ergo poſſit cogi merito conſenſus habetur pro promiſſiōne. que ratio ceſſat in tutore teſtamentario. hoc plene expediui. ſ. ſol. matrimonio. l. ſi 1 cum dotem. §. tranſgrediamur. ¶Ultimo a not. † diligenter q̄n celebras cōtractum cū filio de voluntate patris b q̄ ſi quid in inſtrumento ſcribatur patre preſente vel conſentiente propter hoc ipſe non obligatur. vt hic. et no. ſ. q̄d iuſſu. l. j. §. j. q̄d intellige ſ̄m diſtinctionem quam dixi in. d. §. trāſgrediamur. Eſt ergo neceſſe quod pater expreſſe ſe obliget.

**Tutor ad utilitatem.** Quero quid ſi eſt dubiū an ad vtilitatē pupilli pertinent. Reſpon. ide₃ quia poteſt. vt. l. nouare. §. j. ſ. de noua. et ibi no. per Dy.

Tutor quando dubitatur de mādato quomodo caueat.

Differentia inter cautionem rati: et hanc quam preſtat tutor quando de mandato dubitatur.

Si de mandato procuratoris cōſtat plene: et de reuocatione ſemiplene: quod ſit locus cautioni de rato. 2

Actore probante plene de credito et reo ſemiplene de ſolutione res efficitur dubia.

Habens inſtrumenta cauſe admittit̄ cum cautione rati.

**Vulgo.** Tutor nō d₃ 3 cauere de rato niſi de eius poteſtate dubitet̄. h.d. et eſt notabilis caſus. ¶Quero quid vult dicere tex. ibi dū dicit rem in iudicium deducit. Rñ. hoc eſt ius pupilli in iudicio facit periclitari: ſicuti ſi ipſe litigaret. j. de excep. rei iudi. l. ſi mater. §. hoc iure. facit. l. pcuratori. j. rē ra. ha. ¶Quero† q̄n dubitatur de mādato quā cautionē pſtat tutor. quidā intelligūt de rato. Alij vt Jo. q̄d nō eſt de rato. ſ₃ q̄d aduerſari⁹ nō dānificabit̄. q̄d eſt idē ſ̄m Dy. ac ſi caueret de cōſeruando aduerſariū indēnē ſi apparet ipſum nō eſſe tutorē. vt. j. de dā. infe. l. pretor. §. ſi cōtrouerſia. et. l. qui vias. §. j. Et eſt differē c tia inter hāc et cautionē de rato: q̄ illa de rato cōmittitur etiā ſi vere habeat mandatum ſaltem ad ſumptus litis vt. l. ſi ſine. §. cū autem. et. §. marcellus. j. rem ra. ha. ſed iſta nullo modo cōmittitur ſi apparet eu₃ habere mandatū. Et propter hoc doc. in. l. j. C. de pcu. formant. q. qualiter d₃ cauere pcurator de cuius mādato dubitat̄. Ego de hoc dixi in. l. iter quos §. alieno. j. de dam. infec. vbi gl. tāgit ſ̄m diuerſas lec. nam ille qui h₃ officium volūtariu₃ vt procurator cauet de rato ille qui h₃ neceſſarium cauet ſub hac cōditione ſi nō apparebit eū eſſe tutorem. vt hic ſ̄m Joā. et bene. 2 ¶Quero† de mādato cōſtat plene: de reuocatione ſemiplene: an ſit locus cautioni de rato. docto. dicunt quod hic eſt caſus quod ſic. ibi vel an duret tutor: de hoc per doct. in lege prima. C. de procuratoribus. ¶Itē †facit ſi actor de credito probat plene: reus de ſolutione ſemiplene: q̄d dicatur res dubia adeo quod deueniatur ad iuramentum. de hoc per docto. in lege in bonefidei. C. de rebus credito. dixi in lege admonēdi.

c ¶Eſt differētia. ſed Ray. tenuit contrarium in. l. j. de procur. per. l. inter eos. §. ſi alieno. ſcd₃ vnā lectu. item quia dñs non poteſt contrauenire niſi de facto ſed ſ̄m eum etiā iſtud non debet attendi. l. eo tpe. in princip. de pecu. propter ea ſi vera eſſet ratio reddita p Bar. et ſeq̄ces hic et in. d. §. alie 1 no. ſequeret q̄d quilibet procurator et de cuius 2 mandato pſtaret deberet ca 3 uere de rato. quod eſt falſum 4 vt. l. vnica. C. de ſatiſdan. et. l. j. de procu. iſta opi. videtur mihi ſuſtentabilis vt referam ſtatim quā tamē limita ex dictis Sali. in. d. l. j. nam Sali. ibi licet de ray. nullā mentionē faciat allegat cōtra opi. Cy. fere oia q̄ Ray. dici. et finaliter cōcludit Sali. q̄d aut cōditio appoſita in cautione exprimitur per hec verba caueo q̄d dñs me⁹ ratū habebit ſub hac tñ pditione. ſc₃ ſi nō habeo mandatū vel ſi nō probetur mandatū et ſic onus probandi nō reſidet in procuratore et tunc nō procedit opi. Cy. et ſequacium aut cōditio exprimitur per hec verba. ſ. ſi tu probes me non habere mādatum et ſic onus probandi in aduerſarium transferatur. Et ſic procedit opinio Cyn. quia ſi poſſet apponi dicta conditio inuito aduerſario ſequeretur quod quando domin⁹ conueniretur haberet neceſſe aduerſarius probare de mandato procuratoris. et etiam in hoc facere expenſas quas non poſſet petere a procuratore ex cautione rati. Et ſic eſſet deterior conditio aduerſarij litigantis cum tali procuratore quā ſi cum domino litigaret quod eſſe non debet. l. ij. §. defendi. j. ex quib. cau. in poſ. ea. Pau. de caſtro. in. d. l. non ſolum. §. qui alieno. ff. de pcurato. diſtiguit aut procurator eſt in culpa quia nō oſtēdit inſtrumentū mādati cū obuerit venire paratus. arg. l. ſi q̄n de dilatio. et tūc procedat opi. Cy. et Bar. nam imputet ſibi qui ſuo defectu ſubijcit ſe cautioni rati. Itē nō d₃ ei⁹ alterare natura₃ inuito aduerſario et natura ei⁹ eſt vt faciat pcurator et ei⁹ ſi defenſore₃ teneri ad expēſas litis dato q̄ ſit ver⁹ pcurator ſi dominus contraueniat. d. §. cum autem. aut procurator non eſt in culpa quia inſtrumentum mandati produxit et aduerſarius replicat q̄d eſt reuocatū et per hoc dubium preſtat cautionem rati. Et tūc poſſet opponi dicta conditio per. d. §. qui alieno. cū gl. ſed hec diſtinctio nō videtur iure probari in primo caſu. nam ſi procurator fuit in culpa non exhibendo mandatum grauatur in hoc quia tenetur ſatiſdare de rato. vnde ſi procurator in cautione rati preſtita ſub conditione aſſumit in ſe onus probandi de mandato legitimo nullum videtur fieri preiudicium aduerſario. nec obſtat dict⁹ paragraph⁹ cum autem. quia ibi non fuit adiecta hec conditio in cautione rati.

a ~ Andre. Poma. ¶ De iureiuran. Vide Ro. ſing.
lxvj. et ſingu. cccccl vij. Cepol. conſi. xij. in. iij. col.
b ¶ Habet inſtrumenta. no. qđ idem tenet Bar. in. l.
iij. §. cauſe. j. ad Carbo. et Bald. et Ang. in. l. marito
ſo. ma. et ibi etiam Pau. de caſtro. et Imo. quod in=
tellige ve=
rum ſecun
dū Imo.
in. c. corã. de
offi. deleg.
ſi erat pe=
nes eū qui
conſuetus
erat exer=
cere offi=
cium pcu.
quia tunc
admitteť
cum cau=
tione rati
niſi mani=
feſte con=
ſtaret de
traditione
facta per
dominum
quia tunc videtur quod non ſit neceſſaria cautio rã=
ti. et ad predicta vide domi. Anto. in. d. c. coram. et
Inno. in. c. j. extra co. per Bal. et Pau. de caſtro. in. l.
ſi qua per calū. de epi. et cle. idem tenet Bald. in. l. j.
C. de procu. quam ſequitur ibi Sali. et adde gloſ. et
doc. in. l. fi. C. de pac. conuen. Adde an quod ex eo ꝙ
quis habet inſtrumenta cauſe videatur procurator.
Rom. conſilio. ccccxlvj.
* Pro concordia eorum que vult Bar. in hac. l. decre=
to. ſcilicet ꝙ etiam ſine cauſa cum decreto tamen iu
dicis actor per tutorem vel curatorem poteſt cōſti=
tui vide concordantiam quam poſui in. l. neqȝ. C. de
procu. vbi allega. contrarius per Fran. are. in ſuo cō
ſilio. xxix. in. x. col. ⁊c.
c ~ Andreas Pomate. ¶ ſ. man. Vide aret. conſi=
lio. clxvj. col. iiij.
d ¶ Quero ſi ſunt. Nic. de nea. hic dicit qđ gloſ. ꝓce=
dit qñ agūt vt oēs admittãtur nō qñ oēs ꝯueniunť
qꝛ in ptãte actoris eſt vnū illorū eligere ne inuit⁹ in
plures diſtringať. ⁊ de hoc dicit eſſe caſum in. l. iam
tñ. §. ſi plures iud. ſol. Adde qđ etiã in eodē libello
oēs admittuntur ⁊ non diuerſi hoc ideo eſt: qꝛ oīm
intereſt rõne officij ⁊ cōis periculi. vt. d. §. ſi plures.
in fi. deci. l. iure cōi. in prin. ⁊ de ſepul. viol. l. ij. §. ſi ad
plures. ⁊ ꝓ hoc induco. l. ij. ⁊. l. ſenat⁹. C. q̄ accuſ. non
poſ. que in tutoribus loqtur in plurali. ⁊ eſt ibi caſus
niſi tex. cauilletur ſi cōueniūt: tūc ſi cōuenitur pupil=
lus oēs poſſunt interuenire. caſus eſt nō cauillando
in. l. j. §. ſufficit. de admi. tut. Et probatur in tex. l. j. C.
ſi ex plu. tuto. aut cōuenitur tutor tutorio nomine ꝓ
infante: ⁊ tūc actore inuito alij cōtutores nō poſſunt
defenſionē ſuſcipere. ita dicit Sali. in. d. l. j. ⁊ ita ſunt
verba ſua et dicit Nicol. de neapo. fuiſſe doctorem
ſuum. Andre. Barba.
e ¶ An poſſunt. Vide quod not. Bal. in. l. ſenatus. C.
qui accu. non poſſunt.

a ſupra de iureiur.[a] ¶ Vltimo† ſcias ꝙ
4 Inno. extra de offi. deleg. c. corã. dicit
b quod ſi aliqs habet inſtrumēta[b] cau 1
ſe ex quo preſumitur procu. quod ad=
mittatur cū cautione de rato.
1 ☞ An ſi nulla ſubſit neceſſitas poſ=
ſit conſtitui actor per tutorem.

* DEcreto. Ex cauſa conſtituiť
actor per tutorē decreto
iudicis. h. d. ¶ Nota ex
hac. l. qđ ad hoc ꝯſtitua
tur actor ſufficit qđ neceſſitas ſit ex
parte rei vt in prin. nã ſi patrimoniū
eſt diffuſum neceſſitas eſt ex parte rei
nō ex parte perſone tutoris: qꝛ pōt fa
cere procuratorem volente pupillo
ſi fari poteſt. vt. l. neqȝ. C. de procura.
Item ſufficit ſi eſt neceſſitas perſone
ex parte tutoris. vt ſi eſt infirmus vel in dignitate lȝ
pōt facere ꝓcuratorē eo modo: tñ pōt cōſtitui actor
ſed qñ eſſet neceſſitas ex parte pupilli: qꝛ infans vel
abſens qui nō pōt facere procuratorē tūc de neceſſi=
tate fit actor vt hic in fine: qđ intelligo ad iudicia: cū
ſibi non poſſit facere tutor procuratorē ante li. cōte.
vt. d. l. neqȝ. ſed ad negotia poſſet facere ꝓcuratorē:
vt. l. ſi ꝓcura. §. j. ſ. man. pōt enim per aliū exercere.
vt. l. ita aūt. §. geſſiſſe. ſ. eo. ¶ Sed quero an ſi nulla
ſubeſt neceſſitas poſſit conſtitui actor. Dy. quod ſic
per hanc. l. in prin. ⁊ qđ no. C. qui da. tut. po. l. curato=
rem. certe hic etiam aliqua ſubeſt neceſſitas vt dixi.
quod videtur requiri. vt. ſ. de tu. l. ſolet. et inſtitu. de
cura. §. fi. cōmuniter tenetur qđ ex voluntate poſſet
fieri actor pro quo. C. de proc. l. neqȝ. cōſultius tamē
eſt quod ſemper aliqua apponať cauſa q̄ntumcunqȝ
generalis. puto enim qđ propter impedimentū rei
familiaris proprie poteſt gerere per actorē. vt. l. tha
is. §. j. de fideicom. lib.
1 ☞ An plures tutores poſſint ſimul agere.

SI duobus. Vnus ex pluribus tutoribus
poteſt agere. h. d. ¶ Oppo.
c ſ. man.[c] l. creditor. §. duobus. de ar. l. ſicuti. de ꝓcu.
l. qui proprio. §. fi. ⁊. l. ſeq. Solu. aliud in tutorib⁹ cū
ius tutele ſit indiuiduum: ⁊ inſolidum apud quemli
bet. vt. j. eo. l. inter tutores. aliud in procuratoribus
vt in cōtrarijs. quam materiã expediui plene in re
1 petitiōe. l. j. §. ſi plures. ſ. d. exer. ¶ Quero† ſi ſunt
d plures tutores ⁊ volūt ſimul agere an poſſunt[c]. gl.
e videtur tenere qđ ſic. qđ enim hic dicitur qđ ſimul
agere non poſſunt intellige impedimento facti non
iuri idem no. C. ſi vnus ex pluribus. l. j. ⁊ hoc tenet
Dy. contrarium tenet ibi Cy. ⁊ Iaco. de aret. C. qui
accu. non poſ. l. ſenatus et ibi per Cy. in vlt. q. ⁊ hoc
per rationem poſitam in. l. iam tamen. §. pe. j. iudi.
ſol. debet ergo poſtulante reo eligi vnus ex eis qui
agat. vt dictis. ll. ſecus ſi reus nō cōqueritur. ⁊ iſtud
videtur equius.
1 ☞ Auxilium ordinarium non impedit extraordi=
narium qñ competit contra diuerſos. ⁊ nu. 3.
2 Qñ actio gñalis eſt ꝓpoſita ⁊ proſequutio in vna
ſpecie in non proſequutis quando agi poſſit.
4 Si iudex male iudicauit ⁊ ab eius ſententia ſit ap=
pellatum: an appellatione pendente poterit tempo
re ſyndicatus conueniri.
5 Reſtitutio in integrum qđ poſſit cedi.
6 Omnis modus per quem quis inuocat auxiliū iu=
dicis poteſt dici prouocatio.
7 Exceptio doli qñ poſſit opponi poſt ſententiam.

1 SI minoris. Auxiliū† ordinariū
non impedit extraor=
dinarium quãdo cōpetit cōtra diuerſos.
Item beneficium reſtitutionis poteſt in
alios per ceſſionē transferri. h. d. primo ponit vnum
dictū. Scđo illationem ex dicto. Tertio vnã. q. cir
ca ꝑmiſſa. ſcđa ibi: ⁊ idcirco. tertia ibi: quid tñ ſi iam.
¶ Opp. qđ ſi egit in minus: de iure cōmuni poteſt
agere in plus. vt inſti. de act. §. ſi minus. ergo nō ha
bet reſtitutionē vt. l. in cauſe. ſ. de mino. Et huius
timore hoc principiū legiť duob⁹ modis. primo qđ
actio tutele fuit propoſita ſimplr ⁊ indefinite. ſed i
proceſſu cauſe culpam frumēti male venditi poſui



in. x. cū deberet poni in. xx. ⁊ ſic inſpecto libello fuit
actum in totū: ſed fuit actum in minoris inſpecta ꝓſe=
cutione. in cōtrarijs ab ipſo initio fuit actū in mino=
2 ri quãtitate. ⁊ iſta eſt bona lec. ¶ Sed opp. † qꝛ ad=
huc poteſt agi pro his que nō eſt ꝓſecutus. ⁊ ſi ex=
cipietur. replicabitur de iure cōmuni ſine reſtitutio
ne. vt. l. licet. C. de iudi. Rñ. qñ actio generalis eſt ꝓ
poſita: ſed ꝓſecutio in vna ſpecie eſt facta et in alia
non: tūc loquitur. l. licet. ſed ſi in vna ſpecie eſt facta
ꝓſecutio: licet nō in totum qđ debetur: pro reſiduo
nō poteſt agi de iure cōmuni: niſi petať reſtitutio.
a hic eſt caſus[a]. idē ſi fuerit omiſſum aliqđ acceſſoriū
illius ſpeciei in qua facta eſt ꝓſecutio vt. l. ſi cū tibi
C. de iudi. que tene mēti. ⁊ ſic habes in gl. ibi dñ di=
cit. in ſpecie vero frumēti in integrū reſtitutio con=
tra ſentētiam nō ceſſat. licet quidaȝ habeãt ſiue nō.
ſed tunc deberet dici in ſpecie vero frumēti replica
tio cōtra ſententiam ceſſat. ¶ Scđo modo legitur
qđ ab ipſo initio fuit actū pro ſpecie frumēti tantū:
et tutores fuerunt condēnati in parte ⁊ in parte ab=
ſoluti. ⁊ ſic pro parte illa pōt peti reſtitutio. nec ob.
§. ſi min⁹. quia ibi pro parte fuit actū pro alia parte
nihil dictū fuit nec in libello nec in ſnia. ¶ Op. vbi
3 hȝ† locum remedium ordinariū non hȝ locū extra=
ordinariū. vt. ſ. de mino. l. in cauſe. Sol. gl: hic ꝯ di
uerſos: ibi cōtra eundem ⁊ bene. ¶ Cōtra hoc op.
de iudi. l. properãdum. in fi. gloſ. ibi dicit ſpeciale in
inſtantia iudicij. Pet. dicit contra. dicit enim qđ qñ
eque bene pupillo poſſet eſſe cōſultum per ordina=
riū ſicut per extraordinariū. vt qñ petitur pecunia:
tunc licet cōpetat cōtra diuerſos. vnū tamen tollit
aliud: vt. d. l. properandū. in fi. ſed qñ nō poteſt eſſe
eque cōſultum. vtputa qñ tutor vendidit vnã ſpeciē
ſi ageret cōtra tutorem haberet pecuniaȝ ideo pōt
agere ꝯ emptorē vt rehabeat rem vt. l. etiã. C. ſi tu=
to. vel cu. interue. ¶ Sed hec ſol. eſt contra hanc. l.
vbi agitur de intereſſe: ⁊ ſic ad pecuniã: tñ quia ꝯ di
uerſos vnū nō tollit aliud: tene ergo ſo. gl. quia vnū
ſpeciale eſt ibi in inſtãtia iudicij. ¶ Venio ad ſcđaȝ
partē ⁊ op. actio cōpetens ꝯ tutorem eſt extincta ꝑ
ſniam vt dictū eſt: ergo nō poteſt cedi. Hui⁹ timo=
re iſta pars legitur trib⁹ modis. primo ꝙ ab illa ſen
tentia qua tutores fuerūt condēnati in minus: cura
tores appellarunt. ⁊ hoc videtur dicere tex. hic dū
dicit ꝓuocantes. Sed ſm hoc queriť in qua cã ex=
ceptio doli obijcitur. de qua d. hic in tex. Rñdeo in
actione in factū de re iudicata que ꝓponitur ꝯ cura
b tores condēnatos. Iſta eſt vna lec.[b] ſm quã vide=
4 tur caſus qđ ſi iudex† male iudicauit ⁊ ab eius ſnia
eſt appellatū: ꝙ tēpore ſyndicat⁹ appellatione pen
c dente iudex poſſit cōueniri[c] ad intereſſe: ſicut ſi ap=
pellatum nō eſſet. nam licet hic curatores appella=
uerint nihilominus fuerunt cōuenti ⁊ ꝯdemnati ab
adulto ꝓpter culpam eorū. ¶ Sed ego diſputaui
hanc qōnem ⁊ determinaui cōtrarium: qđ iudex nō
poſſet cōueniri niſi ad intereſſe ſumpt⁹ litis tantū.
arg. l. iij. §. ex quib⁹ de alie. iu. mu. cauſa fa. et. l. ſi ſi=
ne. §. cū autem. ⁊. §. marcellus. j. rem ra. ha. Ad hãc
l. reſpōdeo qđ hic curatores appellauerunt. vñ ap=
pellando nō poterūt perimere actionem competen
tem minoribus cōtra ipſos. Sed in queſtione pro=
poſita appellauit qui nō vult agere cōtra iudicem.

a ¶ Si minores. hic eſt caſus. no. pulchrã limitationē
l. lȝ. C. de iudi. vide Cy. in. l. ſi cū tibi eo. ti. vbi decla
rat qñ intelligatur vnū capitale vel vna ſpecies.
b ¶ Iſta eſt vna lec. ⁊ vide Ang. in. l. argentarius. §.
cū autē. ſ. de eden. ⁊ in. l. mancipia. et ibi Bal. C. de
fur. ⁊ imo. in
l. j. j. de ap=
pel. Andr.
barba.
c ¶ Poſſit cō
ueniri. vt ꝓ
ſi iudex ma
le iudica=
uit ⁊ fuerit
appellatū
tpe ſyndi
cat⁹ poſſi
conueniri.
adde not.
doct. in. l. j.
in pñ. j. de
ap. ⁊ bar. i
l. ꝙ ſi res.
ſ. d ali. iu.
mu. cã fa. ⁊
i. l. iij. §. exi
git. eo. ti. ⁊
ſeqť Ang.
ſimplr i. l.
ſancimus.
C. de iudi.
et bal. in. l.
obſeruare
§. ꝓficiſci.
in. xx. q. de
offi. ꝓcon.
~ Andreas
Pomate.
d ¶ Ex quo.
Vide bar.
ꝯſi. xcij.
e ¶ Pōt ce
di. vide qđ
no. Bar. in
l. modeſti
nus. i fi. j.
de ſol. ⁊ qđ
dixi in ma
teria poſt
Bart. in. l.
ꝑ diuerſas
C. manda.
~ Andreas
Pomate.
f ¶ Tertio
modo. vi
de Ro. ꝯſi.
xc. in prin.

vnde bene poterit perimere actionē
cōpetentē ſibijpſi. qđ plene dic vt in
illa diſputatione. ¶ Scđo modo le=
gitur ꝙ hic fuit appellatū a ſnia qua
ipſi curatores fuerūt cōdemnati. ⁊ in
illa cauſa appellationis opponiť ex=
ceptio doli. Sed tunc remanet con=
trarium qñ poteſt cedi actio cuȝ ſit
extincta. Rñ. intelligo qđ ceditur in
integrū reſtitutio. ⁊ ſic ſpes actionis
quam cōſecuturus eſt per reſtitutio=
d nem. Ex quo[d] no. † qđ in integrū re=
5 ſtitutio poteſt cedi[c]. ſimile in. l. qđ ſi
c minor. in prin. ſ. de mino. ¶ Sed tūc
inſtatur quomodo poteſt cedi cū ſit
beneficium perſonale. Reſpon. cū ſit
tranſitorium ad heredes vt. l. non ſo
lum. in fi. ſ. de in integ. reſti. poteſt ꝑ
ceſſionem transferri. vt. j. e. l. ex pluri=
f bus. ¶ Tertio modo[f] legitur ꝙ hic
intelligatur prouocantes id eſt recla=
mantes. et ſic nulla fuit interpoſita
appellatio. Sed iſta oppoſitio exce=
ptionis doli prouocatio vocetur. ⁊ ſic
6 no. † qđ omnis modus per quem qs
inuocat auxilium iudicis poteſt dici
prouocatio. ſimile in. l. ſi ab arbitro.
ſ. qui ſatiſda. cogan. ſecundum diuer
7 ſas lectu. ¶ Oppo. except. † doli eſt
peremptoria. ergo non poteſt oppo=
ni poſt ſententiam vt. l. peremptorias.
C. ſenten. reſcindi non poſ. Reſpon=
deo vel dicas hic fuiſſe appellatum.
et ſic cauſa non eſt finita: vel ſi di=
cas non fuiſſe appellatū: reſpondeo
qđ exceptio cedendarum actionum
non repugnat ſententie et ſic pōt op=
poni poſt ſententiam vt. l. ſi fideiuſſo
res. §. j. j. de fideiuſſo. et. l. ex diuerſo.
§. fina. ſ. ſolu. matrimo. ¶ Venio ad
vltimam partem et videtur qđ poſt
ſolutionem ceſſio non poteſt fieri vt
infra de ſol. l. modeſtinus. Dicūt qui=
dam qđ hoc fuit actum. tu dic ꝙ hic
tutores et curatores fuerunt obliga=
ti diuerſo genere obligationis. et ſic
ſolutio vnius non tollit obligationē
alterius. prout not. in ſimili in lege
ſtichum. §. ſi mandato. infra de ſolu.
lege papinia. ſupra manda. ¶ Op=
ponitur actio que eſt inutilis penes
cedentem debet eſſe inutilis penes
eum cui ceditur: quia non debet eſſe
melioris conditionis. vt lege in om=
nibus. §. non debeo. j. de regulis iu=
ris. ⁊ in ca. ſi quis in ius. extra de re=

a ¶Si ſine herede.vide Bar.in l.ſi q̄dē.C. de p̄di.mino.

b ¶Interpoſito.Vide Bar.in l.ſi q̄dē.C.de p̄di.mino.

a ¶Luci⁹.Et vide Bart.in l.etiā.ſ.de mino.bal.in l.fi.C.in q.cau.ī integ.reſtit.non eſt neceſſaria. Andreas Barba.

¶Luci⁹.Adde q̄đ no.Bar.ꝛ q̄ ibi dixi ī l.fi.in fi.C.in q̄.cau.ī inte.reſtit.vide q̄ ſcripſi in.l.cū de lanioīs.§.aſinā.de fun.iſtru.ꝛ vide in ſill' ſpec.in tit.de inſtru.edi.§.edicto.de ipugnatiōe teſtamenti.v.q̄d ſit ꝺ conſuetudine.

gu.iur.li.vj.Rñ.cauſa que reddebat actionem inutilem:per ceſſionē purgatur.merito efficitur vtilis.ſimile in l.fi.in prin.C.de iure dotium.

1 ☞Procurator quando poſſit cōueniri officio durante. 2

2 Curator quando durante officio curatoris conueniri poſſit.

## Cum curatore.

Opp.ſ.eo.l.actus.gl.ponit multas ſolu.breuiter.h.d.†aut loquimur in ꝓcur.ꝛ poteſt cōueniri durante officio vt hic.licet aliter not.ꝛ non bene.ſ.de ꝓcu.l.qui ꝓprio.§.fi.cū.l.ſequēti.q̄đ dic vt ibi.aut loquimur in procura.vel in eo qui†gerit tanq̄ curator ꝛ ille ſtatim poteſt conueniri vt hic ſm vnam ſo.ꝛ.l.nō quaſi.§.illud ī.rem pu.ſal.fo.aut loquimur in curatore vero.ꝛ tūc aut in curatore furioſi:ꝛ poteſt conueniri durante adminiſtratione ſimpliciter:vt.l.niſi.§.cū furioſi.ī.de tut.ꝛ ra.diſtr.ꝛ ita poteſt intelligi hic.aut loquimur in curatore adulti:ꝛ tunc ſiquidem loquimur de actione que oritur aliūde q̄ ex geſtione illa:ꝛ poteſt ꝯueniri.vt hic ſm diuerſas ſolutio.aut loquimur in ea q̄ oritur ex geſtione:ꝛ tunc aut cōuenitur ꝓ tota illa adminiſtratione et nō poteſt ea durante.vt.l.actus.ſ.eod.aut pro particulari adminiſtratione 1 et poteſt cōueniri ea durāte.vt hic et no.C.eo.l.ij.ſi vero loquimur de tutore.Dic vt no.in.d.l.ij.p Guil.ꝛ doct. 2 dicam in.l.ſi tutor reipublice.§.fin.ī. 3 de tute.ꝛ ra.diſtra. 4

## Tutor.

Tutor q̄ bene facit habetur ꝓ domino.hoc dicit. 5

## Tutor.

Finita tutela finiūtur ſatiſdationes iudiciales. 6 h.d.vt in gl.¶Op.C.vt ca.poſt pu.aſ.tu.l.j.ꝛ.ij.ſol.vt in glo.tetigi.ſ.eo.l.ita autem.§ fi.

## Tutor.

Ille per quē nō ſtat quo minus reliqua ſoluat ad vſuras non tenetur.h.d.

## Tutoris.

Not.ꝙ qñ tutor promittit 1 bene ꝛ legaliter gerere ī hac generali ꝓmiſſione venit pupillū indefenſum nō relinquere.vt hic tamē 2 hodie hoc dꝫ exprimi in ꝓmiſſiōe.vt C.de admi.tu.l.fi.§.defenſionem.

## Duni.

Donec plures gerūt ex officio publico tenentur inſolidum ſecus cum incipiunt gerere ex priuato.h.d.facit 3 ad queſtionē an plures mercatores ſocij teneantur inſolidum.de quo dixi plene in.l.j.§.nunc tractemus.ī.de tut.ꝛ ra.diſt.ꝛ in.l.iij.§.j.ī.de duobus reis.imo melius in.l.eandē.eodem titu.

1 ☞Obligatio fideiuſſoria durat abſq; principali.

2 Et an contra fideiuſſorem et heredem tutoris iuretur in litem.

## Si ſine herede.

a Mortuo principali ſine herede tenetur fideiuſſor ad id ad q̄đ principalis tenebatur.h.d.¶No.†caſuꝫ in quo durat obligatio 1 acceſſoria abſq; principali obligatione.ſimilem text.habes in.l.ſtichum aut pamphiluꝫ.in prin.ī.de ſo.tangitur in.l.poſtq̄.in prin.ī.vt le.no.ca.ꝛ.ī.depoſi l.j.§.idem pompo.ꝛ ibi gl.ꝛ tex.Cy.tangit.C.de lui.pig.l.intelligere.dixi in.l.ſtichū.in pn.¶Quero†an contra iſtum fideiuſſorem iuretur in litē.Gl.dicit q̄đ non quia conuenitur actione ſtricti iuris. 2 ¶Quero vtrum contra heredes tutoris iuretur in litem.Gloſſ.videtur dicere quod ſic.quod intellige ſi ipſe eſt in dolo.vt.C.de in litem iuran.lege fina.ꝛ per totum.

## Modeſtinus.

Tutori non imputatur dānum abſq; ſui culpa contingens.hoc dicit.

## Modeſtinus.

In reddenda ratione ſufficit cōtra tutorem probare q̄đ fructus bonafide percipi potuerunt licet perceptos per eum non probetur.h.d.quod no.vt quando agis in faciendo articulos non dicas q̄đ percepit fructus quia forte non poſſet probari:ſed dicas quod tantum potuit percipere ꝛ ſic cōmuniter proceditur.

1 ☞Onus probandi quod pecunia ſit perdita vel pupillus ſit factus locupletior cui incumbat.

2 Reſtitutio rei an fiat vigore primi iudicij reſcindentis.

3 Reſtitutio in integrum reſtituit q̄đ leſio abſtulit.

4 Si minor qui vendidit rem:pretium perdidit an ex hoc habeat iuſtam cauſam petendi reſtitutionē in integrum aduerſus venditionem.

5 Practica petendi reſtitutionem in integrum aduerſus venditionem.

6 Res poteſt ab edificio ſeparari qñ priſtina facies edificij per eius ſeparationem non mutatur.

## b Interpoſito.

b Reſtitutus ad rem venditam nō debet reſtituere pretium niſi quatenus ex eo factus eſt locupletior:nec expenſas voluntarias.ſed auferri poſſunt.hoc dicit.¶Querit† gloſſ.cui incumbit onus probandi 1 an minori quod pecunia ſit perdita:an aduerſario quod minor ſit locupletatus.Dic vt lege prediorum.C.de predi.mino.et bene.¶Vltimo†iſte.§.facit ad queſtionem quod ex vigore primi iudicij reſcindentis fiat reſtitutio rei.vt ibi in poſſeſſionem 2 induci iuſſus eſt.quod declaratur in lege qui ꝓprio.§.item queritur.ſupra de procuratoribus.et lege ab hoſtibus.§.ſed quod ſimpliciter.ſ.ex qui.cau.ma.¶Queritur igit̃ an ex hoc iudicio reſcindat̃ cōtractus ꝛ reſtituat̃ poſſeſſio.hic videt̃ tex.q̄đ ſic.ꝛ†breuiter reſtitutio id reſtituit q̄đ leſio abſtulit.vt ſi minor fuit leſus quia vēdidit ꝛ nō tranſtulit poſſeſſio- 3



nem tunc ſolum in venditione reſtituitur.nō in poſſeſſione in qua non fuit deceptus.ꝛ hoc probatur in dicta.l.qui proprio.§.item queritur.ſupra de procura.¶Quero minor vendidit ꝛ fuit ſibi ſoluta pe- 4 cunia quam perdidit eſt ne iſta iuſta cauſa reſtitutionis in integrum aduerſus venditionem.Et videtur hic tex.quod ſic.ꝛ iſtud habui de facto ꝛ dixi q̄đ iſta non erat iuſta cauſa petendi reſtitutionem aduerſus venditionem ſeu ſolutionem:ꝛ ideo†quando 5 formas articulum et quando petis reſtitutionē aduerſus venditionem:debes dicere quod tibi non expediebat tunc vendere:ſed cum perdis pecuniaꝫ es deceptus in ſolutione:quia non fuit facta prout fieri debuit.et iſta probantur in lege res.C.de iure dotium.et.l.ſiquidem.C.de predi.mino.et iſta ſunt quotidiana.¶No.etiam text.in fi.qui optime de- 6 clarat†que ſunt res que poſſunt ab edificio ſeparari:ſcilicet quando per ſeparationem priſtina facies edificij non mutatur.

## a Lucius.

a Conſuetudo que reſpicit rem ſicut ligat maiores ita ꝛ minores.hoc dicit.examinaui in repetitione.l.omnes populi.de iuſti.et iur.in.q.illa quos ligent ſtatuta per Guil.in.l.de quibus.ſ.de legibus.

1 ☞An exbannitus deſinat eſſe tutor.

## Tutores.

Relegatione nō finitur tutela ideo tutor conueniri non poteſt.hoc dicit.¶Opponitur infra de tu.et ra.di.l.ſi tutor.§.fina.Sol.intelligas hic de dato in exilium.ideſt relegato ſecus ſi fuerit deportatus.vt lege contraria.

1 ¶Quero†an exbannitus deſinat eſſe tutor.hic videtur caſus quod non.In cōtrarium videtur dicta b l.ſi tutor.in fin.de tut.ꝛ ra.di.communiter tenetur[b] aut per exbannimenta bona ſunt publicata aut non vt inſtitu.quibus mo.ius pat.por.ſol.§.relegati.et ibi nota.

## c Tutoribus.

c Tutor tenetur facere illud q̄đ diligēs paterfa.facturus eſſet.h.d.Bar.

## Officium.

Curatoribus conſtitutis in eos adminiſtratio tranſfertur et officium tutoris finitur.h.d.

## Heredibus.

Ius eligendi vnum ex reis tranſit ad heredes.hoc dicit.¶Opp.ī.eo.l.ex pluribus.Solu.iſtud non eſt priuilegium ideo tranſit ad heredes:ibi ſecus.et iſto modo intelligas.

## d Principalibus.

d Expenſe facte circa perſonam tutoris nō imputantur pupillo niſi per iudicē ſalarium ei fue- e rit ordinatum.h.d.Oppo.tutori[e] nō poteſt dari pecunia vt ſit tutor:vt.ſ.de tute.l.in eos.Huius timore dicunt quidam q̄đ iſtud q̄đ hic dicit refertur ad principium.ſ.ad ſumpt⁹ factos in tutela.veritas eſt q̄đ refertur ad proximum:poteſt enim iudex ex cauſa ſtatuere tutori certum ſalarium.vt dixi plene in d.l.in eos.¶Opp.ī.de tu.ꝛ ra.di.l.j.§.ſi pupillus.Sol.hic intelligitur qñ tutor manet in domo vel ciuitate propria:nam ſi oporteret eum alio proficiſci:tunc de bonis pupilli deberent fieri expenſe.ita intelligit Iaco.de are.vt in.l.contraria.

a ~Andre.Poma.¶Lucius.Vide Alexan.conſi.xxvij.col.iij.in.iiij.vol.limita vt ro.ſing.l.

b ¶Tutores.tenetur hoc idem voluit Barto.in.l.ſi qua pena de his qui ſunt ſui.vide etiam no.ſpec.et Io.an.in ti.de actore.§.j.ver.quid ſi bannitus.ꝛ in ti.de inſtr.edit.§.cōpēdioſe.et p Bald.in l.ſeruum quoq;.§.publice.de ꝓcu.plene p cy.Bal.ꝛ oēs in.l.j.C.de here.inſtit.p Iac.bu.et Bal.ī aut.item nulla cōitas.de epiſc.ꝛ cle.et lꝫ cōiter

## Ad inſtruendum.

In cauſa ſuſpecti poſſūt torqueri ſerui pupilli.h.d.Ibi iudicātis:in cauſa ſuſpecti et rationis reddende ſm Iac.de are.

## Tutor.

Sequēs adminiſtrator nomina facta a p̄mo nō tenetur recipere ſuo periculo.h.d.¶Op.de.l.cum queritur.ſ.e.Sol.dicunt quidā aliud in tutore vt hic:aliud in curatore vt ibi.Ego neſcio quid ſit hoc dicere.Dic ergo ſi tutor vult aſſignare

cōcludatur ꝙ bāniti noſtri tp̄is nō perdāt patriam poteſtatē tñ Bal.in.l.j.de here.inſti.ꝛ ibi etiā Pau.de ca.ꝛ imo.in.l.ex facto.§.ex facto.ad treb.ꝛ Bal.in.l.iij.in pe.vel vlt.col.C.ſi pē.app.mors interue.ꝛ imo.poſt Ray.ꝛ Bal.in.d.l.j.de here.inſti.dicūt ꝙ talis bānitus ꝑdit ea q̄ ſunt ciuiū romanoꝝ quo ad ipſam ciuitatē.vide q̄ dixi in.l.ſi cū dotē.§.ſi pr̄.ſo.ma.vbi limitaui cōem opi.adde ꝙ abb.ꝯſi.ciij.cōſuluit ī terminis q̄đ ſi bāniti ex forma ſtatuti poſſint occidi perdūt patriā poteſtatē.j.volu.cōſi.eius.

c ¶Tutorib⁹.§.principalibus ſalarium.an tutori cōſtituatur ſalarium.adde Bar.in.l.j.§.j.ſ.man.

d ¶Principalibus.Sed glo.d.l.in eos.ꝛ.l.j.§ pe.ff.man.dicit q̄đ officiū tutoris dꝫ eſſe gratuituꝫ.Bar.ibi limitat illam gl.niſi interceſſiſſet autoritas iudicis vt hic Bal.ꝛ in.d.l.in eos.idem ſequitur et dicit q̄đ hoc tenuit Iac.de are.Old.ꝛ And.de piſ.in.l.j.§.ſi pupilli.ff.de tu.ꝛ rat.diſt.Et dicit hic Nico.de neapo.ſolutam queſtionem de qua vidit ſepe dubitari an tutor dꝫ habere expenſas de bonis pupilli.et dicit ꝙ non niſi iudex ex cauſa ſibi ſalarium conſtituat:q̄đ poteſt.ꝛ illud firmauit in.d.l.in eos ꝛ ſubdit ibi q̄đ ſcđm cōſtitutiones regni apulie minores habentes feuda debent habere bayllum qui debet habere ſalarium ab illis minoribus.et ex predictis decidit aliam queſtionē:capitulum ſede vacāte elegit economum ꝛ cōſtituit ſibi ſalarium an ille poſſit percipere tale ſalarium licite.et dicit q̄đ aut ipſe petit et licite habere non poteſt.aut capitulum motu proprio conſtituit:et poteſt in.d.§.ſi pupillus.dicit duo videlicet ꝙ ſi tutor accuſatur tanq̄ ſuſpectus ꝛ ipſe defendit ſe et finaliter obtinet q̄đ omnes expēſas quas fecit in lite poteſt recuperare a pupillo et ſibi ſatiſfieri de bonis pupilli quod eſt mirabile et aliud quod dicit ibi et quid in ſyndico an poſſit cōſtitui ſibi ſalarium dic ꝙ ſic.c.j.de ſyndi.et vide ibi docto.And.barba.

[c] ¶ Remotus abſq̃ dolo nõ eſt infamis.ꝛ ſi in ſententia cauſa non exprimatur non in= telligitur ex cauſa: famoſa damnatus ſeu remotus.h.d. ¶ No.cauſam † debe re inſeri in ſentẽtia.ſi tamẽ nõ inſeratur nõ vitiatur. de quo p Dy.in.l.qui rome.§.duo fratres.j.de ver. obliga.per Cy.in.l.properandum.§.illo.C.de iudi. per canoniſtas extra de re iudi.c.ſicut. ¶ No.† qḋ 2 in dubio non intelligitur cauſa famoſa. ¶ Oppoñ. ſententia debet referri ad acta: vt.l.fi.C.de ſenten. que ſine cer.quanti.et de except.rei iudica.lege ſi ex teſtamento.et.l.ſi quis ad exhi.ꝛ ibi not. Gloſ.dicit diſtinguendum.† aut obijcitur culpa tantũ:et obti= net quod dicitur hic.aut obijcitur dolus tantum.et ob illam cauſam videatur remotus: vt in cõtrario: aut obijcitur culpa ꝛ dolus.et hunc caſum non po= ſuit gloſ. Et tunc etiam videtur remotus ob culpã: vt not.in lege ſi quis ad exhiben.facit.l.ſi preſes.et lex interpretatione.j.de pen.ſi autem nulla cauſa exprimebatur in libello:tunc etiam procedit hoc di ctum glo.[d] vt intelligatur remotus ob culpam tan d tum quod not. ¶ Quero ergo quomodo poteſt eſ= ſe quod nulla cauſa exprimeretur.cuȝ accuſatio de= beat ſolenniter proponi:vt ſupra eodem.l.prima.§. primo.vel dicas quod hic procedebatur per inqui= ſitionem.vt ibi dixi.vel ſi dicas quod per accuſatio nem:tamen non eſt neceſſe quod exprimatur cauſa quando dolus non obijcitur:habet enim † ſimilitu= 4 dinem cum iudicijs vniuerſalibus. Et ſic ſufficit di= cere dico quod male et non diligenter adminiſtra= uerit negotia.vt hac.l.ſicut ſufficit dicere in actio= ne tutele:peto quod reddas rationem adminiſtra= tionis tue tutele.

1 ☞ Sententie verba debent intelligi vt referãtur ad petitionem.

## Si pretor.

Idem eſt prohibere gerere ꝛ re= mouere.hoc dicit. ¶ Oppo.ſ̃. de adminiſtratio.tuto.l.iij.§.fina.et quod no.ſ̃.tit. ij.l.iiij. Solu.gloſ.ꝛ bene.hic prohibuit eum gerere qui accuſabatur vt ſuſpectus:ibi erat cõtentio quis 1 deberet adminiſtrare:et ſic not.† qḋ verba ſenten= tie debent intelligi quantum poſſunt vt referantur ad petitionem.

1 ☞ Quis cogitur per iudicem adminiſtrare vt ſi male gerat facilius remoueatur.

## Qui nihil.

e [e] ¶ Oppo.C.eo.l.ij.ꝛ.l.tertia. Solut.tutor qui nil geſſit:aut fecit contumaciter et iuſſus a pretore poteſt remoue a ti vt in contrarijs.et de adminiſtr.tuto.l.fina.in prin cip.aut non contumaciter.et tunc aut ſcienter et do= loſe et poteſt remoueri vt ſuſpectus.vt in contrarijs b aliter ſecus.vt hic et ideo † cogitur aliquis admini= 1 ſtrare per iudicẽ vt facilius ſi male gerat poſſit re= moueri:vt lege prima.in princi.ſupra de admi.tu.et g per Cy.in.l.ij.C.eo.



## Suſpectus.

Satiſdatio non impedit quin tutor ſi h male gerat poſſit remoueri vt ſuſpect⁹ hoc dicit.

1 ☞ Si aliquis debȝ aliquid facere ex l.diſpoſitione conſilio alterius:illud neceſſario req= ri et ſequi debet.

## Impuberibus.

Adulti poſ= ſunt accuſa= re tutorem de ſuſpecto cum conſilio cõ ſanguineorum ſecus in pupillo. hoc di= a cit. ¶ Not.quando[a] aliquis † debet fa= 1 cere aliquid cum conſilio alterius ex diſpoſitione le gis debet illud requiri et ſequi.vt hic.et inſtit.eo.§. impuberibus.quod intellige vt dixi in repetitione l.j.§.ſi plures.ſ̃.de exerci.

1 ☞ Lata culpa non equiparatur dolo ad infaman= dum ſed remouendum.

## Si fraus.

1 Tutor poteſt remoueri propter la tam culpam.hoc dicit. ¶ † No.qḋ lata culpa equiparatur dolo quod intellige q̃tũ ad remouendum non q̃tum ad infamandum dixi.ſ̃.e. l.iij.§.finali.

1 ☞ Fuga an faciat quem ſuſpectum.

## Preterea.

Ex ſola cõtumacia quis ſuſpect⁹ efficitur:et vt ſuſpectus remoueri poteſt.hoc dicit. In tex.ibi careant ſcilicet ſuarũ re= rum detentatione.que transferunt in pupillũ. vt.j.ſe b quitur. ¶ Not.quod propter[b] fugam[c] quis efficitur c ſuſpectus † et iſta ſuſpicio ſufficit ad condemnatio= 1 nem quod eſt verum hoc caſu vbi ipſa ſuſpicio habe tur pro delicto ſimile quando fuga ipſa habetur pro 1 delicto.vt.C.de deſerto.l.prima.li.xij.alias ſecus fa= cit ad predicta.C.de omi agro deſerto.l.locorum.li. 2 xj.et in aut.de exhiben.reis.§.ſi vero etiam quidã. collatione quinta.et ibi per Iacobum de bel.in.l.in bonefidei.C.de iureiuran.et ibi per Guil.et Cyn.et j.ad ſilleia.l.lex cornelia.§.j.et ibi dixi.

1 ☞ Tutor contumax poteſt remoueri ordine infra d ſcripto.

## Item ſi quis.

Cadit ſub precedenti ſum= mario. ¶ Oppo.dicitur hic quod raro imo frequenter.vt ſupra eodem.l.j.in prin e cipio. Solu.dicit Dyn.poſtulatio ſuſpecti frequens eſt vt ibi:ſed quod hoc modo remoueatur iſtud ſit d perraro.ita loquitur hic. ¶ Vltimo no.[d] iſtam legẽ 1 quod quando tutor † eſt contumax et non comparet f e poteſt remoueri:ordo autem remotionis erit[e] quod poſt contumaciam iudex inquirat an ipſe latitet:et g propter hoc eum remoueat.erit ergo neceſſaria no= ua citatio poſt contumaciam primam.ꝛ ideo Iaco. h f de areti.exponit ſic diligenter habita inquiſitione[f] ſuper hoc an latitet an abſens ſit:puto etiam quod in ipſis citationibus primis poteſt iudex commina ri[g] quod ſi nõ compareat ipſum remo uebit tanq̃ ſuſpectum.ꝛ tunc quia ad hoc videtur eſſe citatus non requiri= tur noua citatio.[h] argu.ſ̃.de iud.l.ad peremptorium.cum.l.ſequen.et.l.nõ= nunq̃.ꝛ ſupra de admini.tuto.l.tutor qui.§.idem ſolent.facit quomodo et quando iudex.l.conſentaneum.et eo= dem modo intelligo quod not.ſupra eo.l.iij.§.preterea.ꝛ ſic quando iudex incidenter competit tutorem fraudu= lenter adminiſtrare anteq̃ remoueat eum ſuper hoc debet citari.ad hoc vt c poſſit facere ſuas defenſiões hoc eñ debet fieri cauſa cognita vt hic not.p gl.et ſic debet intelligi quod no.p gl. C.de admini.tuto.l.fi.in prin.

1 ☞ Qualiter debeat conuinci ille q̇ per aliquem nuntium miſit pecuniam que eſt deperdita vel ad debitum fi= nem non peruenit.

## Suſpectum.

Suſpe ctus tu tor dicitur ex moribus nõ ex diuitiarum defectu.h.dicit.

1 ¶ † Not.bene hanc legem:quia facit ad multa maxime quãdo queritur an alicui imputetur quod confidit de ali quo miſſo per eum mittendo pecuniã vel aliam rem.non enim ex hoc ſolo poteſt conuinci quod ille pauper erat ſed ex moribus precedẽtibus hoc de bet perpendi.

Tutor ſuſpectus quando ſit remouẽ= 1 dus vel ei dandus curator.

Libellus ſuper accuſatione ſuſpecti 2 quomodo formari poſſit.

¶ Impuberibus.no.qñ.et vide iſtum tex.no.alleg. per do.Anto.in.c.cũ olim.de arbit.de quo vide que dixi in.l.ſi conuenerit de re iudi.

b ¶ No.ꝙ propter fugã. Et vide Bar.in.l.labeo.al's j.§.labeo.et de edil.edic.et.l.conſiliarios.C.de.offi. aſſeſ.et in auť.de co. §.neceſſitate.et ſalic. in repe.l. admonen= di.ꝛ ibi lu. de iureiur. et qḋ not. l.lex corne lia j.ad ſil leia. And. Barba.

c ¶ Prete= rea.ꝑpter fuga. No. ꝙ fuga fa= cit quẽ ſu= ſpectũ.de quo vide j.de q̃ſtio. in.l.fi.ꝛ ibi bar.et do cto.in.l.fi. C.de rap. vir.bart.in l.lex.cor.j. ad ſille.et ibi ſcripſi et Barto. in.l.j.de re. eo.et ibi habetur ꝙ fuga poſt accuſatio= nem nõ fa cit reuȝ ſu= ſpectũ.

ADDE Bal.cõſil. ccxxx.j.vol.et Old.conſil.lxv.

d ¶ Vltimo not.et qḋ intellige qñ perſeuerat cõtuma cia.vide Bal.in.l.preſes.C.eo.in ver.perſeuerat.ꝛ vi de tex.ſingu.ſm Bar.in.l.ceſſante.C.quomodo ꝛ qñ iudex.Andre.Barba.

e ¶ Item ſi quis remotionis erit.no.modũ remouẽ= di ſuſpectum. Adde Bart.in.l.eum qui res.C.de p= cu.et vide de hoc Bart.in.l.j.in fi.prin.ff.ſi quis ius di.et que ibi dixi.

f ¶ Habita inquiſitione.ꝛ vide in lege.iij.§.ſi ad diẽ. de re mili.et ibi dixi.

g ¶ Cõminari.hoc in ſili voluit imo i.l.ſi finita.§.iul' dedã.infec.lȝ nõ faciat mentionẽ de Bar.hic.

h ¶ Noua citatio.et hec que dicit Bart.hic limitant ea que not.ipſe in.l.iij.§.ſi ad diẽ.de re mili.pro qua limitatione eſt tex.in.c.ij.et ibi no.Ioã.and.et Ant. de but.extra de teſt.co gen.

a ¶Si tutoꝛ. Bal. facit iſtā. l. ſingu. in. l. ſi. arbit. tu. et
oīno ibi vide et hic in gloſſ. qd in pꝛelato vel epō. et
quidā obſeruant canones et qd qñ cōfert beneficiū
indigno. vide Cardi. in clemē. j. de eta. et quali.
b ~And. Poma. ¶Si quidē. Uide aret. inſti. eo. in
pri. ⁊ imo.
cōſi. lxviij.
in. ij. colū.
c ¶Decre-
to diſtin-
guit. Et
ad iſtū tex
tum. vide
Bart. in. l.
iuſiurādū
qꝺ ex con-
uētione. §.
ſi. in. iij. co.
de iureiur.
d ¶Poſt ſi
nitā. Et vi
de gloſſ. in
c. per tuas
el. j. de ſi-
mo. ad qꝺ
alle. iſtum
tex. And.
barba.
~Andreas
Pomate.
d ¶Poſt ſi
nitā. adde
qꝺ non eſt
opꝰ qꝺ iu-
dex ferat
ſentētiā: vt
p docto. l.
poſtq̄ꝫ liti
C. de pact.
niſi pꝛius
pateret vt
per gloſ. l.
qui fundū.
§. finali. ff.
de vi et vi
armata vł
niſi iudex
ignoꝛaret
cām finitā:
vt per bal.
c. dudum.
el. ij. de ele
ctio.

1 Tutoꝛi de ſuſpecto accuſato quando
ſit ei interdicenda adminiſtratio.
2 Pꝛocuratoꝛ in cauſa ſuſpecti tutoꝛis quando interue
nire poſſit.
3 Quis ex eodem facto conſequitur pꝛemiū ⁊ penā.

SI tutoꝛ. [a]Si tutoꝛ conuictus
per remotionē infirma-
retur melius eſt ſibi cu-
ratoꝛem adiungi. hoc d.
¶Oppo. ſ. eo. l. j. §. oſtendimus vbi
legitimus remouetur. Gl. dicit quod
iſtud eſt conſilium non pꝛeceptum. et
hanc ſol. appꝛobat in lege contraria.
alio modo ſoluit † vt diſtinguatur: an
remouendus ſit pꝛopter dolum ⁊ tūc
cum de hoc infamaretur non remo-
ueatur vt hic: aut pꝛopter culpam: et
tunc quia ex hoc nō infamatur poteſt
remoueri vt in contrario et iſtam tenꝫ
Dy. puto ſic dicendum ſi quidem re-
mouendus eſt pꝛopter culpam poteſt
remoueri vt dictum eſt. ſi pꝛopter do-
lum tunc ſtat in arbitrio iudicis quia
ſi quidem reperit dolum et fraudem
commiſſum in magna re debet eum
remouere ſi vero eſſet modicus dolꝰ
vel circa modicam rem tunc debet cu
ratoꝛ ei adiungi vt hic: et ſupꝛa eodeꝫ
l. iij. §. tutoꝛ qui ad alimēta. et infra de
penis. l. reſpiciendum. §. furta dome-
ſtica. hoc em̄ an remoueri debeat ar-
bitrio iudicis ponitur ſupꝛa eodem. l.
tertia. §. tutoꝛ ſi inimicus. pꝛo hoc fa-
cit. j. titulo pꝛimo. l. pꝛopter litem. vbi
diſtinguitur an ſit lis magna vel par-
ua que eſt inter tutoꝛem et pupillum.
et ideo quando foꝛmatꝰ libellus ſuper
accuſatione ſuſpecti contra aliquē tu-
toꝛem conſanguineū pupilli. ſi quidē[b]
quis velit eū redarguere de culpa vł
negligentia tantum: ſecure concludat
quod petit eū remoueri: ſi vero illi tu-
toꝛi dolum impingeret puto pꝛocede
re. ſi ſic cōcluderet peto eum remoue-
ri vel curatoꝛē adiungi ſecundum qꝺ
iudici videbitꝰ. ¶Quero an huic † tu-
toꝛi cōſanguineo ſtatim cum poſtula-
tur ſuſpectus debeat interdici admi-
niſtratio. et videtur quod ſic. vt. C. eo.
l. eum quem. inſtit. eo. §. ſi quis auteꝫ.
j. de ſol. l. quod ſi foꝛte. §. j. ſed illas. ll.
intelligo in tutoꝛe qui venit remouen
dus tunc enim pendente lite interdi-
citur adminiſtratio: ſecus ſi remouen
dus non venit vt not. extra de offi. de
leg. c. venerabili. dixi in. d. l. qꝺ ſi foꝛte
§. j. j. de ſolu.
☞Suſpectus tutoꝛ dicitur a die po
ſtulationis et ei per iudicē interdicitꝰ adminiſtratio.
An talis interdictio fiat a die mote litis.

DEcreto. Poſt remotionem non
ſpectat ad tutoꝛem pe-
riculum tutele. hoc dicit. hic loquitur
poſtq̄ꝫ quis eſt remotus. Glo. videtur
intelligere quod a die qua poſtulatus
eſt † quis ſuſpectus: tunc ei interdicitur adminiſtra-
tio: vt inſtit. eodem. §. ſi quis autem. quod intellige
fieri per iudicem: vt ibi et. l. eum quem. C. eod. quod
quando fiat dixi. ſupꝛa eodem. l. pꝛoxi. ¶Not. tamē
iſtam glo. diligenter que innuit talem interdictionē
fieri ab initio mote litis non expectata conteſtatio-
ne ſuper cauſa ſuſpecti dum dicit ex eo ex quo cepit
cauſa ſuſpecti moueri. ¶Querit † glo. vtrum in cau
ſa ſuſpecti poſſit interuenire pꝛocuratoꝛ. Et reſpon-
de quod ſic licet regula ſit quod in publicis iudicijs
non interueniat pꝛocuratoꝛ. Tu dicas quod ſi qui-
dem pꝛocuratoꝛ interuenit ex parte rei aut accuſatio
fiebat ad remouendum tantum. et tunc eſt cauſa ci-
uilis merito poteſt interuenire pꝛocuratoꝛ. vt. l. non
ſolum. §. finali. ſupꝛa de pꝛocurat. Si vero ageretur
non ſolum ad remouendum ſed etiam ad puniēdū:
et tunc aduerte an imponatur pena relegationis vł
minoꝛ. et ſic poterit interuenire pꝛocuratoꝛ vel non:
vt. l. ſeruum quoqꝫ. §. publice. ſupꝛa de pꝛocurato. et
l. penulti. §. ad crimen. infra de publi. iudi. Si vero
loquitur ex parte accuſatoꝛis tunc non poteſt inter-
uenire pꝛocuratoꝛ. niſi agatur ciuiliter ſecundum qꝺ
dicitur in actionibus popularibꝰ. vt. l. licet. ſupꝛa de
pꝛocura. quod autem glo. dicit hic quod iſtud ſit pu
blicum iudicium non eſt verum ſimpliciter. vt plene
examinaui in lege pꝛima. de public. iudi. ¶Ultimo
hec gloſſ. colligit not. quod † ex eodem facto quis cō
ſequitur penam et pꝛemium. remouetur enim a tute
la quod eſt pena. et conſequitur liberationem a pe-
riculo quod eſt pꝛemium. ¶Ad iſtud opponitur ſu
pꝛa de nego. geſt. l. ſiue hereditaria. Dyn. circa hoc
diſtinguit[c] hic quod ponit in. c. quod ob gratiam. ex
tra de reg. iur.

1 ☞Mulier agens in caſu. l. ſi cōſtante pꝛoſequitur
iudicium ceptum moꝛtuo marito abſqꝫ eo quod in
cipiat contra heredes cauſam.
2 Et an ſi pendente inquiſitione ſuperueniat accuſa-
tio debeat ſilere inquiſitio.

POſt finitam. [d]Finita cauſa
litis finitur in
ſtātia. hoc dicit. Iſtam. l. intelligo quā-
do accuſabatur ſolum ad remouendū.
ſecus ſi ad puniēdum: quia tunc rema-
net inſtantia pꝛopter penam. argu. l. vtiqꝫ. ſupꝛa de
rei vendi. et. C. ſi reus vel accuſatoꝛ moꝛtuus fuerit
l. ſi. et ſi pen. appellatione moꝛs interue. l. iij. Dy. in
ducit hanc. l. ad queſtionē. mulier cōſtante matrimo
nio cepit contra maritum: dicens eum vergere ad
inopiam: ante finitam litem finitum eſt matrimo-
nium. queritur an de nouo debeat cauſam incipe-
re contra heredes: an poſſit pꝛoſequi ſuper pꝛima



a ¶Uariatur qualitas. de qua materia vide que dixi
in. l. ſi conſtante. §. ſi bona. ſol. mat.
b ¶Ultimo Dyn. Et vide que dixi in. c. qualiter. el. ij
de accuſa. Andre. Barba.
c ¶Nihil. §. imperatoꝛ. ad intellectum huius tex. ⁊. l.
iuriſpitos.
§ impera-
toꝛ. de ex-
cuſa. tuto.
Aduerte
quia Bar.
in. l. lucius
ſ. de admi
niſtra. tut.
et in. l. ſi cū
dotem. §.
trāſgredia
mur. ſolu.
matrimo.
videtꝰ vel-
le qꝺ iſta
iura debe-
ant intelli-
gi qꝺ pa-
ter tenere-
tur conſen
tire ⁊ caue
re pꝛo filio
tutoꝛe da-
tiuo indi-
ſtincte ſecꝰ
ſi pꝛo teſta
mentario.
d. l. lucius.
quidam ta
men dice-
bant quod
imo etiam
nec in caſu
huiꝰ. l. pa-
ter teneа-
tur conſen
tire vel obligare ſed hic hoc erat pꝛopter fraudem
ſuam quod multum applaudit litere limita tamen
iſtum text. inquantum intelligitur pꝛout Bartol. in-
tellexit nam fallit niſi filius accepiſſet tutelam talis
viri quod redderet dedecus generi ſuo. arg. l. tertia.
§. emancipa. de contratabul. ⁊ hic quia tunc ceſſaret
ratio fraudis que erat hic in tex. ita videtur neceſſa
rio concludi per ea que not. Barto. hic. ⁊ in dicto. §.
tranſgrediamur. bene facit in argumen. l. nepos pꝛo
culo. de verboꝛum ſignificatione. Item poſſet limi-
tari ſecundo niſi iſte filius habuiſſet tantū et tot bo
na a patre quod ex illis bonis poſſet cauere pꝛo tute
la adminiſtrāda ne pater pꝛo filio duplici onere gra
uetur. argu. l. titia. §. qui in vita. de leg. ij. cum ſimili-
bus. ita videtur etiam neceſſe concludi debere per
no. per Barto. in dicto. §. tranſgrediamur. ⁊ tūc etiā
videtur ſatis ceſſare animus fraudandi. non obꝰ. qꝺ
tutela dicatur neceſſario matrimoniū autem et rece-
ptio dotis et conſequens dicatur voluntaria vt pꝛo-
batur in. l. qui liberos. in pꝛincipio. de ritu nuptia. qꝛ
ſicut etiam non debet eſſe pater impedimento ma-
trimonio: vt. d. l. qui liberos. qui eſſet ſi hec non face-
ret vt dicunt dicti docto. ita etiam non debet eſſe im
pedimento aſſumptioni tutele vt hic ꝙ pꝛocederet
etiam ſi pꝛimo contraxiſſet matrimonium poſtea pe
teretꝰ ꝙ pa
ter ſe obli-
garet quia
tunc etiam
volunta-
ria dicere-
tur perce-
ptio dotis
etiam poſt
matrimo-
nium cum
depēdeat
a cōtractu
ꝙ eſt volū
tatis a pn̄.
vt dicunt
docto. in ſi
mili. l. ſi cū
dotem. §.
pater. ſol.
matrimo.
ergo ⁊c. vl
timo caſu
videtur ob
ſtare. l. qui
liberos: qꝛ
pater tunc
nō eſſet im
pedimētū
matrimo-
nio cogi-
ta.
ADDE
ꝙ doct. cō
muniter in
l. ſi cum do
tem. §. trāſ
grediamur. ſoluto matrimonio. dicunt quod ſi filiꝰ
non poſſet matrimonium contrahere commode qꝺ
pater cogitur ſe obligare pꝛo dote reſtituenda alias
ſecus que ratio ceſſat in caſu pꝛopoſito. per dominum
Alexandrū tamē contrafaciat quia licet filia nubat
abſqꝫ dote poteſt tamen petere dotem a patre. vt
concludunt docto. in. l. pꝛima ſoluto matrimonio. et
Paulus de caſtro. conſilio. cxxxv. et tamen ceſſat ra-
tio quia dos datur vt facilius maritum inueniat.
Item contra facit quod conſuluit Paul. de caſtr. cō
ſilio. clxxvj. quod ſi filius qui habet patrem mente
captum nubat quod bona patris ſunt obligata licet
non conſenſerit videtur poſſe dici ꝙ ſi filius accepit
condignam ex quo de iure canonico in matrimonio
contrahen. non requiritur patris conſenſus quod eo
dem modo pater cogatur ſe obligare ſi aliter ſocer
non vult ſibi ſoluere dotem tamen quia idem eſt in
filia que nubit ſine conſenſu patris tunc quia nō ceſ-
ſat ratio impeditiua totaliter matrimonij. arg. not.
c. ceſſante. de appel.

inſtantia. ad iſtud videtur argu. C. de
rei vxo. act. l. j. §. videamus. ſ. de his
qui not. infa. l. ſeruus. ⁊ de iudi. l. tam
ex cōtractibus. In contrarium facit
l. iſta. ita dicit Dy. pꝛimū puto veriꝰ:
qꝛ actio de dote intentabatur in iſto
iudicio. vt. l. ſi cōſtante. in pꝛinc. ſ. ſol.
mat. actio ergo nō variatur per moꝛ-
tē ſuperuenientē: ſed variatur quali-
a tas. [a] nam in pꝛimo iudicio debebat
fieri condemnatio nō ad plenariam
reſtitutionē: cū dos deberet deſerui-
re oneribus matrimonij: vt. l. vbi. C.
de iur. dot. ſed in ſc̄do caſu agitur ad
reſtitutionē plenariā: ergo agitur ex
eiſdem actis vt. ſ. de noxali. l. in deli-
b ctis. §. ſi detracta. ¶Ultimo Dyn.[b]
2 inducit in arg. ad aliā † q. ſi pendente
inquiſitiōe ſuperueniat accuſatio. an
debeat ſilere inquiſitio de quo p eun
dem in. c. actū legitime. extra de reg.
iur. lib. vj. et in. l. ſi maritus. §. j. j. de
adulte. et per Cyn. in. l. ea quidem. C.
de accu.

NIhil. A ſeruis pupilli
poteſt inquiri et
inueſtigare de fraude tuto
ris. h. d. hanc. l. intelligit gl.
iudice pꝛincipaliter inquirēte de frau
dibus tutoꝛis: vt not. in. l. iij. §. pꝛeter
ea. ſ. eodem.

c Imperatoꝛ. [c]Pater cogitꝰ
ſe obligare pꝛo
filio tutoꝛe ſi eſt neceſſe. h. d. iſte. §.
quē tene mēti. Quidā nō habent hic
iſtum. §. ſed in. l. ſi quis inter tres. §.
imperatoꝛ. j. titu. j. ſed cōmuniter ha-
betur hic.

¶De excuſatio. tuto. Rubica.

HErēnius. Que-
rit gl.
quid de marito ⁊ vxoꝛe.
Gloſſ. dicit quod ipſo iu
re non tenetur. ¶Con-
tra hoc oppo. de. l. maritus. C. de pꝛo
curato. Solu. vt in gloſ. quia aliud in
pꝛocuratoꝛe. ratio diuerſitatis poni-
tur in. l. maritus. C. qui da. tu. poſſ. illa
ratio non eſt vera: quia eadem ratio
eſſet in pꝛocuratoꝛe. Dic ergo qꝺ ra-
tio magis eſt in pꝛocuratoꝛe: quia ci-
tius finitur ex voluntate vxoꝛis. Iſtā
rationem reddit ibi Odoffre. quam
hic ſequitur Dynus et Specu. in tit.
de pꝛocurato. et ibi tangitur vna bo-
na queſtio. licet breuiter pertranſeāt.
an poſſit maritus eſſe pꝛocuratoꝛ ad
litem. hoc anno ſolui.

EXcuſantur. Ui-
des
ergo quod debent eſſe
liberi tempoꝛe excuſa-
tionis. Contra hoc vi-
detur. l. bello amiſſi. j. codē. ad quod
dico ꝙ ſufficit ſiue ſint viui: ſiue viui
fingantur: de quo dic vt in gloſ. Dicitꝰ
hic quod pꝛobatur inſtrumentum:
nunquid per teſtes. gloſſ. dicit quod

a ~Andre. Poma. ¶ Ad vtilem vide Alex. l. ſi cū dotem. §. ſi maritus in. iij. colum. ⁊ ſeq. ff. ſol. mat.
b ¶ Ponit iſtam queſtionem. Uide que dixi in. l. ſciē dum. §. poſſeſſor. qui ſatiſd. in. c. decet. in additio. de regulis iuris. in. vj. ⁊ Bald. in. l. j. C. ſi aduer. delib. et vide Ang. in. l. minoribus. de his quib⁹ vt indig. et vide Pet. et Cyn. et Bald. in. l. generalis. C. de epiſcopis et clericis. in queſtione illa an ceſſante cauſa ⁊c. vide plene q̄ dixi in. l. ſi cum dotē. §. ſi maritus. ſoluto matrimonio. ſed puto Barto. bene dicere per. l. cura. §. defici. de muneribus ⁊ hono. ⁊ per. l. is oneribus. §. pen. de vac. mune.

c ſic. Ad hanc gloſſam adde quod no. in. l. ij. de ſer. et no. in. l. cum circa. C. ſi minor ſe maio. dixerit. ⁊ videtur text. in. l. omnes. C. de his qui veniam eta. impetra.

1 ☞ Priuilegium conceſſum ob numerum filiorum an ceſſet ſi aliqui filij moriantur.

**Non ſolum.** Tu habes hic coniuncto. §. pxi. quod numer⁹ liberorum debet eſſe tempore quo creatur: licet filij moriantur poſtea: vel pendente excuſatione. ⁊ † ideo text. iſte facit ad vtilē[a] q. ſcitis quod numerus liberorum excuſat a muneribus patrimonialib⁹. modo impoſita eſt collecta. ⁊ poſtea filij moriuntur. videtur hic tex. quod nihilominus excuſatur. tamen reſpōderi poteſt ad hunc textum. quod tutela eſt onus indiuiſibile ſed on⁹ patrimoniale eſt diuiſibile. et ideo ſi tēpore collecte ſecundo impoſite nō re

c ¶ Diximus. iſtū tex. cum ſua glo. no. Alleg. Bar. in. l. admonendi. in antepe. col. de iureiur.
d ~Andre. Poma. ¶ Sunt. vide Alexan. in. l. quidam conſulebat. in. ij. colum. ff. de re iu. Roma. ſing. dccxcj. et quid operetur clauſula ex certa ſciētia. Feli. cum inter. de excu. ⁊ ca. nonnulli. in. iiij. fallen. Per. regulariter de reſcr. ⁊ in eo. ca. §. ſunt et alij. verſi. fallit. vij. ⁊ in. c. ad audientiam. verſi. fallit. j. eodem tit. vide gloſſ. inſtit. de vulga. ſubſti. vbi Ange. et doct. vide Feli. c. treugas. de treu. ⁊ pa. Feli. in trac. fallētiarum in. j. fallen. in fi. primi volu.
e ¶ Idem vlpianus. §. ſunt ⁊ alij ſciētia principis. Et not. quod Paul. de caſtro neſcio ſi eſt in. l. centurio. de vulga. et pupilla. aut in. l. quamquam. aut in. l. in teſtamento. C. de teſtamen. dicit quod princeps in dubio nunq̄ videtur vti ſuprema poteſtate ſed iure communi. et ita dicit velle Bald. in. l. bonorum. C. qui admit. vbi alleg. not. per Joannem andream. in. c. dudum. de deci. idem in terminis tenuit Innoc. in. c. innotuit. de elec. idem Ang. in. l. bñ a zenone. de quadri. preſcrip. et idem etiam not. Bald. in. l. fina. in principio. C. de fru. et lit. expen. per. d. l. quamquam. vbi etiam dicit quod priuilegium principis debet interpretari ſecundum ius commune nō de iure ſpeciali. idem etiam voluit Baldus in. c. primo. §. item ſacramenta. de pac. iura. fir. ſubdit etiam Bartol. et Bald. in. l. teſtamentum. C. de teſta. quod papa non videtur velle facere contra ius commune niſi appo nat clauſulā non obſtante lege ⁊c. Et ita clare quod

periantur filij non excuſantur. Joan. andre. ponit iſtam queſtio.[b] valde late in. c. decet conceſſum. de regu. iur. lib. vj.

**Amplius.** Hic dicitur quod tunc habet locum quando minores non exceſſerunt minorem etatem. dic vt infra ſex menſes.

**D Iximus.** [c] Nota bene iſtam legem q̄ notabilis eſt et menti tenēda.

**T Ria onera.** Querit gloſ. nunquid ſit ſeruādus ordo executionis inter gerentem et patrem. Et gl. videtur remittere. Iſta glo. non declarat. et ideo dic vt not. in. l. j. de filiofa. minori. ⁊ quādo pater pro eo teneatur. Jacob. de are. ⁊ que ſit ratio hic dixi tibi iam hoc anno.

**S Iduas.** No. iſtud principium pro alijs officialib⁹ vide glo. que incipit ſi ordo. in fi. quam not. quid in alijs officialibus incompatibilibus. Dy. remittit ad id qđ no. in. l. ciues ⁊ incole. C. de inco. lib. x. Tu adde ad illam. l. j. quemadmodum ciuilia munera inducantur. eo. lib.

**S Ed et reprobari.** Tu vides hic q̄ ciuitates poſſunt concedere immunitates et conceſſas auferre.

1 ☞ Procurator licet infamis non repellitur.
2 Inimicitia eſt cauſa excuſationis tutoris.
3 Tutor excuſatur quando fit queſtio de ſtatu vel de bonis.

**A Thlete.** Facit quod not. in. l. fulcinius. §. quid ſit latitare. ex quibus cauſis in poſſeſ. eatur. ⁊ hic adde ad gloſ. que incipit. latina eſt hec l. vide gloſſ. in fin. que 1 † concludit quod ſicut procurator non repellitur licet infamis ſit. idez in tutore. hoc probat text. in. l. prima. §. ſed eſt equiſſimum. de poſtu. hoc etiam no. in. l. j. C. de infa. lib. x. vbi etiam allegatur iſte text. Item habes hic 2 † quod inimicitia eſt cauſa excuſationis niſi preceſſerit teſtamentum: quia inducitur quedam preſumptio contraria. ¶ Ultimo not. hic 3 † quod ſi fit queſtio de ſtatu vel de bonis tunc excuſatur. dic verum ſi calūnioſe non fiat. vide quod no. inſtit. in. §. ſi vero odioſus. in corpore. de teſti.

**Sed ſi ignauia.** Tu vides hic quod reſpectu pene remittuntur iniurie: ad quod facit quod habetur in. l. decreto. ſupra de ſuſpectis tuto. et quod nota. Dynus in capitulo quod ob gratiam. extra de regulis iuris. libro ſexto.

**N On ſolum.** Inducit Jacob. de are. quod ſi nuntijs ſoluitur pro numero miliariorū: quod ſi non fecerint rectam viam non debet eis pro toto via ſolui. h. d.

l **Idem vlpianus.**

d **Sunt.** [d] Uides hic quod tantum valet certa ſcientia principis [e] quantum ſuper illo



appareat de eius mente quod intendat vti ſuprema voluntate. et ita dicit debere intelligi. quod legitur et not. in clemen. quia contingit. in verſicu. apoſtolice ſedis. el. j. de relig. domi. bene facit. l. ſi quando. in prin. C. de inoffi. teſtamen. et preſumitur etiam principem voluiſſe vti ſuprema voluntate vbicunq̄ in actu ſuo inſerta eſt clauſula ex certa ſcientia vt eſt gl. no. in c. ad hoc. de reſcript. et clemen. ij. in gloſſ. finali. eodē titulo. ⁊ eſt gloſſ. in. c. quod ī aliquo. lxxj. diſti. in gl. iij. et alia gloſſ. eſt in c. preſenti. liiij. diſtin. et de hoc vid Innocen. ⁊ Hoſtien. in. c. veniens. d fil. preſby. et videtur etiam glo. in. l. eos in princip. in verſicu. deciſam. quam ibi expreſſe ponderat Bald. C. de appellationibus. et probatur in. l. quidam conſulebant. in fine. et ibi hoc not. Bar. de re iudica. ſecundum intellectum communem. ad quod vide no. per glo. magnam. et doct. in. l. ſecunda. ſi contra ius vel vtili. publi. per Bartol. in extrauagan. ad reprimen. in verſicu. non obſtantibus. per Bald. in. l. fina. C. ſenten. reſcindi non poſ. predicta limita ſecundum Paulum de caſtro. in lege ex imperfecto. C. de teſtamen. per gloſſ. in verſicu. imperij. videlicet quid etiā ſi nulla clauſula ex predictis apponatur tamen ſi act⁹ ſit talis q̄ valere nō poſſit ex potentia ordinaria. Et hoc ſciat princeps ſcilicet quod non poteſt valere niſi ex plenitudine poteſtatis quia tūc videbitur in dubio voluiſſe vti plenitudine poteſtatis vt actus valeat adducit in ſimili textum. in. l. ij. j. de teſtamē. mili. idem voluit Pau. de caſtro. in. l. princeps. ff. de legi. per text. in. l. penulti. C. de dona. inter virum. dū a tex. dicit quod illa donatio valet et tamen non apparet quod fuit adiecta aliqua ex predictis clauſulis. ⁊ ibi illud imperator preſumitur ſciuiſſe quia oīa iu b ra habere dicitur in ſcrinio pectoris ſui iuribus vulgaribus et hoc puto verum q̄q̄ Bald. in dicto capitu. primo. §. item ſacramenta. dixerit quod ſi teſtator donat filio niſi dicat regia poteſtate non valet vt ibi allega. l. bonorum. C. qui admit. reſpondeo quod dicta lex bonorum. non probat eius dictum bene cū dicit ille tex. quod ſufficit quod iudex ſciat defectum tutoris pro quo bene facit. l. iſta. et dicta lex quidam conſulebant. de re iudica. ſto igitur cum domi. Pau. de caſtro. qui etiam idem tenuit in conſilio. cclxxx. incipien. in facto predicto non intendo. et de hoc vide etiā fulgo. in dicta lege ex īperfecto. qui videtur tenere cōtra pau. et nil boni allegat. ad de tamen quod dictum Bal. ī dicto paragrapho item ſacramenta fuit originale. Oldra. in ſuis conſi. prout refert Rom. et ſequitur in autenti. ex teſtamēto. in tertia columna de collatio. et de clauſula ex certa ſcientia vltra predicta: vide Angelum in lege ſi conſtat. de appellatio. et que dixi ibi vide Jmol. et Innocē. in capitu. innotuit. de electio. et dominum Abbatem in capitulo ad hoc. de reſcript. vbi dicitur quod papa non poteſt vti plenitudine poteſtatis niſi ex cauſa. et ibi etiam quid ſi non conſtet de certa ſcientia. Et etiam tangitur an papa poſſit committere ex certa ſcientia cauſam ſuſpecto ſine poteſtate recuſandi: et vide de hac clauſula et alijs late dominum Abbatem in capitulo nonnulli. de reſcriptio. in fine. iij. columne.
¶ ADDE de clauſula ex certa ſcientia de plenitudine poteſtatis. Baldum conſilio. ccxcv. iij. volumine. et vide eundem Baldum conſilio xv. ſecūdo volumine. vbi refert Hoſtien. dicere quod princeps peccat vtendo ſuprema poteſtate in preiudicium alterius. et per Abbatem conſi. xxiiij. j. libro.
¶ Scire oportet. §. ſufficit. tangit. in titu. vide Barto. et docto. in dicto paragrapho quod dicimus. qui eſt. §. fi. l. ij. ff. ſi quis cau.
¶ Oportet. Iſtum. §. allegat Bartol. ſingu. in. l. j. in xj. queſtio. de iuriſ. om. iudi.
~Andreas Pomate. ¶ Oportet. vide Jmol. conſilio. cxij. in. v. colum. verſi. quod exceptionem poteſt opponi Lanfran. in repe. c. quoniam contra falſam. in. v. col. de proba.

actu diſpenſatio eius: facit. l. quidam conſulebat. §. finali. de re iudi. Ultramonta. faciunt de hoc magnum feſtū in. l. fi. C. ſi cōtra ius vel vti. public. ad quod etiā facit. l. bonorum. C. qui admi. ad bono. poſ.

s **Scire oportet.**

**Sufficit.** Ibi: iuſtitia ſubaudit Jaco. de are. ſ. iuramento. ſeu ſecundum quod habeo ſcriptum ipſe intelligit etiā ſi non fuit 2 iuratum. quod etiam tenet Guli. in. l. ij. §. finali. ſ. ſi quis cau. Specula. etiā tangit in titu.[a] de appellationibus. §. nunc breuiter. verſicu. quid ergo. et vide per archi. in. c. j. extra de dolo ⁊ cōtuma. lib. vj. ego allego text. iuris canonici quem ipſi non allegant in. c. q̄a propter. extra de elec. in fine.

1 ☞ An examinatio teſtiū poſſit cōmitti per iudicem coram quo queſtio vertitur.
2 Et an exceptio ſit ī ſcriptis redigēda.

b **Oportet.** [b] Ad glo. no. tria. ſm hoc ergo videtur qđ 1 examinatio teſtium † poſſet committi per iudicem corā quo cauſa vertitur. vt alius teſtes examinet. licet in cauſa criminali ſecus. vt in corpore de teſti. §. quia vero et in. §. illud. in auten. vt defun. ſeu fune. Et tamen aduertēdum ad id quod gloſſ. hic dicit. quod fit apud alium nō coram iudice: quod videtur contra auten. apud. C. de fide inſtru. intellige ergo quod fit non coram iudice: ſubaudi illius ciuitatis: licet fit coram iudice: ſcilicet alio: cui ille iudex commiſit. ¶ Secundo facit 2 argu. † ad. q. quod exceptio poteſt opponi in ſcriptis: et ſine cauſa: cum excuſatio ſit quedam exceptio: et quod hoc ſit verum tenet Odofre. et Cyn. in auten. hanc autem. C. de non nume. pecu. Eſt aduertendum quod de neceſſitate oportet apud acta in ſcriptis redigi. vt probatur in. c. quoniam contra falſam. extra de proba. per gloſſ. et Innocen. ad hoc facit quod not. in corpore. in auten. de iudi. §. penulti. ſecundum vnam opi. glo.

s **Padonem.**

**Qui patri.** Not. caſum hui⁹ §. nam et alibi habes quod qui procurauit officium nō

poteſt poſtea aduerſus ad excuſationem proponere vt.l.ex ſententia.ſupra de teſta.tute.

a **Iam autem.** [a] No.iſtum.§. ¶Opp.quod tutor debet iurare vt not.in.l.legitimos.in princip.de leg.tute.Sed videmus quod iurando per euangelia de facili periuraret.ergo videtur q᷒ non b admittatur.Dic quod nõ iurabitur[b] per euangelia:ſed per formam traditam in capitu.et ſi Chriſtus.extra de iureiurando.et per not.in Specu.in titulo.de iuramen.calum.

c **Si ciuitatis.** [c] No.iſtum.§.quem Oldra. ſolenniter allegat in vna queſtiõe quã diſputauit.et vide Guil.in.l.j.et quod vbi vltramonta.notant.ſ.ſi certũ petatur.

S **Iquis.**

**Si quis.** Iſtum caſum not.et gl.not.hic in fine quomodo compellatur.et dic vt in glo.et 1 no.quod alicui iuriſditionem denegare nihil eſt aliud dicere q̃ quod impune offendatur:vt.l.j.§.quod autem.

N **On tantum.**

1 ☞ Priuilegium paupertatis perditur diuitijs ſuperuenientibus.

2 Prope dicitur eſſe id quod eſt prope ſex menſes.

**Eos qui.** Hunc.§.allegat Iacobus de are.quod † 1 priuilegium paupertatis perditur ſuperuenientibus diuitijs.facit.l.ſemp §.negotiatores.de iur.immu.et.l.his oneribus.§.auctis.de vacatio.mune.

2 ¶ † No.ex princip.huius.l.quod prope dicitur aliquid eſſe quando eſt prope per ſex menſes quicquid gloſ.not.in.l.j.de noua.

1 ☞ Statutum dictans quod equi in bello mortui emendentur an comprehendat vulneratos in bello et mortuos in receſſu.

**BEllo.** Inducit Dyn.in arg.ad queſtionem ſi ſtatutum huius ciuitat᷒ dicat equos in bello mortuos debere emendari:an debeãt emendari illi qui fuerunt vulnerati ĩ bello et poſtea redeuntes deceſſerũt.et videtur ꝙ nõ vt hic.In cõtrariũ determinatur per 1 l.j.§.ex incendio.de incẽ.rui.nau.⁊.l.ita vulneratus.ad.l.aquil.Ad hanc.l. d rñ.Ol.in qõne iſta agit̃ de priuilegio dãdo ↄtra ius cõe:cũ ius cõe velit immunitatẽ haberi ꝑpter numerũ liberorũ eis viuentibus:vt.l.j.§.j.ſ.eo.ſed cõtra diſpoſitionẽ iuris cõis proderit etiã mortuus.non ergo mirum ſi lex non vult tantum extendere.puto opi.Dy.et Oldra.eſſe veram.non tamen ſecundum eorũ rationem:ſed ſecundũ illud quod teneo:quod ſtatuta non recipiunt interpretationẽ extẽſiuam licet cõtrariũ in hoc teneant.Nã ꝙ ibi mors trahitur ad aliud tempus hoc eſt per extenſionẽ vt.l.huic ſcripture.et l.ait.ad legẽ aquil.quod verbũ improprietatẽ denotat.facit.l.oſſa.§.fina.ſ.de religio.et.l.naturaliter.in principio.de acquirenda poſſeſſione.et ibi not.in princi.ſed ſtatutũ dixit in bello.ſi ergo equus vulneratꝰ:et poſtea rediens eſt mortuus:iſtud eſt tm̃ de fictione.que fictio et interpretatio extẽſiua in ſtatutis nõ hʒ locũ ſm eos vt not.in.l.j.de ver.ſignifi.

**PRopter.** Querit hic gloſſ.an ipſo iure hodie tutor vel curator qui eſt debitor vel creditor pupilli non ſit tutor:an vero debeat ſe excuſare.hec opi.eſt vera de qua not.in lege pater.ſupra de procura.et in aut.minoris.C.qui da.tu.poſſunt quam opi.tenet hic Iaco.de are.

**IUriſperitos.**

1 ☞ Si vẽditur predium pupilli ſitum in vna ciuitate et ipſe habeat alibi domicilium vtriuſqꝫ iudicis decretum interuenire debet.

1 **Cum oriundus.** Si † venditur predium ſitum in ciuitate iſta:et pupillus habeat domicilium alibi:conſilium eſt q᷒ decretum iudicis in cuius territorio ſit predium et decretum iudicis originis interuenire debeãt.inducitur.l.ſi predium.C.de predi.mino.et Cyn.in.l.prima.C.de contrahenda emptio.tu adde ad queſtionem vnum bonum argumẽtum.quod eſt in capi.paſtoralis.extra de priui.per Innocen.Not.glo.quaſi dicat.et ſigna finem eius per.l.caius.ſ.eo.et vide ꝙ ibi do.ad quod allegant iſtum.§.⁊.l.ſiue.§.quia plautianum.ſ.de lib.agno.vide q᷒ ſcripſi in lege magis puto.§.queri poteſt.j.de rebus eorum.

**SIis.**

**Eum qui.** Iſte text.eſt vtilis propter.l.ij.infra ad tertul.ibi penitus exigit ⁊c.Ratio huiꝰ.§.eſt dolus ⁊ fraus ipſius tutoris qui in dubio preſumitur.Ia.de are.

**AMiciſſimos.** Gloſſ.tamen videtur hic velle quod quamuis tutela dicatur legitima:cura tamen non eſt legitima.Dyn.eam reprehendit et remittit ad aliam que melius dicit in.l.cum furioſum.C.de cur.fu.illa bene poteſt loqui in curatore furioſi et prodigi:habuiſtis in lege milites.in.§.ita autem.in gloſſ.ſupra eodem.et in lege ventri.de tuto.et cura.da.ab his.vide quod addidi in lege mutuum.j.de acqui.here.

☞ Falſa cauſa an vitiet decretum in quo imploratur officium iudicis.

**QUi teſtamẽto.** [d] Inſertio falſe cauſe reddit ſententiam ipſo iure nullam fauore minoris.h.d.Dy.vel aliter ſi omittit̃ cauſa vera in

a ¶ Spadonẽ.§.iã aũt.adde bar.i rub.ſ.de iureiuran. ~Andreas Pomate.

b ¶ Quod nõ iurabit vide Iaſ.in rub.ff.d iureiu.in.ij col.ver.cõtra bar.et ibi i.iij.co.vbi dat intellectũ ad hunc tex.⁊ in.l.in bello.in prin.vide bar.i ſi.l.dãno §.ſabinus ff.de dã.infect.late.l.lʒ.C.d pac.

c ¶ Si ciuitatis.Iſtũ tex.no.bar to.in.l.j.in fin.de iur.om.iud. ~Andreas Pomate.

d ¶ Qui teſtamẽ.Ul de Feli.c.ſicut.in.xj.co.de re iudi.Car.cõſil.xxix.in iij.col.ad fi.de peti.here.Pet.de ancha.conſi.j.



a ¶ Qui teſtamento.valde notabilis.Et dubitauit hic Ray.Cy.et Bald.an cauſa nullitatis deſeratur et deſerta reddatur pariter ſicut appellationis exẽplum ſi cauſa appellationis non fuit proſecuta intra annum vel non fuit appellatum quo caſu redditur pronunſiatione:et inſeritur falſa:ſententia non tenet fauore minoris.hoc dicit.¶ Et eſt valde notabilis[a].l.iſta quaʒ allego tibi in.l.ſi is ad quẽ.de acquiren.heredita.Sed certe hec lex non probat iſtud ſummarium.ſʒ ideo non valet quia poteſt dici error expreſſus cum ſit lata contra ius:vt.l.ij.C.quando prouoc.non eſt neceſ.tu dic vt.l.ſi is ad quem.vt ibi dixi.

1 ¶ Quero † an in decreto in quo imploratur officium iudicis falſa cauſa habeat vitiare.in quo non requiritur tanta cauſe cognitio:et videtur quod nõ valeat.probatur in.l.cum vero.§.ſubuentum.j.de fideicommiſ.lib.⁊.l.j.§.hec verba.ne vis fiat ei.probat textus cum gloſſ.in.l.et ſi preſes.de predi.mi.nec ob.quod.ſ.dictum eſt.quod dic vt not.in.l.et ſi preſes.de p̃di.mino.ad primum fa.l.fulcinius.§.ſi quis.j.ex qui.cau.in poſ.ca.

1 ☞ Impeditus facto aduerſarij ꝓſequi excuſationem elapſo tempore illam proſequitur.

deſerta an idem ſit in cauſa nullitatis d hoc a ſunt opin.de quo ẽt per Bart.in.l.ſi expſ ſim.de appella.per Imo.in.c.ſepe.de appella.per Baldum ⁊ Salic.in.l.j.quando prouoc.et Bald.in.c.ſcimꝰ.quotem.mi.et in repe.l.tale pactũ.§.qui prouocauit.ꝓ ſicu.xiij.q̃ro.ff.de pactis.⁊ bal.in ſpecu.de appella.verſicu.ſtatutum dicit.⁊.in.l.j.in princip.C.de ſenten.ex peri.rec.Gui.in.l.et ſuum.C.de iur.delibe.Pet.de ancha.in cle.j.de dolo et contu.Salic.in.l.fina.§.illud.C.de tempo.appel.aduerte tamen q᷑ qñ nullitas ſententie ſpecialiter reſeruaretur cognoſcenda tunc nõ poteſt appellari a ſententia q᷑ effectus appellatiõis eſt reſcindere ipſam ſententiam a qua appellatur.l.j.ff.ad turpi.l.ſi filius.§.fi.de bo.lib.l.ſi cauſa cognita.C.de tranſa.c.veniẽs.de iureiurã.c.ſepe.de appel.ſed id q᷒ nõ eſt reſcindi vel ſuſpendi nõ põt.l.nã ⁊ ſi ſub cõditione.de iniuſ.ru.⁊ irri.teſta.c.ad diſſoluendũ.de deſpon.impu.ergo ſñia nulla que nõ dicitur eſſe ſententia.l.iiij.§.cõdere de re iudic.nõ poteſt per appellationẽ reſcindi vel ſuſpendi vt declarat Bartol.in.d.l.ſi expreſſim.in.iij.q.⁊ Bald.in.l.j.de ſen.ex peri.reci.in prin.vide dicta in.l.quedam mulier.ff.fa.erciſ.

ADDE an appel.deſerta intelligatur deſerta nullitas.Ange.conſi.cclxvj.

b ¶ Si cũ ipſe.Et ſemper iſte text.cũ precedenti alle.quod vbicunqꝫ vnus ex deleg.per ſubterfugia cãm protelat nõ currit inſtãtia alteri in quo culpa nõ eſt.adde ꝙ hoc aperte ſentit gloſſ.in.c.venerabilis.in glo.mag.ibi dũ glo.dicit ꝙ propter ſubterfugia ⁊c.et per iſtũ tex.dicunt Dy.Cy.et Bal.hic quod ſi ex forma ſtatuti oĩs cauſa debet determĩari intra tres menſes ⁊ aduerſarius cauſa teſtiũ producendorum quos dicit habere in longinquis partibus petat di- c lationẽ que vltra tres menſes extendatur q᷑ non obſtante ſtatuto cauſa poſt tres menſes erit decidenda.ad idem eſt tex.in.l.petende.C.de in integ.reſtit.et ibi doc.et text.in.l.intra vtile.in princip.ff.de mi.et.l.contra maiores.C.de inoffic.teſta.et.l.fina.C.de adul.vbi dicit Cyn.no.ꝙ ſi cauſa debet expediri intra certum tempus non currit impedito propter dilationẽ ad

b **SI cũ ipſe.** [b] Nota ꝙ vbi q᷑s † ꝑ 1 aduerſarium impedit producere ad finem excuſationẽ:⁊ tranſacta ſunt tpa:põt ſine noua cauſa ſeu inſtãtia ꝓcedere ad excuſationẽ.⁊ de iſta.l.nõ meminerunt moderni in.l.ꝓperandũ.§.⁊ ſiquidẽ.C.de iudi.queſtio quã gl.facit nũquid ſñia ibi lata poſt terminũ ſit ipſo iure nulla[c].Ray.eam allegat in.l.ſcire oportet.§.conſequens.ſ.eo.

**ADminiſtrãtes.** Que eſt ratio q᷒ comites militũ habẽt excuſationẽ.rñ.q᷑ ſine eis agere nõ pñt.Idem in vxore militis ⁊ tribuno ⁊ medico.q̃ tamen perſone non ſunt de numero militum.de medico probat text.in.l.abeſſe.ſ.ex quib.cau.ma.

**TItius.** Iſta.l.eſt valde nota.et miror quod Immo.qui de hoc tractauit nõ facit mẽtionẽ

c ...uerſarij dẽ tenet Baldus ⁊ Salice.et not.Iaco.but.et Bald.in auten.clericis.C.de epiſc.⁊ cleri.vnde dicimus q᷒ ſi ſtatutus eſt terminus actori ad probandum ⁊ in termino actor poſitiões producat ⁊ ſtetur per reum quominus poſitionibus reſpondeatur nõ currit terminus actoris ſtatutus vt not.gloſſ.in clemẽ.ſepe.in verbo ſtat.de verbo.ſignifica.pro qua Bal.in.l.prima.C.de iuramen.calũ.ponderat ibi eſſe tex.et not.etiam Bald.in.l.fina.ff.de fer.et in.l.q̃ꝫdiu.la iij.de acquiren.hereditate.et hic.et facit.l.quinquennium.ff.de adulte.et quod late proſequitur Ioan.andre.in Specul.de dila.§.primo.ſuper ver.ſed pone quod cauſa ſicut in ſimili.idem videtur dicenduʒ q᷒ tempora appellationis non currant quando ſtat per iudicem ꝙ cauſam non proſequitur iuxta auten.ei qui.de tempo.appel.⁊ que ibi dixi vt not.gloſſ.in auten.de appel.§.ad hoc ſancimus.⁊ in.l.j.§.dies.ff.quando ap.ſit.⁊ in auten.vt ſpon.largi.§.hic quoqꝫ.et in gloſ.in.l.ſed ⁊ ſi per pretorem.in princi.ff.quib.ex cau.ma.⁊ in.l.fina.⁊ ibi moder.ff.de re iudica.vel ſaltem quando facto iudicis non expeditur cauſa appellationis debet pars reſtitui in integr.aduerſus curſum fatalium.vt no.glo.in auten.licet ſi appellatione.et ibi Barto.C.de tempo.appel.et glo.in.d.§.hoc quoqꝫ.et gloſſ.⁊ docto.in.d.auten.ei qui.et gloſ.et doctores in capitulo ex ratione.de appellationi.et gloſſ.in.l.arbitrio.§.dolo.ff.de do.Archidia.poſt gloſſ.ij.queſtione.vj.anteriorum.et domi.de rota.ſua concluſio.xcix.Sed an iſta procedant vide in.d.auten.ei qui.

ADDE Roma.conſi.c.et conſi.ccxxv.cum ſequen.et.cccxxxj.

~Andre.Poma.¶ Ipſo iure nulla.vide Panor conſi.xvj.in.j.colum.ij.volum.Bart a.conſi.lxvij.v.colum.ij.volu.

de hac.l.vt not.per eum in.c.cum bo/ne.extra de eta.⁊ quali.in medio.

**Si tanta.** Iac.de are.dū dicit ne impoſſibile ⁊c.Not.quod famulus vel vaſallus non poteſt aliquid impoſſibile.

a **Vi in collegio.**[a] Facit iſte textus quod quā do aliquibus hominibus collegij ↄceditur immunitas aliqua: intelligitur eis eſſe cōceſſa qui per ſe artem exercent non alijs.facit.l.ſemper.§.licet.de iure immu.

Ubi pupill⁹ educari debeat. Ru.

**Solet pretoꝛ.** Per quem debet adiri pretoꝛ.gl.hic dicit alquo cunqꝫ.quam no.facit qᵭ not.j.eo.l.ius alimentoꝛum.

**Si filium.**[a] Adde ad hāc l.vnam notabilem queſtionem quam ponit Iaco.de are.in.l.alimen.C.de negotijs geſtis.⁊ ibi reaſſumit Cy.de ſoꝛoꝛibus que dotantur.⁊ poſtea remanent cum fratribus.

Andreas Pomate.
a Qui in collegio. vide Ale.l.diē functo.in.v.colum.ff.de offic.aſſeſ.

De tutelis ⁊ rationibus diſtrahendis. Rubꝛica.

Uerbū plerūqꝫ cōſtituit regulā.

1 **In omnibus.** No.hic ꝙ † per verbum plerunqꝫ conſtituitur regula.vt ibi plerunqꝫ ⁊c.cōiuncta glo.Iac.de aret. Quero de qua culpa loquitur Gloſſ.videtur dicere in.§.ſuſpectus.inſti.de ſuſpec.tut.qᵭ de culpa lata leui ⁊ leuiſſima: ſed de leuiſſima nō eſt verū.vt no.moder.l.quicquid.C.arbi.tute.no.glo.ſuper verbo iudicio tutele.que eſt valde no.⁊ habet magnum effectum dū dicit decreto.ſ.interueniente.idem ſi non interuenit vt.l.qui filiū.§.titul.j.

**Officio.** Iac.de are.intelligit quod quilibet adminiſtratoꝛ tenetur ſi nō facit rationē: et non allegat aliquam.l.expꝛeſſe inducitur.l.fi.de liber.lega.⁊.l.ſi ita.de manu.teſta.

**Si pupillus.** Not.hunc.§.in fin.qᵭ viatica tutoꝛ habere debet:cui adde qᵭ nota.in lege idemqꝫ.§.idem labeo.§.manda.

**Plane.** Querit gloſſa quid ſi nullus geſſit nec immiſcet gloſſ.dicit quod ſiue agatur vtili ſiue directa idem:quod non fiat ceſſio.hec glo.in omnibus benc dicit pꝛeterqꝫ in verſiculo ſi vero.Circa hoc vide Azo.in ſumma de adminiſtratione tutoꝛum.

**Non tantum.** Not.quod ceſſio actionis aliquando fit ante condēnationem:fallit in iſta ceſſione:que ſemper poſt condemnationem fit.

**Hanc actionem.** Hunc.§.adde ad glo.rubꝛice.et ibi dum allegatur.l.ſecunda.dic.l.pꝛima.quia.l.ſecunda nō facit ad id:non autem concludit ille text.ꝙ incontinenti illa actio naſcatur.

**Niſi finita.** In fin.huius.l.vide qᵭ not.in.l.ambiguitatem C.de vſufru.verſicu.quid de diuiſione rei eccleſiaſtice.

**Alterius.** Reſtitutio indulta minoꝛi parat viam in integrum reſtitutioni indulgende maioꝛi.hoc dicit litera dum dicit alter.ſecunda lect.eſt valde nota.licet non congruat huic litere.tamen in ſe eſt vera:vt pꝛobatur in.l.ſi qs poſſeſſoꝛ.de petitio.hered.⁊.l.ſi pupilli.§.fi.de neg.geſt.Iaco.de are.

**Non idcirco.** Not.ꝙ actionis ceſſio petitur fieri iure exceptionis.dixi in.l.ſi minoꝛis.§.de adminiſtra.tut.⁊.l.ſi res obligata.j.de lega.j.

**Defenſoꝛ.** Nouatio neceſſaria nō impedit piuilegiuꝫ tutele.hoc dicit.In bonis ipſius curatoꝛis tantum obtinet iſtud quod dicitur.ſed in bonis defenſoꝛis non.⁊ hoc intellige hic ſm Iac.de are.

**Poſthumo.** No.iſtam.l.concoꝛ.l.cum pater.§.de nego.geſt.que.l.cum gl.quadam que ibi eſt facit ad id quod habuiſtis in.l.qui ventri.§.de ventre inſpicien.an competat hypothecaria.dic contrarium no.in.l.fi.j.de his que in frau.cre.⁊ ibi repꝛehenditur.

De contraria tutela ⁊ vtili actione. Rubꝛica.

**Contrariam.** No.actionem tutele contrariam eſſe pꝛetoꝛiā:quod alibi reuocatur in dubium.Querit Dy.qūo competant ⁊ qualiter actiones contrarie.Dic bꝛeuiter remittendo ad glo.in.l.cōſenſu.j.de act.⁊ obli.que glo.alibi non reperitur.

**An in hoc.** Circa hoc vide quod notant moderni in.l.ſecūda.C.ſenten.reſcin.non poſ.⁊ in.l.pꝛima.C.quando ciui.actio crimi.pꝛeiudi.et per Inno.in.c.cum dilectus.extra de oꝛdi.cognitio.

q **Vid ergo.**



**Contrarium.** Nunquid hoc ſit verū ꝙ ſi tutoꝛ fecit ſibi fieri liberationem a pupillo interueniente ſacramento an valeat liberatio.gl.dicit quod ſic.vide de hac queſtio.vt no.x.collatione.§.item ſacramenta.in.ij.gloſſ.et.vj.queſtio.dubium erat quia auten.ſacramēta.C.ſi aduer.vend.loquitur in ↄctibus pꝛoſequere plene.vt ibi.

De eo q̄ pꝛo tutoꝛe aut cura.neg.geſſit. Rubꝛi.

**Rotutele.**

**Si quis quaſi.** Glo.q̄rit an iſta actio pꝛotutele cōcurrat cum hac actione negotio.geſt.gloſ.dicit ꝙ non: et ita etiam tenent moder.per text.in.l.militie.C.qui da.tuto.poſ.eſt enim vera determinatio huius glo.in vtili actione pꝛotutele.non autem recta.ſic intelligitur quod not.in.l.iij.§.hac actione.de nego.geſt.ad hoc pꝛeſtat argumen l.quemadmodum.ad le.aquil.et.l.qui bona.§.opus.j.de dam.infec.quod not.

q **Vero.** Notetis bene iſtam legem ꝑ curatoꝛibus:et etiam pꝛo alijs.

Quod falſo tutoꝛe autoꝛe geſtum eſſe dicitur. Rubꝛica.

1 An actus vitietur ſi vnius falſi et alterius veri tutoꝛis autoꝛitas interueniat.

**Dius edicti.**

a 1 **Verba autē.**[a] No.†ꝙ ſi vnius falſi et alterius veri tutoꝛis autoꝛitas interueniat quod valet ille actus.rationem volunt reddere canoniſte:quia actus adminiſtrationis eſt actus qui poteſt per vnū expediri.vt in.c.cum ſuper.de offi.deleg.et per Io.andre.in.c.vtile.de reg.iur.lib.vj.ſecus in electione:vt ibi not.per.c.maſſana.extra de elec.Et reſpondet ad.l.pedius ff.de arbi.vt not.per gloſſ.in.d.c.vtile.voluerunt quidā dicere quod iſte.§.intelligitur quādo autoꝛitas fuit interpoſita ſeparatim.ſecus ſi ſimul.tamen plus placet opinio Berñ.poſita in dicto c.cum ſuper.

1 An valeant geſta a pꝛocuratoꝛe pꝛonuntiato ꝑ pꝛeſidem.

2 Exceptio falſi tutoꝛis ita poteſt quandocunqꝫ opponi ſicut falſi pꝛocuratoꝛis.

b 1 **Idem pompo.**[b] Inducitur † iſte.§.per aliquos quod ſi pꝛocuratoꝛ pꝛonūtiet a pꝛeſide an valeāt geſta per eū.Et dicūt quidā ꝙ ſic:per hanc.l.In cōtrarium videtur arg.l.cum non iuſto.j.de colla.deteg.Ad hanc.l.ipſi reſpondent qᵭ hic loquitur in tutoꝛe dato a iudice qui hꝫ autoꝛitatē ⁊ poteſtatē dandi tutoꝛē.ſed pꝛocuratoꝛē nō hꝫ poteſtatē dandi.qꝛ dꝫ dari a partibus vt l.j.§.de pꝛocur.Spe.tangit hoc de reſcri.pꝛeſen.§.j.in ver.vlti.⁊ in tit.de ſyndico.§.j.moderni.l.licet.C.de pꝛocu.et nil addunt vlterius vbi etiam per Iac.de are.Inno.facit de iſto.§.mentionem.extra de electio.c.nihil.licet ibi innuat contrarium nota.C.de eo qui pꝛo tuto.nego.geſt.l.fina.vbi dicitur quod q̄uis iudex pꝛonuntiauerit nō valent geſta per eum iuncta gloſ.cuꝫ text.que dicit.ſcilicet a iudice.Sꝫ reſpondeo quod ibi non pꝛonuntiat ſe ratum habiturū:imo ſimpliciter adminiſtrationem iniunxit.inter que eſt differentia.vel poteſt reſponderi qᵭ ibi iudex qui non habebat autoꝛitatē vel poteſtatem in tutoꝛem appꝛobauit eum in tutoꝛem vt ibi gloſſ.Idē habes in pꝛelato de quo ibi per mo-2 dernos. †Itē habes ibi quod exceptio falſi tutoꝛis pōt opponi poſt litem conteſta.ad exemplum falſi ꝑ cura.habui.q.de facto de ciuitate lucana quam hic diſputaui.quidā fuit cōdemnatus tanqꝫ tutoꝛ alicuius ex eo qᵭ negotia male geſſit.nec fuit pꝛobatum in cauſa eū eſſe tutoꝛem:agitur cōtra tertium poſſeſſoꝛem bonoꝛum iſtius tutoꝛis.ille opponit qᵭ ille tutoꝛ non erat.an illa ſcientia pꝛobet.dixi quod nō:licet iſte.§.videtur contra facere.

1 Iudex in loco toꝛture pōt facere ſpoliare hominem ⁊ valet ↄfeſſio.

c **Nouiſſime.**[c] Iſtū tex.nota ibi dum dicit quid em̄.facit † ad vnam queſtionē quā habui de facto in Floꝛētia de iudice qui non toꝛſerat hominem:ſed euꝫ ſpoliari fecerat.⁊ tūc ipſe fuit cōfeſſus.⁊ allegabā.l.habita.in tit.qᵭ metus cauſa.Concoꝛ.cū iſto tex.ſm Iac.de are.qᵭ habetur in ſimili in.l.ſi quis mādato.§.de neg.ge.vbi no.de foꝛma huius cōdemnationis.⁊ illam.l.facio notare valde quia videt̄ cōcoꝛdare cum.l.facere poſſe.§.ſolu.matr.Iſta gl.videtur innuere qᵭ q̄ñ autoꝛitate falſi tutoꝛis contraxit pupillus ⁊ reſtituitur:contrahens non tenetur pupillo ad ſumptus litis.

De fideiuſſoꝛib⁹ ⁊ nominatoꝛib⁹ et heredib⁹ tuto.⁊ curato. Rubꝛica.

1 An dolus ſit crimen.

**Damnis.** Opi.glo.que dicit in iudicio ſecus:repꝛehenditur cōmuniter et ſpecialiter ꝑ Dy.argu.l.j.§.j.ſi penden.appel.ſed ad illam reſpondent quidam qᵭ ibi ſpeciale in cauſa appellationis:qᵭ non

Andreas Pomate.
a Verba aūt.Vide Old.cōſi.xlvij.

Andr.po.
b Idē pōponius.vide Feli.in c.poſt ceſſionē.i pe.col.de pꝛoba.⁊ Alex.ↄſil.ciij.in iij.co.ij.volumi.

Andreas Pomate.
c Nouiſſime.Iſte tex.ē ſing.ſꝫ alex.ↄſ.clxxviij.i v.vol.x̄ſi.exp̄ſatis.⁊ vide alex.ad.q.Barto.§.conſi.xlvij.in.ij.col.iiij.vo.⁊ ↄſi.ſeq.in j.col.Cepo.ↄſ.iiij.i xj.colū.ij.dubio.

~Andreas Pomate. ¶Cum oſtendimus. Declara et limita vt per Alexand.l.ij.§. volentes. in fine.ff.ſolu.ma.

¶Cum oſtendimus. Tene menti Bartolus. in lege prima.ſ.de verborum obligationibus inter caſus in quibus numerãtur il li in quib⁹ pſumit̃ ſtipulatio ſi non apparet an verba interuenerint et etiam glo. in lege his

est verum: niſi defendas ibi ſpeciale: quia in cauſa appellationis eſt maius periculum: ſecundum Dynum: tamen tene hanc gloſſam. quam not. ¶No. a etiam tex. in fine cum glo. ex quo habes an † dolus ſit crimẽ: facit.l.prima. §.non tãtum. ſupra depo. et.l.item. ſupra de dolo.

I ☞ Fideiuſſor qui fuit preſens ⁊ ſcriptus fideiuſſor pro cõdemnatiõe ſoluenda: ſi non contradixit obligatur. Minor ⁊ reſpublica obligantur.

## Cum oſtẽdim⁹.[a]

3 † ad queſtionem quotidianam. ſcilicet quod delinquens factus clericus, poſt delictum quod debeat conueniri coram iudice eccleſiaſtico. nam vides hic quod tranſlatio facta iuſſu principis excuſat a tutela iam ſuſcepta. ad hoc facit de vaca. mu. lege pretor. ibi vel ſi qui ſacerdotiuz et cetera. ꝛ in. §. ſi poſt. et lege his oneribus. §. auctis. eodem titulo. et ſupra ſi quis cautio. lege qui autem. et infra eodem. lege iuriſperitos. et lege ſpadonem. facit ſupra de arbit. lex non diſtinguemus. §. ſacerdotio. facit ad hoc. infra eodem. l. poſt ſuſceptam. et ſupra de libe. agno. lege ſiue. §. qui plautianum. In contrarium facit lex cum quidam. ſupra de iuriſdition. omnium iudicum. et de iudi. l. ſi quis poſtea. ꝛ ſupra eodem. l. ſecunda. in princip. et infra eodem. l. tutor petitus. dic ſecundum Dynum aut eſt certum quod ipſe facit propter delictum. et tunc non debet excuſari per l. hos accuſare. in princip. infra de accuſatio. et de bonis eorum. l. fina. et de adulte. lege ſi maritus. §. legis iulie. Aut eſt certum quod non fecit ad euitādum crimen. ꝛ tunc debet excuſari. ita intelligas primo allegata. facit lex hos accuſare. §. hoc beneficio. de accuſa. aut eſt dubium et tunc aut ipſe facit poſtquam incipit inquiri contra eum per inquiſitionem ſeu accuſationem: et preſumitur feciſſe in fraudem. vt dicta. l. final. de bonis eorum. aut non erat accuſatus quando ipſe ſe fecit clericum. et tunc non preſumitur feciſſe in fraudez. vt dicta. l. fina. de hac queſtione habes per canoni. in decretali. in capitulo primo. de obliga. ad ratiocina. et diuerſe fuerunt opiniones. Ioan. and. tenet quod ſiue ſit criminalis ſiue ciuilis ſi ſit in perſonam diſtrictio: cauſa debeat agi coram eccleſiaſtico iudice. ratio quia etiaz ſi ipſe clericus vellet non poſſet renuntiare priuilegio ſuo: adeo quod capiens eum non excommunicetur. Si vero ſit ciuilis vel criminalis ꝛ diſtrictio nō ſit in perſonam. tunc debeat agi coram ſeculari. et hoc verum niſi prius fuiſſet facta diſtrictio in perſonam: quia carceratus ꝛ poſtea clericus factus: quia tunc non valeret: nec prodeſſet ſibi aliquid. quia priuilegium clericatus prodeſt ſibi in eum caſum in quo reperit eum et cetera. Et iſtam opinio. Ioan.

4 andr. intellexit eſſe veriſſimam ¶ Vltimo † allegatur iſte text. quod ſi aliquis doctor poſt ſuſceptam collectam fuerit vocatus a principe quod poſſit lecturam dimittere ꝛ collectam retinere. ꝛ facit quod not. per Raynu. C. de caducis tollend. lege prima. §.

5 ne autem. ¶ Quero ad † quid eſt neceſſarius iuſſus principis in tranſlatione domicilij: cum quilibet poſſit transferre domicilium proprio libito. vt lege libertus. §. primo. infra ad municipa. et lege aſſumptio. eodem titulo. dicit Iacobus de are. quod iuſſus principis eſt neceſſarius vt habeat excuſationem a tutela: alioquin periculum ſpectat ad eum.



1 ☞ Octo dicuntur pauca.

2 Ratio quare a datione tutele non appellatur.

**SCire oportet.** Ibi autem. ſcilicet qđ non habeat neceſſe prouocare a datione. Ibi tutoribus. differūt tamen in octo que habes not. in. l. ventri. de tuto. ꝛ curat. da. ab his. Et ſic

1 no. † quod octo dicūtur pauca. dicam in. l. j. §. hoc autē. ī. ad ſilleia. Ibi auferentes. ideſt reprobantes ſm Dy. a

¶ Itē. ad de Oldr. conſi. iiij.

Gl. opponit tribus modis. ¶ Opp. de. §. qui autem. inſti. eo. Solu. vt in glo. ¶ Item opponitur contra. l. primam. C. de confirmatio. tutorum. Solu. vt in gloſſ. ¶ Item opponi. de. l. prima. §. ſi quis. et de lege nominationes. ꝛ lege veteranis. Solue

2 vt in gl. ¶ Quero a te † que eſt ratio qđ a datione tutele vel cure non poteſt quis appellare. Oldra. reddit rationem pulcherrimam que eſt Guil. tutores quandoqz ſunt legitimi: et ſi diceremus tutores appellare poſſe a datione tutele: appellaretur a datione legis: qđ nō poteſt fieri. vt in. l. antepenul. ī. de verbo. ſig. Preterea interdum tutores ſunt teſtamentarij. ꝛ appellatio eſt que corrigit primā ſententiam. ī. de appel. l. j. ergo ſi diceremus appellari a datione: ſequeretur qđ appellaretur a ſententijs priuatorum. ſi vero detur a iudice eſt ratio vt facilius cōſuletur pupillis. quia proponet tutor excuſationē coram illo q dedit eum tutorem. ꝛ ſic facilius confirmabit. arg. C. qui ꝛ aduerſus quos l. ſecunda. facit quod nōt. in auten. de teſti. §. qui vero. quilibet enim affirmat vt illud quod fecit perficiatur. de hac ratione Oldra. tangit Guil. in. l. hi qui ad ciuilia. C. de appel. vbi ponit illam rationem que videtur dicere totum econtra. vt probatur per gl. C. de tempo. appella. l. prima. et habes per docto. in dicta. l. hi qui. vbi plene dixi et not. per Pet. inſtitu. eodem. §. qui autem. et licet hec ratio Oldra. ſit ſatis bona tamen plenius dixi in dicto. §. qui autem. Nico.

**Multa enim.** Ibi accedere. dicit glo. et cetera. dic ſimile habes inſtit. quibus modis ius patrie poteſtatis. §. preterea. Ibi excuſabitur. et excuſationem proponet proſequetur tamē intra quatuor menſes numerandos a die nominationis et cognitionis. infra eodem. l. quinquaginta ſm Iacobum de are. et Dy. ibi non fecerit. ſcilicet excuſationē itra qnquaginta dies. ibi qui autem. ibi cognouit. hic

faciās.a.⁊ in verſi.extra hos faciās.b.ibi hos. ſcili/
cet dies datos pro quibuſlibet.xx.miliaribꝰ.ibi ſciē
tie.q.d.non ſolum legitimis et datiuis datur predi/
ctum tempus.ſed etiam teſtamentarijs ſm Dynū.
¶ Querit glo.de vno a quo tempore incipiant iſti
dies.Sol vt glo.

1 ☞ Si aliquis vocatur ad aliquod onus debet ſi-
bi denuntiari.
2 Tutor qui fuit confirmatus quando poſſit ſe excu-
ſare.

**Oportet.** Ibi manifeſtari.No.quod cū ali-
quis vocatur ad aliquod onus de/
bet ſibi denuntiari.vt hic.et.C.de decu. libro. x.l.ij.
1 ſm Iaco.de are.ibi ad domum.No.†quod hic po/
nitur alternatiue.igitur ſufficit alterum tantum.ſci-
licet quod citetur ad domum. vel perſonaliter. ple/
ne dixi.de libe.agno.l.j.in prin.gloſſ.oppo. de.l.qui/
dam relegatus.de rebus dubijs.Et reſpōde vt per
gloſ.que incipit ſic loquitur.et ad iſtud contrarium
reſpondet in verſi.extra hos.licet iſtum verſi. lege/
rim in precedenti.§.et dic vt in glo. ¶ Item ad di/
ctum verſi.extra hos.opponitur de.l.caius.j. eodē
2 titulo.Solu.vt in glo.¶ Nota† ex iſta glo.quod il/
le qui fuit confirmatus poteſt ſe excuſare. ¶ Con/
tra hoc opponitur de.l.iuriſperitos.j.eo. Dic ſcdm
Iaco.de are.qđ aut fuit confirmatus conſentiens:⁊
non poteſt poſtea ſe excuſare.aut inuitus: ⁊ poteſt.
vt.l.neſennius.infra eodem.ſecundum Iac.de are.
ita intelligas gloſſ.que videntur inuicem contradi-
cere.ſupra de confirma.tuto.l. ſecunda.et.l.fi.⁊ glo.
huic contrariam habes.j.in dicta.l. caius. et in di/
cta.l.neſennius.

1 ☞ Dictio a.ponitur excluſiue.
2 A verbis receditur et mens ſeruatur quādo ex ver
bis ſimpliciter intellectis iniquitas reſultat.

**Aliud autem.** Ibi enim. Nota in verſic.
1 †ibi a qđ dictio a ponitur
excluſiue vt.j.dicam.Ibi a centum ſexaginta. poſt
pone literam.et dic rationem eſſe cū ſexaginta.Ibi
2 vult. † Not.qđ quotieſcunq; ex verbis ſimpliciter
intellectis reſultat iniquitas: tunc a verbis recedi-
mus et ſeruamus mentem.ibi vertices dicit gl. ⁊c.
No.iſtam glo.Ibi in via ideſt in dilatione data oc
caſione vie.vel dic in via ideſt pro via. ſm Dy. Gl.
oppo.vno modo de.l. proſperit.j. qui et a quibus.
Solutio per hoc habetur locus quando eſt ſcripta
mens cōtra verba.Ibi non erat mens ſcripta.vt ha
bes.C.de legi.l.non dubium.vel ſolue vt habes ple
ne per doct.C.que ſit longa conſuetu.l.prima. et vi/
de quod dixi poſt Pet.inſtit.eo.§.qui autem. Item
de dictione a.vide quod not.Cyn.C.de nup.lege a
caligato.

1 ☞ Sententia lata cōtra ius litigatoris errore nō
expreſſo non valet fauore minoris etatis.
2 Sententia quando in primo iudicio fuit queſitum
de falſo an retractetur propter falſum.
3 Sententia lata poſt triennium qđ non valeat ipſo
iure.
4 Reſtitutio conceſſa poſt quadriennium qđ non va/
leat ipſo iure.
5 Stante ſtatuto qđ poteſtas expediat omnes cau/
ſas intra duos menſes.ſententia poſtea lata an ſit
nulla.

**Conſequens.** Ibi ciuitas.que non eſt ſub/
iecta iuriſditioni dantis.ſe/
cundum Dy.⁊ ſecundum expoſitionem glo.que eſt
verior.Ibi excuſationem.poſt legitimum tempus.
Ibi dimiſſus per ſententiam.No.§.ita ſingularem
1 ſicut eſt aliquis in mundo in materia ſua† ⁊ dicit ꝙ
ſententia lata contra ius litigatoris non expreſſo er
rore in ſententia nō valet ipſo iure.ſed hoc eſt fauo/
re minoris etatis vt ſtatim dicam. ¶ Glo. opponit
quatuor modis et querit de vno.primo recitat que/
ſtionem:quia melius recitatur hoc modo: et ideo
quero qualiter iſte tutor fuit excuſatus.dic vt in gl.
¶ Oppo.gloſſ.de lege ſeruo inuito.§. cum pretor.
infra ad trebellia.⁊ iſtud contrarium reſpicit primā
expoſitionem. Et reſponde vt gloſſ. et ſic ſecus in
alia ſententia quam in iſta:et ratio eſt fauor mino-
ris etatis.et habes gloſſ.C.ſi ex fal.allega.l.fina.et
l.ſecunda.C.ſi ex fal.inſtrumen. ¶ Item oppo.glo.
de lege fina.C.de fide inſtrumē. ¶ Dic quod iſtud
contrarium reſpicit expoſitiones ſequentes. vel qđ
obrepſit.Et reſponde vt gloſſ. Iſta gloſſ. eſt falſa
2 †et nullus tangit:ſentit enim quod ſi diſputatuʒ eſt
de falſo in primo iudicio:quod nō poſſet poſtea ſen
tentia retractari.ſed hoc non eſt verum in excuſatio
ne tutoris.et habes gloſſ.loquentem verius.C.ſi ex
fal.allegatio.lege ſecunda.Et dictum gloſſ. proce/
dit in alijs caſibus.quod etiam intelligas quod vbi
fuit de falſo queſitum non poſſet poſtea ſententia
retractari in alijs caſibus: ſed de falſo bene poſſet
accuſare ſecundum gloſſ.C.ad legem aquiliam. le/
ge ex morte.vide quod not.C.de adulte.lege adul/
terij.et de ordine iudi.lege penulti.redeo ad gloſſ.
Ulterius oppo.infra de re iudica.lege diuus.Sol.
aut queris quando iſta ſententia ſit lata et cetera.
tunc iſtam gloſſ.intellige ſecundum id quod habes
nota.in lege ſi pretor.§.marcellus.ſupra de iudi.et
vide quod dicam in lege ſeruo.§. cum pretor infra
ad trebellianum. ¶ Item opponi.gloſſ. de lege ſer
uo.§.cum pretor.infra ad trebellia.Solu.vt in glo.
et not.gloſſ.certe dic quod hucuſq; gloſſ.fuit locuta
bene.tamen non facit aliquid ad propoſitum: ſed
hoc quod ſequitur facit ad propoſituʒ. Domini iſte
text.facit pro opini.poſita in gloſſ.C.de iudic. lege
3 properandum.in principio.vbi tenet† quod ſenten/
tia lata poſt triennium non valet ipſo iure: quam
gloſſ.tangit et ibi Ray. per iſtum textum. et ſupra
de tuto.et curato.da.ab his lege ſeſe egreſſe. intelli
git illam gloſſ.vbi apparet error ex ſententia: alias
4 ſecus:vt ibi dicam. ¶ Item facit iſte† text.ſecundū
Dynum pro eo quod not.gloſſ.in lege ſuperuacuā.
C.de temporibus in integ.reſti.pet.videlicet quod
reſtitutio conceſſa poſt quadriennuū non valet ipſo
iure.licet aliqui dicerent contrarium tanq; eſſet la/
ta cōtra ius litigatoris.infra que ſenten.ſine appel/
la.reſcin.l.prima.§.item cum contra ſacras. Domi/
ni non inuenietis iſtam glo.in.l.ſuperuacuā. ¶ Itē
5 preſtat argumen.ꝙ ſi poteſtas† debet ex forma ſta
tuti finire intra duos menſes cauſas: et ſi finiuerit
poſtea quod ſententia non valet ipſo iure:quod no/
ta.in.d.l.properandum.⁊ facit.j. iudicatum ſolui.l.
ſecūda.perit enim inſtantia:et ſic dicitur liʒ nō con



teſtata:ſed ſi lis non eſt conteſtata:non poteſt ſequi
ſententia.vt.ſ.de ſenten.⁊ interlocu.om.iudi.l.pro-
latam. Item quia arguimus de tempore ad locuʒ.
vt.j.de mili.teſta.l.miles.et.ſ.ſi cer.peta.l. vinum.
ſed ſi aliquid permittitur vno tempore:videt̃ prohi
bitum ſequenti tempore.vt.ſ.de iudi.l.cum pretor.
de ſtatulibe.l.ſtatulibe.§.ſtichum.cuʒ ergo permit/
tatur iudicare intra duos menſes:videtur tacite pro/
hibitum poſtea:et eſt perinde acſi eſſet prohibituʒ
expreſſe:et non valeret ſententia.vt.ſ.de iudi.l.iudi
cium ſol.ergo ⁊c. In contrarium facit.C.vt omnes
tam ciui.q; criminales.in.l.fi.in ff. ⁊ de edifi.priua.
l.fi.al's eſt in tit.de ope.no.nun.l.j. ¶ Quare Ray.
ſequendo do.Andre.de piſis ſic dicit.quod aut ſta/
tuitur tēpus parti:aut iudici:aut actori. Primo ca-
ſu non poteſt fieri aliquid poſt tēpus ſiue illud tp̃s
ſit certum quantum ad numerum vt hinc ad duos
menſes.ſiue quantum ad terminum ⁊ vſq; ad litem
conteſtatam.vt.l.j.§.biduum.quādo appel.ſit.⁊.C.
de iudi.l.properandum.in princ.⁊ de appel.aut̃. ho
die.et.C.de excep.l.ſi quidem.⁊ ſenten.reſcin.nō poſ
ſe.l.peremptorias.Secundo caſu:aut ſtatuitur tp̃s
iudici ⁊ iuriſdictioni:aut iudici tm̃.primo caſu: poſt
tp̃s non poteſt ſententia ferri.vt.l.ij.§. ſed ſi iudex.
et.l.ſi iudex.ſ.de iudi.et de arbi.l. nō diſtinguemꝰ.
§.ex compromiſſo.aut eſt tempus ſtatutum iudici
tantum.⁊ tunc etiam poſt tempus ſententia ferri po
teſt.ita intelligas caſum.l.fi. vt omnes tam ciuiles
q; criminales.et.d.l.fi.de edifi.priua. al's prima.de
no.oper.In tertio caſu et vltimo:aut prefinitio tem
poris tantum reſpicit ſubſtantiam actionis:vel in-
ſtantiam iudicij.Primo caſu nō poteſt ferri ſiue du
ret inſtantia ſiue non. vt.C.de dolo.l.fi.et de aſſeſ.l.
j.et.l.ij.§.fi.ne de ſta.defun.Secūdo caſu poteſt ſen
tentia ferri poſt tempus.vnde oportebit fieri aliam
inſtantiam de nouo.cū illa perierit.vt.l.ij.j.iudi.ſol.
remanſit tamen actio.vt in aut̃.ſed cum teſtator.C.
ad.l.fal.⁊ in aut̃.de here.et fal.§.illud quoq;.⁊.C.de
nau.l.ij.lib.xj.ſm And.de piſis. cuius verba ponit
hic Ray.et in.d.l.fin̄.vt omnes tam ciui.q; cri.facit
qđ no.Spe.de iud.dele.§.reſtat.v°.qđ ſi in ſtatuto.

1 ☞ An per iuramētum probetur caſus fortuitus.
Et an ignorantia citationis ne quis dicatur contu-
max.nume.2.

**Sufficit.** Ibi ideoq;. quia ſic oportet excu-
ſationem proponere intra qnqua-
ginta dies ſm Dy.no. pulchrum tex. ibi iuſtitiam.
ideſt qđ ſit iuſtum ex naturali iuſtitia commenda-
tum.⁊ ſic videtur qđ non facit iſta litera ad id quod
1 †allegatur per quoſdam.quod probatio caſus for-
tuiti fiat tantum per iuramentum.quia illud non eſt
verum:imo debet illud vere probari.ſ. de proba.l.
in exceptionibus.§.j.et.j.de re mili.l.iij.§.ſi ad diē.
et.l.qui commeatus.et.ſ.ſi quis cau.l.ij.§. qđ dixi-
mus.ſm Iaco.de are. Guil.tenet contrarium.ſ. ſi
quis cau.l.ij.§.ſi quis.Ray.non firmat hic ſe in ali-
quo:ſed audiui ipſum dicentem quod aut quis vole
bat ſe propter caſum fortuituʒ excuſare ab eo ad qđ
tenebatur ex contractu:et non poteſt.habes glo.C.
de fide inſtru.l.fi.aut non tenebatur ex contractu. ⁊
tunc ſufficit ſacramētum.dixi de hoc.C.de nau.l.fi.
a lib.xj.a facit quod dixi poſt Iaco.de bel. in aut̃. vt
nulli iudi.§. qui vero. facit ſm Ray.
quod not.Specu.de appel.§.hic vi-
detur.ver.ſed quid ergo. ⁊ quod no.
Inno.extra de priuile.c. cum olim. ⁊
per Ioan.mona.extra de elec. cupiē
tes.libr.vj.et per Archidia. extra de
dolo et contu.c.j. eodem lib. facit qđ
no.lxxxij.diſtin.c.propoſuiſti.⁊ xviij.
diſt.c.placuit.ſm Iaco. de are. vide
2 †⁊ no. qđ ſi ille qui dicitur citatus iu
rauit qđ citatio non peruenit ad no/
titiam ſuam qđ debeat credi iuramē
to ſuo.et non debeat procedi contra
eum.et dicam de hoc infra de rebus
eorum.l.magis puto. et iſtud ſit ſa-
tis not.

1 ☞ Appellans ab omnibus graua
minibus illatis non poteſt proſequi
niſi illa ad quorum impoſitionē non
eſt lapſum decendium.
2 Quando preſens in iudicio reſpon-
dendo libello proteſtatur quod non
facit animo litem conteſtandi iudex
poteſt et aſſignare terminum intra
quem litem conteſtetur aliter contra
ipſum procedetur.
3 Si iudex ſtatuit terminum ad reſpō
dendum libello ⁊ in termino reus cō
parens petit dilationē ad exceptio-
nes proponendas aliter non reſpon-
dendo condemnatur in expenſis.
4 Qui cōteſtatur litem ſaluis omnibꝰ
ſuis exceptionibus quod nō videtur
exceptiones proponere.
5 Proponens exceptiones dilatorias
ſaluis alijs exceptionibus ꝙ nō ſunt
ſalue niſi eas expreſſerit.et ſic.
Exceptio nominatim debet pro-
poni.

**Scire.** Domini gloſſ. non facit
hic.§.ſʒ ego facio vt me
lius intelligatis. Ibi remiſſionis id
eſt excuſationis ſm Dy. ibi nomina-
re.intellige hoc intra deceʒ dies.al's
poſt illud tempus non auditur. Ibi
nominauit. vide Ioan. mona. extra
de elec.c.quamuis.libro ſexto. ⁊ Ar-
chid.de reſcrip.c.cum in aliquibus.li
bro.vj.ibi continet ſcilicet quo ad pro
ceſſum non quo ad iudiciū. ¶ Gloſ. a
opp.tribus modis.et querit de vno.
Primo oppo.de.l. reſcriptuʒ. de his
qui.vt indig.et recita glo.que incipit
quantum ad non nominatas. ⁊c. Et
1 ſic no.ſecūdum intellectum iſtū † qđ
ſi aliquis appellauit ab omnibꝰ gra
uaminibus illatis ſibi per iudiceʒ in
aliqua cauſa quod nō poſſit proſequi
niſi illa grauamina ad quorū impoſi
tionem non eſt elapſum decendium.
hoc eſt decem dies qui dantur ad ap
pellandum.vt in aut̃.hodie.C.de ap-

a ¶ Lib. xj. allegatur iſte text. p Bar. ī. l. ij. C. de nau. de quo vid. bar. ⁊ doc. in. l. iiij. §. ptor. in penul. col. in verſic. do. Dy. de dā. infec.

pel.arg.huius tex. ❡Redeo ad gl. que opp.de.l.cõtra maiores.C.de ino ffi.teſta.Sol.vt in gl.vel dic qđ ibi dicitur in actore:qui plura auxilia cõ traria nõ poteſt ſimul proponere. vt in l.qđ in heredem.§. eligere.de tribu.hic in reo qui poteſt plures excuſationes proponere cõtrarias ſimul. ❡Sed opp.de.l.propter litem.§.j.j.eo.tit.ꝛ dic vt ibi not.clarius.Item
2 iſte tex.alleg.in arg.† ꝙ ſi aliquis eſt preſens in iudicio:ꝛ nõ vult conteſtari litem:ſed ſemper cum rñdet proteſtatur qđ non facit animo conteſtandi litem:ꝙ iudex poteſt ſibi tempus prefinire.j.qđ litem cõteſtetur: alioquin procedet cõtra eum tanq̃ȝ contra contumacem:non autem habebitur lis pro cõteſtata. quia paria ſunt non venire vel venire et nihil iuſtum ꝓponere vt hic vides.ꝛ hec fuit opi. Iaco.de are.Guil.tenet opi. contrariam de quo habes per Cy.ꝛ gloſ.C. quomodo ꝛ quãdo iu.auť.qui ſemel. et dixi.ſ.de libe. agno.l.j.§.j. et hoc etiam tangit Iaco.de are. ❡Item
3 no.† ex iſto tex.ꝙ ſi iudex dederit terminum reo ad reſpondendum libello intra decem dies.ꝛ ipſe venit intra decem dies ꝛ nõ reſpondet.ſed petit dilationes ad exceptiones producẽdas.ꝙ debeat cõdemnari ad expenſas.quia licet venerit die ſtatuta. tamen nõ facit id qđ ſibi iuſſum fuit.facit ad hoc de opt. leg.l. mancipiorũ.
4 ẜm Io.ꝛ Cy. ❡Item allegatur † ꝑ Mar.de fa.ꝙ ſi aliquis fuit conteſtatus litem ſaluis omnibus exceptionibus ſuis:ꝙ non videatur propterea exceptionem propoſuiſſe. ❡Itẽ preſtat ar.ẜm † Old.ꝙ ſi iudex[a] ſtatuit terminum parti intra quem debeat ꝓponere exceptiones dilatorias.ipẽ autem vna propoſita dicit alijs ſibi saluis ꝓpter hoc non remaneant ſibi ſalue niſi expreſſerit eas.de hoc not. extra de excep.c.paſtoralis.ꝛ de ꝓba.c.quoniam contra falſam.ẜm Oldra.in ver.quinquaginta. ❡Gl.querit de vno quis tenetur ꝓbare an pupillus tutorem ſciuiſſe:an vero tutor ſe ignoraſſe.Et remittit ad.l. quidaȝ decedens.et.l.ſeq.vbi habes caſum quod pupillus tenetur probare ꝛc.

[a] ❡Qđ ſi iudex. vide de hoc per docto.ĩ.l. titie textores.j.de lega.j.

1 ☞ Excuſatio tutoris an ſit in ſcriptis proponenda.
2 Cauſa excuſationis tutoris non delegatur.
3 Receptio ꝛ examinatio teſtium quãdo committi poſſit.
4 Receptio iuramenti teſtium an delegetur.
5 Exceptio qđ poſſit fieri etiam ſine ſcriptis.
6 Proteſtatio an ſit fienda in ſcriptis.
7 Poſitum cauſa exempli trahitur ad omne ſimile.
8 Sufficit vnam de pluribus legibus allegare.

1 **Oportet.** Ibi teſtari. q.d. † non ſolũ poteſt ꝓponi viua voce.ſed libello in ſcriptis. et ſic eſt argu.expreſſum quod eſt in arbitrio tutoris ſecundum Dy. Glo. ſimpliciter tenet quod in ſcriptis. inſtitu.de excuſa.tut.§.qui autem.ꝛ ibi dixi quod illa debet intelligi ſecũdũ iſtam.Ibi tribunal ideſt iudice ſedẽte pro tribunali.nõ autem coram delegato.quia cauſe cognitionẽ requirit.ergo delegari non poteſt. vt hic habes per gl.in fine.ꝛ quod hic proponit Dyñ.intelligas quod hic vult querere legiſlator nunquid excuſatio debeat proponi in ſcriptis vel coram teſtibus. et dicit quod in ſcriptis: vel etiam ſine ſcriptis coram teſtibus:hoc dicit. Iſtud principium exponitur ſecundum Dyñ.in verſi. vel aliter vbi querit nunquid poſſit depoſitiones teſtium demonſtrare coraȝ alio q̃ȝ coram iudice ſedente pro tribunali.ita quod poſſit ſubdelegari. ibi ſub memorationibus ideſt teſtiũ productionibus ſeu depoſitionibus. quia in eis poſite ſunt excuſationes: vt ſupra dixi. Ibi libellos ideſt ſcripturam que excuſationem continet. Glo.oppo.duobus modis. primo oppo.de lege nec quicq̃ȝ.§.primo. de offi.proconſu.et leg.Sol.vt in gl. Not.
2 ex iſta gloſſ.† qđ in cauſa que non eſt delegabilis:vt eſt excuſatio:vt hic in fi.gloſ.poteſt delegari examinatio ꝛ
3 receptio teſtium.An † autem in alijs cauſis criminalibus et ciuilibus poſſit examinatio et receptio teſtium committi.Dic vt in auten.vt defun. ſeu fu.§.illud.de teſti.§.quoniam. et §.ſequenti.ꝛc.ꝛ.C. de fide inſtru. auť. apud eloquentiſſimuȝ.ꝛ.ſ.de teſti.l. tertia.§.diuus.et. §. ſequen. ❡Sed
4 quero † a te an poſſit delegari receptio iuramenti teſtium. Tu habes gloſſ.not.C.de teſtamen. lege hac cõſultiſſima.in fine.in verſi. depoſitiones. et vide quod not.de arbit. lege non ex omnibus. et Archidia. extra de teſtib. capitulo preſentium. libro ſexto et circa commiſſionem examinationis et receptionis teſtium.vide quod not.Innocen.extra de re iudica.capi.cum bertoldus. et extra de teſti.c.cum cauſam.Redeo ad gloſſ.



❡Item opponi.gloſſ.de lege excuſare.ꝛ reſponde vt in gloſſ.Dominus iſte text.allegatur pro ſingulari
5 in mundo ẜm Andre.de piſis † qđ in electione rei eſt proponere exceptionem in ſcriptis vel ſine ſcriptis.in hoc cõcordant etiam Dy.ꝛ Iaco. de are. in auť.hanc querelam.C.de non nu.pecu. Ad illũ text. reſpondet quod ibi excipiens proponebat intentionem ſuam ſiue exceptionem per modum agendi. volo te ſcire quod Iac.de are. format iſtam queſtionem inſtit.de excu.tuto.ſcilicet nunquid exceptio debeat proponi in ſcriptis vel ſine ſcriptis: ipſe ibi non ſoluit queſtionem.nec ipſe Pet.qui recitat dictũ ſuũ in auť.hanc querelam.nec determinat. vt dixi ſuperius:tu habes gloſ.not.formantem illam queſtionẽ in.l.ediles.§.item ſciendum. de edil.edic. que tenet ꝙ poſſit ſine ſcriptis.et hoc tenet gloſ.ff.de eden.l.j.
6 in prin.quam tene cordi.et hoc facit † quod proteſtatio poteſt fieri ſine ſcriptis.Circa quod ſecundũ Andre.de piſis ſic dicas.quod aut loq̃ris in actore aut in reo.Si in actore.et tunc debet fieri in ſcriptis.C.de anna.excep.l.vt perfectius.et eſt ratio quia ſuccedit in locum cauſe principalis in qua habet neceſſe libellum in ſcriptis dare.vt in auť.offeratur.C.de lit. conteſt.ergo ſubrogatũ dicitur eſſe ius nature. vt ſupra ſi quis cau.l.ſi eum.§.qui iniuriarũ. et de nau. feno. l.ij.aut proteſtatur actor in tali cauſa in qua nõ haberet neceſſe agere.et tũc põt ſine ſcriptis: arg.a ſpãli. ſunt eñ caſus ſpãles in qb⁹ ſcriptura req̃ritur. vt illi q̃ no.in.l.ẜhiť.de pign.ꝛ de pact.l. pactũ.ſed iſte non eſt de illis:ergo ꝛc. Aut loqueris in reo.et tunc regulariter poteſt cum ſcriptura:vł ſine ſcriptura: vt hic. Fallit in auť.hanc autem querelam.et eſt ratio.quia ibi releuatur ſaltem in vno.ſcȝ quod non tenetur ex propria confeſſione.non mirum ergo ſi grauatur in alio.vt debeat in ſcriptis proponere. arg.l.eum qui. in prin.de iureiuran.ſecundum Andre.de piſis. Ad auť.hanc autem querelam. reſpondes vt dixi ſuperius quod ibi per modum agendi. Ibi eis dic circa excuſationem proponendam. Ibi ſubiectis.et non habet ſe neceſſe excuſare. quia ipſo iure non datur.
7 Ibi exempli gratia. No.† quod illud quod conſtituitur exempli gratia trahitur ad omne ſimile.facit ad hoc de dam.infec.l.damni infecti.la.ij.ẜm Oldra. et facit.l.j.§.quod vulgo.j.de vi et vi ar.et.l. actionum §.in factum.de act.et obliga.et.j.de condi.et demõ. l.ſi in diem.et inſtit.de excep.§. hec exempli. ❡Itẽ
8 no.† ꝙ ſufficit ꝙ ſubijciatur tantum vnum exemplũ. et ſic facit quod de pluribus legibus ſufficit allegare vnam:vt hic.ꝛ.j.ad.l.cornel. de fal. l.ſi quis obreſſerit.ẜm Andr.de piſis.Ibi ſuppoſitus.i.quem cõſtat non eſſe ſuppoſitum vel ſuperatum.alˀs ſi dubitaretur.haberet neceſſe proponere excuſationeȝ. vt ſ.de iudi.l.ſi quis ex aliena.ꝛ ſi quis in ius voc. non ierit.l.ij.ẜm Dyn.ibi incola.ſcȝ illius ciuitatis vnde eſt ille qui creauit tutorem. ❡Querit glo.de vna q̃ſtione dicit enim ipſa pone quod adminiſtrauit. ille qui non eſt datus de iure nũquid noceat vel quid iuris ſit? Reſpon.vt in glo.

**Libertum.** Recita gloſſ.ꝛ dic fallit in caſu.vt.j.hac eadem.l.final.ſecundum Iacobum de aret. Ibi patroni.i.qui ſunt liberti a quorum tutela ſe non poteſt excuſare libertus ſecundum Dyn. Ibi nepotes.vide que dixi infra de liberis et poſthumis.l.gallus.§.quidam recte. ſecundum Andre. de piſis.ibi ordinem.igitur compellitur ſuſcipere tutelam filiorum patroni et aliorum deſcendentium: niſi poterit ſe excuſare a tutela ſecundum Dynum. ❡Gloſſ.oppo.tribus modis. Et primo oppo. de.l. licet.§.patronos.j. de verbo.ſigni. Solue vt in glo. dic ꝙ eſt ratio propter iuris preſumptioneȝ. que eſt in.l.ſcripto.vnde li.ꝛ.l.nam ꝛ ſi parentibus.ſ. de inoffi.teſt.Item opp.de.l.cum ex oratione.j. eodem. Sol.vt in gloſſ.Item oppo.glo.de.l.nequacq̃ȝ. j.eo. Sol.vt in glo.quam vide.

**Si plures.** Oppo. gloſſ.de.l. nec ſenatorũ. eodem titulo.Et reſponde vt in glo.domi.hanc ſolu.tenet Dy. licet gloſſ.aliter not. in contrarijs.

**Spadonem.** Querit gloſ. de quo ſpadone hic loquitur. Et reſponde vt in gloſſa. et dic ſiue ſit ex accidenti ſiue naturaliter caſtratus.

**Qui patri.** Ibi patri.ſcilicet pupillorꝫ. Ibi excuſationis.cõcordat.ſ.de teſta.tute.l.ex ſententia.et intelligas ꝙ habebat excuſationem a iure communi.

**Scire oportet.** Ibi fuerit.ſcilicet in preteritũ:ſed in preſenti adminiſtrationem deponit. Non obſt.verſi. ſinautem infra eodem. Ibi liberi ſcilicet pupilli. Ibi a cura. propter dignitatem ſenatoriam ſuperuenientem ſecundum Dyñ. Ibi erant ſenatores.alij habent ſenatoris.et ita habuit gloſſ.Si habes ſenatores. Nota qđ pupilli poſſunt eſſe ſenatores. ❡Oppo.gloſ. de lege athlete.cum ſimilibus.ſupra eodem. Sol. vt in gloſ. ❡Secundo oppo.gloſ.de.l.fina.alˀs penul.C.de nup.ꝛ non ſoluit.dic qđ illud habet locum in matrimonio qđ eſt indiuidua coniunctio ſecundũ And.de piſis.Ad.l.tutor reſpõdeas quod iſtud eſt ſpeciale.vel ibi ſuperuenit priuilegium ad impetrationem ipſius. hic vero non ad poſtulationem ſuam. ❡Querit gl. nunquid intelligatur qđ iſtud iſti ſunt alicuius dignitatis.Sol.glo. et bene quod ſic. ❡Contra illam hic oppo.de.l. in dando. et.l.et qui non ſunt.ſ.de tut.ꝛ cura.da.ab his. ſed iſta intelligitur ſcđm illam vt patet in.d.l.et qui non ſunt. ẜm Andre.de piſis.

**Neqȝ.** Ibi rationarios.magiſtri autem rationales regni habent excuſationem a tutela ex eo quod ſuccedunt in locum ſenatorum. ꝛ habent adminiſtrationem. argume.ſ.eo.l.athlete.§. remittuntur.

☞ Leges digeſtorum an fuerint facte poſt aduentum chriſti. 1

**Iam autem.** Ibi non Iudeorum. expoſuit glo.ideſt chriſtianorum. et ſic ſecundum iſtam expoſitionem † habes expreſſe ꝙ leges digeſtorum fuerunt facte poſt aduentuȝ chriſti in virginem.tu habes glo.contrariam in.l. titia.§.fina.j.de auro ꝛ argen.lega. ꝛ.l.j.ff. de iuſti.et iure.in rubri.ꝛ ibi per Guil.dicam in.d.l.titia.§.fiñ. Ibi cultus ipſorum Iudeorum. vt patet ex verbo

ſine moleſtia.ſ.poſito.licet gloſſ.aliter intelligat et male.vt patet per.l.generaliter.§.fi.ĩ.de decu. Bñ. vt glo.et ſic videtur iſta glo.ſentire quod hic ponat ius nouum additum a cōpilatoribus nō iuriſconſultis:quod non eſt verum.licet gloſ.ĩ.verum dicat:qđ aliud erat de iure antiquo:aliud de iure nouo:quantum in caſu per gloſ.poſito.ꝙ tex.videtur dicere ſed 1 aliter intelligitur.vt.ſ.dixi.

**Ratiocinatio.** Expone vt in gloſ.et facit quod primo quis debeat preſtare introitum quam exitum.facit ad hoc quod dixi.ĩ.de condi.et demonſtra.l.q̄uis. ibi numerum. vnde ſunt immunes a tutelis ſecundum Dy.tu vero dicas quod non cōputatur pro vna tutela vt hic in- 1 nuit tex.et bene.

**Liberti.** In hoc ſcilicet ꝙ excuſentur a tutelis aliorum adminiſtratores rerum ipſorum ſenatorum.

1 ☞ An magiſtratus poſſit vindicare iniuriam male iudicantis.

1 **Si ciuitatis.** Ibi fuerit. quia dedit malos tutores. vt patet. ĩ.de mag. cōue.per totum. Ibi tutelis.ſcilicet propter obligationem quam ꝯtraxit.quia malos tutores cōſtituit. 1 Ibi ſed neq̄.ſubaudi predicti aſſimilantur his qui ob honorem ⁊c.al's autem in alijs non aſſimilantur: vt patet ex.l.ſi quis tutor.§.j.ſ.de ritu nup. coniūcto proximo ver.quemadmodum.et cogitabis.ibi tutores.qui appellantur honorarij.vt.l.quod ſi forte. de ſolu. ¶ Nota hic quod magiſtratus municipalis di-
1 citur princeps.et allegatur † quod magiſtratus poſſit vindicare iniuriam male iudicantis.et hoc intelligitur ex tex.et ideo dic.dicitur enim princeps vt vidiſtis.et princeps poteſt eſſe iudex in propria cauſa. vt dixi.ĩ.de heredi.inſtitu.l. et hoc tyberius. et.ĩ.de his que in teſta.delen.l.proxi.et inſtit.de vulga.ſubſtitu.in fi. ¶ Glo.oppo.de.l.tria onera.et de.l.ij.ſ.e. glo.remittit ad id quod no.ibi.et vide bene.

1 ☞ An cōductor predij fiſcalis excuſetur a tutela.

**Qui vectigalia.** Oppo. de.l. prima. ne tutor vel curator vect. con. Solutio dicit gloſſ.ſecus econtra. dic quod tutor non poteſt conducere vectigalia. licet qui cōduxit vectigalia poſſit dari tutor.per iſtum textum videtur opinio falſa:quam tenet Rayn. C. de excuſa. tutorū.l.coloni.vbi tenet quod conductor predij ⁊c.
1 ¶ Not. † ⁊ dic aut loqueris in cōductore vectigalis ciuitatis.⁊ tūc habet locū iſte.§.aut loqueris in conductore vectigalis fiſcalis.⁊ habet locum dictū ſuū. vt ille excuſetur.ſecus ſi conduceret predium.vt probatur in iſto tex.⁊.d.l.coloni.

1 ☞ Quandoq̄ que non proſunt ſingula nec multa iuuant.

1 **Qui iura.** Nota † que non poſſunt ſingula. neq̄ enim vnita iuuant.nec obſt. ſ.eodem l.excuſantur.§.primo.et.§.penultimo.et.l. inſtrumenta.C.de probationibus.et.l. rationes.eodem titulo.quia ibi loquitur de pluribus imperfectis:que erant de eodem genere:et vnū quodq̄ poterat per ſe ſufficere ſi fuiſſet perfectum: hic loquitur de pluribus imperfectis diuerſi generis.⁊ ſic non ꝓſunt ſingula:nec vnita iuuant.ita intelligatis iſtū.§. et.C.qui nu. tu.l.vna. Et eſt ratio. quia in habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus. vt.l. in rem.§. item quecunq̄.de rei vendi.

1 ☞ Immunitas generalis ad que extendatur.

**Qui accepit.** Glo.j.opp.quod debeat habere excuſationē de.l.athlete.§.tutela.ſ.eodem. Solu.vt gloſſ. dic ad illam ꝙ non extenditur ad omnia:ſed tātum ad perſonalia. Item ad realia extraordinaria. vt patet. C. de mu. patri.l.prima.⁊.ĩ.de mune.et hono.l.cui muneris.et de vaca.mu.l.his oneribus. et ſic nota. † ſecundum 1 Dynum quod generalis immunitas non prodeſſet ei ad munus publicum autoritate et vtilitate et perſonale. Item ad realia ordinaria.reſpondeo ad glo. que dicit hic erat tantum vtilitate priuatum. dic ꝙ principaliter.ſed ſecundario eſt vtilitate publicū.vt d.l.athlete.§.tutela.

1 ☞ Teſtificata in vna cauſa quando proſint in alia.

**Qui abſolutus.** Ibi alterius. et etiam eiuſdē pupilli. Et adde quod no.infra de vaca.l.prima.§.primo. ¶ No. 1 ex iſto tex. † qđ quis non poteſt vti depoſitionibus factis in vna cauſa etiam in alia. ¶ Contra quod oppo.de.l.de etate de mino.vbi lata ſentētia ſuper etate facit ius ſuper omnes.Solu. intelligas hunc tex.in eo quod poteſt mutari curſu temporis. ſecus in eo quod curſu temporis mutari non poſſet:puta: quia probauit ſe.lxx.an.certe ſufficit ſibi in alia cauſa. ¶ Ad hoc oppo.de lege is apud quem. et quod ibi nota.C.de eden.Solu.dicas aut illud quod eſt probatum ſemel ſequitur neceſſario verum in futurum vel de natura vel de preſumptione iuris.et tūc acta in vna cauſa proſunt in alia: puta probaui me maiorem: vel probaui me dominum: ⁊ tunc habent locum contraria.vt de arbi.l.penulti.de teſti.l.fina. Si vero non ſequitur qđ ſit verum in futurum id qđ probauerat in preteritum.tunc habet locū id quod dicit.§.noſter.⁊ infra de vaca.mu.l.prima.§.primo. ſecundum Dynum.in hoc concordant omnes.⁊ hec habent locum inter eaſdem perſonas.ſecus ſi inter diuerſas.et ita potes intelligere hunc.§. et legē is apud quem.facit quod not.C.de liber.cau. lege iubemus.et vide per Cynum an acta in vna cauſa proſint in alia.vt lege ſi vt proponis.C.quomodo ⁊ quando iudex.

**Si non extiterint.** Ibi iura ⁊ non habeat alias exceptiones.

1 ☞ Pauper preſumitur officium affectaſſe.

**Eſt autem.** Ibi remiſſionis. et non poteſt ſe excuſare:ibi patrimonij. id eſt eius pupilli qui habet modicum patrimonium ſecundum quoſdam.tu dicas quod tutor modicum patrimonium habebat.licet Dy. ſequatur primam expoſitionem.ibi factus.et propterea in eius adminiſtratione non grauatur. Ibi videtur. ita qđ non proderit ſibi ad excuſationem. ¶ Nota ſecundum 1 eius † intellectum quod pauper tutor preſumitur affectaſſe



affectaſſe tutelam: et ſic ſi aliquis pauper inue- a
a niatur in officio preſumatur officium affectaſſe[a] licet illud quod acquiſiuit non preſumatur habere ex officio.vt patet in lege ſi defunctus.C.arbitr. tut.de quo plene dic.vt extra de poſtulatio. prelat. capitulo primo.

**SI quis inter tres.** Ibi tutelas.ideſt tria onera tutelarum: ibi in numerum trium tutelarum.vt excuſetur a quarta. ¶ Querit glo.qualiter habet iſte tute- 1 lam filij ſui. Et reſpon.et bene allegatur.inſti.de legi.pa.tu.et.ſ.de legi.tu.l.tutor.§.fi.

1 ☞ Pater cogitur etiam pignoribus captis recipere dotem pro filio quem habet in poteſtate.

**Si quis.** Ver. Imperator.al's eſt.§. alias eſt lex.et ab iſto ver.vſq̄ ad ſi tu habes ſupra titulo proximo.l.finali.§.fina.de verbo ad verbum.ſic et alias habes.ſupra de diſtrac.pigno.l.arbiter.et lege finali.vbi habes iſtas.ll.concor.de verbo ad verbum.et ideo dicit glo.quod fuit vitio ſcriptoris.et ſic dicere potes hic. Ibi perſeuerauerit ergo pater faciebat hoc doloſe.quia forte pupilli non inueniebant alium idoneum.et ſic non eſt cōtra.l.ij. infra ad municip.alias non procederet quod hic dicitur vt plene dixi ſupra ſolu.mat.l.ſi cum dotem.§.
1 tranſgrediamur.et facit in argu.iſte.§. † ad queſtionem quam dixi. Ibi ſcilicet quod pater cogatur recipere dotem pro filio quem habet ĩ poteſtate.de hoc etiam habes per Dyn. ſupra de ſuſpec.tuto. l.fina. plene dixi in paragrapho tranſgrediamur.in tex.ibi compellatur captis pignoribus vel mulcta indicta ſecundum Dyn.et Guillel. ¶ Querit gloſ.qualiter debet compelli. Reſponde vt gloſ.in.§. ait pretor.vide quod ibi nota.

1 ☞ Habens prebendam in eccleſia tenetur ſuſtinere onera eccleſie.
Et tutor datus inutiliter qui permiſit ſe confirmari non poteſt ſe excuſare nume.2.

**CAius.** Ibi recuſauerit. hoc quod ponit hic Dyn. habes per glo.de verbo ad verbum.et vide quod not.in lege libertos. C.eodem. et quod
1 tenet ibi glo. † quod vbi habet aliquis prebendam in aliqua eccleſia quod teneatur ſuſtinere onera eccleſie illius in qua prebendam habet.ibi nota.ſcilicet tanquam curator. ibi confirmatus. id eſt cum de eo confirmando tractatur. ita ponit gloſſa.in lege neſennius. infra eodem. ¶ Opponit gloſſa. de lege libertos. C. eodem. Solue. vt glo. Item opponi. de lege ſpadonem paragrapho
2 primo.Solu.vt glo. ¶ Nota † quod ſi tutor vel curator datus inutiliter permiſit ſe cōfirmari quod poſtea non poteſt ſe excuſare:concordat gloſſ. infra eodem lege neſennius. ¶ Contrarium not.gloſſ.in dicta lege ſcire oportet.paragrapho primo. ſupra eodem.et ibi optime dixi.ideo vide ibi.

¶ Officium affectaſſe.et iſte text.allegatur per ci. in.l.teſtium.in princi.in verſi.amittat.ſupra de teſt. in illa.q.an teſtis propter paupertatem repellatur a teſtimonio et dicendum eſt quod licet ſit pauper. ſi tamen non eſt vitioſus nec mendax admittitur quia nō tam ex facultate. ⁊c. vt dicit illa gloſ.et text. in. c. quo iure viij. di. dicit paupe res et diuites vna terra ſupportat.xij. q.j. c. ſi clericꝰ ⁊.c.veniēs ergo ſufficit quod ſit virtuoſus facit quod habetur in c. ſi qui teſtiū. de teſti. ſi enim habent artē tunc clarum eſt qđ non reputatur pauper ſi exinde poſſet viuere gl. eſt in lege ſi quis argentum. ꝺ dona.paupertas enī non eſt de genere malorum ſed facit homines fecundos. iuxta illud Lucani virorum paupertas fugit.⁊ multa de inopia habent in.l.ſi conſtante.ſolut.mat.vide tamen Spec.in titu.de teſte.§.j.ver.item ꝙ eſt pauper.vbi dicit ꝙ ex ſola paupertate quis non repellit ſed ſi concurrit vilitas et paupertas forte ſic q̄ ſunt duo vincula q̄ pauper et ſic ſordeſcit.l.quiſquis. in ver.paupertate ſordeſcant.C.ad.l.iul.maie. et quod habetur in cle.in pleriſq̄.de elec.et quia vilis ⁊ q̄ ſit vilis gloſſ. fina. in lege ne quis.de dig.libro.xij.dicit quod eſſe cuſtodem portarum aut liminū et vēdere ſal et ſepū.et ſimilia officia eſt vile officiū et facit qđ habetur in.l.humilem.C.de inceſt.nupt. et Bald. in c.ſedes apoſtolica.de reſcrip.

**NOn tantū.** Ibi naz. et ſi verum eſt quod dixi ſupra in genere.nunc dicit in ſpecie.

1 ☞ Dictio prope denotat interuallū per ſex menſes.
2 Et quando quis dicatur proximꝰ pubertati.

1 **Nam ſi priorū.** Ibi prope.nota † quod dictio prope denotat interuallū ſex menſium.facit.l.properandum. §. et ſi quidem.C.de iudi. et ꝑ hoc Guil. de cug.ſupra de iureiuran.l. qui iuraſſe.in princip.reprobat gloſſ. alibi poſitam. ſcilicet in lege prima.in fine. de noua. et de regu.iur.l.pupillum.et inſtitu.de obliga.que ex delic. in fine.et
2 de inuti.ſtipu.§.quod dicimus. que † dicunt quod proximus pubertati dicitur ille qui eſt in decimo anno cum dimidio.nam vides quod deberet dici in maſculo proximus pubertati ille qui eſt in.xiij.anno cum dimidio: in femina que eſt in.xj.cum dimidio.Dyn. etiā ſequitur opi.Guil.in lege prima. in fine.infra de noua. ego ſuſtineo gl. ex eo quia gloſ. conſiderauit tempus quo pupillꝰ eſt doli capax ad hoc qđ poſſit obligari ex contractibus et delictis. In lege noſtra.cōſiderauit quo ad finiendam tutelam. facit.in auten. vt exac.inſtan.do.§.ſi.colla.ij. ¶ Alij etiam ſaluant gloſ.reſpond. etiam ad iſtud quod dicit text. quod non tollit quin poſſit dici proximus pubertati ⁊ ille qui eſt in.x.anno cum dimidio.ſcilicet vſq̄ ad.xiiij.ſemper dicitur proximꝰ pubertati.quod enim pluris eſt vtiq̄ tanti eſt.vt in lege penulti.de in

litem iuran.et ſic denotat accidentiã facti et non mi-
niſterium iuris.et opiñ.Guil. probatur extra de de-
ſpon.impub.c.continebatur.et dixi in dicto.§.finali.
ibi dum dicit cogitur prope pubertatem.

1 ☞ Immunitas aliquando conceditur propter no-
bilitatem.
2 Priuilegiũ conceſſum caſtro an videatur conceſſum
villis ſibi ſubiectis.remiſſiue.

1 **Illienſibus.** Ibi no.†quod aliquando pro-
pter nobilitatem cõceditur im- 1
munitas vt hic.Ibi romane quia forte deſcenderũt
a romanis vel alijs a quib⁹ romani ꝛc. et facit quod 2
no.Ray.C.de iure do.l.etiam.de quo dicaꝫ infra de 3
2 leg.iij.l.predijs.§.titio.Sed †nunquid ſi eſt conceſ-
ſum priuilegium caſtro:videatur conceſſum villis ſi 4
bi ſubiectis.Dic vt dicam in dicto.§.titio. ¶ Opp.
glo.de.l.j.in fine.ad munici.Solu.vt glo.

1 ☞ Auctis facultatibus tenet priuilegium pauper-
tatis.

**Eos.** Ibi in corporibus.ſcilicet approbatis:ibi 1
immunitatem.a munerib⁹ que ſunt publi-
ca autoritate et vtilitate.et in hoc differt a ver: con-
tra.Ibi exterorum.ideſt eorum qui non ſunt de cor-
1 pore fabrorum. ¶ Ibi adaucte.Not.†quod priuile
gium paupertatis ceſſat adauctis facultatibus . fa-
cit pro hoc.infra de vaca.mu.l.his.honoribus.§.au-
ctis.et de iure immu.l.ſemper.§.negotiatores.et.C. 2
arbi.tute.l.ſi defunctus.et infra de mune. et hono.l.
cura.ſecundum Iaco.de are.ibi fuerunt.et negotia-
tio nõ eſt aucta.alias excuſaretur.vt.l.ſemper.§.pe-
nul.infra de iure immu. So. vt in gl.Itẽ gl.op.de l.
ſemper.§.negotiatio.et.§.penulti.Solue. vt gloſſ.et
ita dixi ſuper text. ¶ Item oppo. de.l.ſpadonem.§. 3
qui accepit.Sol.vt ibi:quia tutela eſt munus publi-
cum autoritate.vt ibi no.

**Non omnia.** Tamen innuit in penalibus
que ſunt publica,autoritate ꝛ
vtilitate.ibi priuilegium.ideſt durante adminiſtra- 4
tione.conceſſum fuit priuilegium per habentem po-
teſtatem.Gloſſ.oppo.de.l.ſemper.§. negotiatores.
Sol.vt in glo.

**Is qui.** Gloſſ.querit quis dicitur fungi edili-
tate.Et reſponde vt glo. ſimile ſupra
de cõpen.l.ideo,et facit.j.eo.l.meſſores.

**Sane.** Ibi vacante autem.ideſt excuſationem
habente. Ibi eos.ideſt habentes hono-
res.Ibi tutele noue,ideſt nõ veteris ſecundum Dy.
ibi vocati ideſt excuſationem habentis . ibi non eſt
ſimilis honor.ideſt iungitur propter quem non im-
pediatur tutele adminiſtratio. alias bene excuſare-
tur.vt.l.ſpadonem.§.ſi autem.ſupra eodẽ. et.l. pro
pter magiſtratus.et ibi not. ¶ Glo.oppo.de.l.ſpa-
donem.§.ſcire.ſ.eo.Sol.vt glo.

**Domini.** Ibi nauium.ideſt nauigantium p
vtilitate publica ſecundum Dynũ.
Gloſſ.opponi.de.l.hi qui.de excu.mu. Solue vt in
gloſſa.

**Inquilini.** Ibi a tutelis.ſcilicet extraneoꝝ.
et vt intelligatis gloſſaꝫ.expone
vno modo inquilini. ideſt aduene morantes in ca-
ſtris non ſunt ponẽdi ad tutelas eorum qui nõ ſunt
de eodem caſtro vbi habitant.vel dic quod inquili-
ni caſtrorum ſunt hi qui erant deputati ab imperato
re ad tutelam alicuius caſtri. hi bene impediuntur
ſuſcipere tutelam illorum qui non ſunt de illo loco
ad hoc vt non impediantur ad cuſtodiam ſeu curaꝫ
caſtri ſibi deputatam et aſſignatam. licet gloſſ.hãc
reprobet.

1 ☞ Mulier poteſt abeſſe cauſa reipublice idẽ pu-
pillus.
2 Cauſa ſapit naturam ſui cauſantis.
3 Filij amiſſi in bello quam excuſationem preſtent pa
tri.
4 Statutum quod equi mortui in bello emendentur a
communi quod non habet locum in vulneratis ꝛ po
ſtea in domo mortuis.

**Bello amiſſi.** Iſta .l. fa-
cit ad pul-
cherrimam queſtionem . vt ſta-
tim dicam.Ibi ſex⁹. Nota †quod 1
mulier poteſt abeſſe cauſa reipu-
blice.idem in pupillo.propter ver
bum vel etatis.quod ſtatim ſequi
tur.facit ad hoc.l. poſtliminiũ.in fine.infra de capti.
ibi hi qui fuerunt in acie mortui. non autem hi q̃ per
cuſſi fuerunt in acie et in domo mortui fuerunt . Ex
2 quo nota †quod cauſa cauſata nõ ſapit naturam ſui
cauſantis.facit infra de fun.inſtru.l.finali.in contra-
rium facit de aduo.diuer.iudi.l.fori. Sed poteſt re-
ſponderi ad iſtũ textum quod ſit ſpeciale fauore pu-
pillorum.vt ſtatim dicam in que.extra glo. ¶ Que-
rit gl.nunq̃d habeat locũ in filijs in poteſtate. an in
3 emancipatis.Reſpon.vt glo. ¶ Querit glo. tu vi-
des hic quod filij amiſſi in bello proſunt patri ad
excuſationem.ſed nũquid proſunt quo ad alia.Et re
ſponde et bene quod ſic.ſubijcit gl.item proſunt mu
lieri quo ad hoc vt poſſit adoptare.et allega. inſtit.
4 de adop.§.femine. ¶ Iſta.l.inducitur †ad queſtio-
nem vulgarem.ſtatutuꝫ eſt bono.quod equi mortui
in bello debeant emendari ſtipendiarijs : contingit
quod equus ſtipendiarij eſt vulneratus in bello ꝛ po
ſtea mortuus in domo . Certe non debet emendari:
oportet enim quod ſit mortuus in acie ad hoc vt cõ
ſequatur priuilegium.in contrarium facit infra de in
cen.rui.nau.l.j.§.ex incendio.et de dam.infec.l. dam
ni.§.ſabi.et ſupra ad.l.aquil.l.huic ſcripture. et.l.qui
occidit.§.in hac actione.et.l.ita.et.l.neratius. in fin.
cum ſimi.et hoc videtur verũ de iure.Sed quia ſta-
tuta ciuitatis non recipiunt interpretationẽ dici poſ
ſit quod non debeant emendari nam non eſt de pro
pria ſignificatiõe vocabuli.vt illud cenſeat amiſſum
q̃ occaſiõe alicui⁹ rei eſt amiſſum . et hãc partẽ hic
ſecutus fuit do.Dyn.Alber.de bobio tenuit contra-
rium pro quodam domino de ſabaudia qui erat tũc
poteſtas huius ciuitatis:per iura preallega. ¶ Ad
legem iſtam poteſt reſpõderi quod hic tractatur de
priuilegio.in cõtrarijs agitur de iure communi quod
fortius eſt q̃ꝫ ſpeciale ius.et ideo magis extenditur.
vt in auten. de non alie. §. quia vero veriſimile . et



ad velle.l.antique.vel dic q̃ hic inductum eſt vnum
ſpeciale:ſcilicet quod amiſſus in bello intelligatur vi
uere:ergo nõ poteſt induci aliud vt cenſeantur amiſ
ſi qui ſunt percuſſi.et in domo mortui . vt. ſ̃ .de iure
dotium.l.cum poſt.§.gener.et.C.de do.promiſ.l. pri
ma . que reſponſiones non placent mihi quia idem
inuenitur in queſtione noſtra quia non debet ei emẽ
dari equus de iure communi . ſed tantum ex forma
ſtatuti.Reſpond.ad iſtum textum.ſecundum And.
de piſis .ſcilicet quod hic ſpeciale fauore pupillo-
rum.vt habeant plures qui ſint tutores eorum . fa-
cit.j.de noui operis nuntiatio.l . nam reipublice in-
tereſt.et hanc opinionem tenet hic Ray. et hanc ſe 1
quitur Dynus in dicto.§.ex incendio.licet hic aliter
et eam ſequitur de Barul.C. de ſilentiarijs. l. finali.
libro.xij.et ibi dixi. de hoc dixi inſtitu.de excu.tuto.
§.ſi in bello.

**Illud.** Ibi vſitatum. Nota quod ar-
guimus ex conſuetudine. facit
j.de ſponſa.l.ij.ibi his.ſubaudi tutoribus
et curatoribus.

**Si pupillum.** Ibi patruus.de 2
niq̃ꝫ tutor legiti
mus. Ibi in eo. ſcilicet ſuſpecto ſecun-
dum Dynum ibi a tutela.et ratio eſt.j.
l.proxima.in principio.ibi ita. ideſt eo
vt ſuſpecto remoto.ibi expedire. cum autoritate al-
terius creati de nouo.

1 ☞ Sicut ſpoliatus omnibus bonis non poteſt ac
cuſari niſi bonis reſtitutis ita ſpoliatus maiori par-
te bonorum.

**Propter.** Ibi litem. que erat an-
teq̃ꝫ daretur tutor:inter
ipſum et pupillum.ibi parte eorum.fa-
cit pro eo quod dicitur extra de reſtit.
ſpolia.c.frequens.libro.vj.ſcilicet quod 3
1 †ſicut ſpoliatus omnibus bonis non poteſt accuſa-
ri anteq̃ꝫ reſtituatur: ita ſi ſit ſpoliatus maiori par-
te bonorum.et vide quod notat Ioan. mona. in di-
cto.c.frequens. et de electio. c.j.et not. in autenti.vt
hi qui ob.§.hec omnia.qui eſt poſitus. C.qui da.tu.
poſ.autentica minoris.Et reſponde vt gloſſ.dic opi
nio.Azo.hoc tenet Dyn.et hanc ſequitur Ray.licet
gloſſ.non bene firmet pedes in autenti. minoris. et
hoc tenuit in iſta queſtione quam diſputauit Bono.
quia.§.hec omnia.vt hi qui ob.non ponit aliam pe-
nam niſi vt perdat debitum.ad hoc etiam facit.l.ea
quidem.C.ſi mand.ita fue.alij tenent opinio. Hug.
et gloſſ. in.l.pater.ſ̃. de procuratori. quam ſequitur
Iacob.de bel.in dicta auten. et in dicto. §. hec om-
nia.vt ibi dixi in ver. neq̃ꝫ tutor remanebit ꝛc. hanc
ſequitur Iacob.de aret. que videtur vera per iſtum
text. ¶ Querit gloſſ.quid in queſtione ſtatuti.reſpõ
de vt in glo.

1 ☞ Delegatus inter clericos nõ poteſt trahere cle
ricos vltra duas dietas extra prouinciam ſecus in
prouincia.
2 Iudex an poſſit dare tutorem etiam reb⁹ extra ſuã
prouinciam exiſtentibus.
3 Iudex q̃ poſſit ferre ſententiam etiam de rebus ali
bi exiſtentibus.

**Qui ſe.** Ibi de quibuſdam.propoſitis. ibi in-
tra tempora.ſcilicet quinquaginta die
rum a tempore cognitionis ꝛ confirmationis cõpu-
tandorum:vt.ſ̃.eo.l.ſcire oportet . §. quinquaginta.
ſecus ſi vltra tẽpora.et hoc tollit contrariũ. ¶ Glo.
contra hoc oppo.de.l.ſcire.ſ̃.eo.Solu.vt in gloſ.ſe-
cunda ſolu.eſt verior. ¶ Item oppo.de.l.ſed et ſi ſu
ſceperit.ſ̃.de iudi.Solu.vt glo.ꝛ bene. ¶ Sequitur
verſi.licet ibi datus intelligatur in dubio.ibi prouin
cia.tunc enim non excuſatur:licet ſit vltra centeſimũ
miliare.et per hoc determinat Iaco.de are.in.c. ſta
tuimus.q̃ hodie incipit ſtatutũ.extra de reſcrip.lib.
1 vj.quod †dicit q̃ vbi iudex eſt delegatus inter cleri-
cos q̃ nõ poſſit trahere clericos vltra duas dietas.
et debet iſtud intelligi extra prouinciam in qua eſt
delegatus.nam intra prouinciam poterit etiam vl-
tra duas dietas trahi vt hic et ibi.ꝛ ideo veri⁹ ſol.ꝛ
dic q̃ redit ad princi.§.non autem.ꝛ refert ſe ad pro
ximam expoſitionem. Ibi illarum. quarum admini
ſtratione facta eſt excuſatio ſm Andre.de piſis. ibi
eius.ſcilicet illius prouincie vbi ſunt bona . ſm Dy.
2 ibi datur.ſcꝫ alias tutor. ¶ Glo.opp.†de.l.nõ ſolũ.
§.et qui teſtamento.ſ̃.eo.Solu.vt glo.ꝛ videtur no
tare ibi totum econtra quam hic . videlicet q̃ hic in
ſimpliciter dato diſtinguat vtrum fuit datus a teſta
tore vel a iudice.vt primo caſu habeat neceſſe ſe ex
cuſare.Secundo caſu non:niſi fuit datus ab impera
tore.vel eius iuſſu.licet non expreſſe determinet pa-
trimonium ad quod datur tantum in ea prouincia
vnde eſt.tunc enim non haberet ſe neceſſe excuſare.
et ita loquitur contrarium.facit quod nota.ſ̃. de tu-
tel.l.qui habet.pro iſta gloſſ.eſt de teſtamen . tutel.
l.certarum.et.l.ſequen.et ſic ſi teneres illam gloſſ.et
tunc non facit ad id quod not.hic Iacob.de are.qui
iſtam gloſſ.ſequendo ſupplet ad gloſſ . quod intelli-
gitur in iudice originis vel domicilij.et facit pro gl.
3 †quod iudex poteſt ferre ſententiam etiam de re-
bus alibi exiſtentibus.de interrog.actio. l. finali.de
preſcrip.long.tempo.l.finali.Item quia ex quo com
mittitur alicui perſona et res etiam debet committi
C.ne fideiuſ.do.den.l.ij.et de penis.l.finali. ¶ In cõ
trarium facit.ſ̃.de tuto.et curato.da.ab his.l.pupil
lo.et.j.eodem.l.iuriſperitos.§.cum oriundus.de bo
nis autori.iudi.poſſiden.l.cum vnus.§. is qui.indu-
citur etiam.quod no.in dicta.l.non ſolum.§. ꝛ qui te
ſtamento.ſ̃.eodem.vt dixi.intelligit tamen Iacob.
de aretio.quod non fecit mentionem patrimonij:vt
hic patet in text.et gloſſ. ſed vbi feciſſet mentionem
patrimonij.tunc eſſet ſecus vt in contrario allega.et
ita etiam poſſes diſtinguere gloſ.que eſt in dicto.§.
et qui teſtamento.ab iſta.l.hanc etiã ſequitur Ray.
qui dicit eſſe valde nota . ¶ Ad primum tamen ſa-
tis opponi.de.l.magis puto.§. illud. infra de rebus
eorum.ſed poteſt reſpõderi quod ibi loquitur in de
creto interpoſito ſuper re. et poteſt fieri ſicut poteſt
ferri ſententia pro rebus exiſtentibus alibi.vt dicto
§.is qui. et ibi nota . ſed tutor non videtur poſſe da-
ri pro rebus alibi exiſtentibus . quia quando iudex
dat decretum adminiſtrationis: tutor videtur con-
trahere quandam actionem adminiſtratiõis: quod
non poteſt iudex in alia prouincia . vt dicto . §. is
qui.vel dic quod ibi non exprimitur quod pretor de-

Dyn. dicit ꝙ videtur ꝙ iure non reperiatur cautum ꝙ tabellio computetur in numero teſtiū: nā hic non: quia ſcribens non erat tabellio: nec eſt neceſſe. vt in ĳ. glo. nec in. §. ſed q2. ibi non erat tabellio nec requiritur: ſed numerus teſtiū ſolus. Nō obſtat in auten. de inſtru. cau. ꝛ fide. §. opoꝛtet. vt ibi no. vnde ipſe diſtinguit ſic: aut ad ſolennitatem requiritur certus numerus teſtium ꝛ tabellio: ꝛ tunc tabellio non computatur in numero teſtium. vt in autenti. de inſtru. cau. et fide. §. ſed ſi inſtrumenta. ſed ſi ꝓbaretur ꝑ teſtes dicit ipe quod credit qꝺ tabellio poſſit eſſe teſtis: vt alĳ: ſed vbi ſufficit ad ſolennitatem ſcripture certus numerus teſtiū: nec requiritur tabellio: tunc computatur tabellio in numero teſtiū: vt hic. ita dicit Dy. Glo. foꝛmat[d] hanc queſtionē in. l. hac conſultiſſima. C. qui teſta. fa. poſ. ꝛ ibi recitat opi. Baldini antiqui doc. ꝛ gloſſatoꝛis que eſt vera: ꝛ tenetur ab omnibꝰ. et per Dyn. in diſt. illa: nam in omni inſtrumento publico requiritur tabellio et ſolēnis numerus teſtiuʒ ad hoc vt inſtrumentum pꝛobet: vt. d. §. ſed ſi inſtrumenta. vnde ſi quis nitebatur[e] pꝛobare per inſtrumentum notarius nō poſſet ſe inſcribere vt teſtem ꝛ notarium: ſed ſi nollet quis pꝛobare per inſtrumentum ſed per teſtes: tūc tabellio poſſet eſſe teſtis[f] ſm omnes. Et aduerte qꝺ dixi qꝺ lʒ ſit notarius rogatus tantum ad ſcribendum tamē poteſt eſſe teſtis: et habet loco teſtis rogati: vt hac. l. ¶ Querit glo. † an ſit neceſſe qꝺ ſcriptoꝛ rogetur. ꝛ glo. dicit quod non: ꝛ dicit veritatem: quia qui eſt rogatus ad ſcribendum tantum non ad publicandum nō debet rogari: quia non facit fidem ſicut inſtrumentuʒ: ſecus ſi ad publicandum.

Monachꝰ an poſſit eſſe tabellio: ꝛ q̄d de alĳs clericis: remiſſiue.

Notarius poteſt ſcribere ꝛ publicare eius teſtm̄.

Notarius poteſt ſcribere ſibi inſtrumentū pꝛocurationis ꝛ valet pꝛeterq̄ʒ in cautione de rato: quia nō poteſt a ſeipſo ſtipulationem recipere.

Seruus. Opp. C. de tabu. l. generali. lib. x. Solu. glo. hic non ſcribit vt notarius. Eſt enim piuata ſcriptura: ꝛ iſta ſcriptura ſigillabitur ꝛ poſtea aperietur et publicabit ſm qꝺ dicam. ĳ. quemadmo. teſta. ape. l. ĳ. §. ĳ. Et qꝺ hec ſit ſcriptura piuata: apparet ex ratione quā addit gloſ. cum et ipſe teſtatoꝛ ſcribere poſſet: ita dicit gl. quam no.[g] ¶ Pꝛo declarāda iſta gl. foꝛma duas queſtiones. pꝛima quid in monacho vel alio ſacerdote cū nō poſſint eſſe notarĳ: habemꝰ hodie text. extra de here. c. officiū. lib. vĳ. facit extra ne cleri. vel mona. c. ĳ. ꝛ Spe. idem ꝙ nō poſſunt in tit. de ſtatu mona. §. ĳ. verſi. xxvĳ. vel. xxxvĳ. ſed dic ſm iura antiqua ꝙ pōt perficere: ſed iura iſta loquūtur in monachis † quid in alĳs clericis[h] vide in locis. ſ̄. alleg. ¶ Secūdo quero an notarius poſſit ſua manu ſuū teſtamentū ſcribere † vel publicare. Iſta gl. videtur velle ꝙ non: ſicut ſeruus nō poteſt: ita nec ipſe poſſet: ꝛ hoc voluit gl. hic. Ego credo ꝙ poſſit quia nō video quid repugnat: ꝛ per. l. ſi cōſul. ſ̄. de adop. et per. l. apud. ĳ. de ma. vindi. ſed ſi eſſet aliqua repugnantia ipſemet non poſſet. vt qñ ipſemet notarius ſcribat inſtrumentum pꝛocurationis[i]: bene valet niſi in



cautione de rato in qua non poteſt a ſeipſo ſtipulationem de rato † interponere: vt cum apud ſeipſum nō poſſet ſe obligare. vt. l. ĳ. de ſtip. ſer. ſed pꝛobatio mandati bene pꝛobabitur per illam ſcripturā. vt. l. licet. §. ſi plures melius in. l. ſi pꝛocuratoꝛem abſentem. ſ̄. de pꝛocu. 3

a Ex ea ſcriptura.[a] Ex ſcriptura non lecta vel publicata coꝛam teſtibus non pꝛobatur teſtamentum. hoc dicit. Simile habetis. in. l. fideicōmiſ. §. ĳ. de legatis iĳ. dixi in. l. ſi is qui. ſ̄. eodem. c 1

b Ex his verbis.[b] Uerba: ſi non valet iure teſtamenti ꝛc. impoꝛtant vt debeantur relicta a venientibus ab inteſtato. hoc dicit. et dic vt in glo. ¶ Quero que fuerunt iſta verba. Dic vt in gloſſa. ¶ Quero an virtute iſtoꝛū verboꝛum tota hereditas veniat reſtituenda inſtitutis d. ſi teſtamentum non valet. Gloſſ. hic videtur dicere quod ſic: quam no. de hoc eſt text. infra de teſta. mili. l. querebatur. ver. vtrum autem. dixi plene hanc materiam de iure codicilloꝛum. l. ĳ. 1 e

1 Teſtis qualiter ſe debeat ſubſcribere teſtamento.

2 Quando pluribus committitur aliquid faciendum non poteſt illud expediri per vnum de voluntate alioꝛum.

Singulos. Hic ponitur foꝛma qualiter teſtꝭ debeat ſe ſubſcribere. Pꝛimo enim quilibet teſtis debeat ſe ſubſcribere per ſe: nec poteſt vnus alĳ committere. Secūdo debet ſubſcribere nomen ſuum. Tertio debet ſubſcribere ſe et debet ſubſcriptio continere nomen teſtatoris: dicit ergo ſic. † Ego talis dico et aſſero me eſſe adhibitum in teſtem in pꝛeſenti teſtamento facto ꝑ talem: ideo pꝛopꝛia manu me ſubſcripſi et meo ſigillo ſigillaui vt hic. et ſupꝛa eodem lege ad teſtium. §. ſi quis ex teſtibus. ¶ Nota. † quod quando pluribꝰ committitur aliquid faciendum non poteſt illud expediri per vnum de voluntate alioꝛum. Idem no. ſ̄. de arbi. l. ſicuti. ¶ Oppo. C. de teſta. l. finali. dicit gl. ibi eſt ſpeciale in teſtamento ruſtici: vel verius ibi loquitur in teſtamento nuncupatiuo: hic de teſtamēto in ſcriptis. c 1 2 d

1 Quando verba enuntiatiua pꝛobent in vltima voluntate.

Filius bona. Uerba pꝛolata cauſa iactantie non inducunt diſpoſitionē. hoc dicit. ¶ Op. quod † verba futuri tempoꝛis in teſtamentis inducunt diſpoſitionem. vt. l. pamphilo. §. pꝛopoſitum. infra de lega. iĳ. Solu. ibi fuerunt verba pꝛolata ſolenniter accerſitis et cōuocatis amicis. hic fuerunt pꝛolata per modum iactātie: facit. l. conſenſu. de actio. et obligatio. l. obligationum ſubſtantia. eodem titulo. Quid ſi dicam vellem mihi talem heredem adhibitis ſeptem teſtibꝰ: vel dico quod vellem eſſe heredem in titium: dic vt. l. fideicōmiſſa. §. ĳ. de lega. iĳ. 1

factam manu alicuius notarĳ poſſit pꝛobari negotium quod ſpectat ad ipſummet notarium. vide per Guil. et Bald. in lege ſi conſul. de adop. et Bar. in lege. ĳ. de ſtipu. ſer. per Joan. and. in regula cum quid vna. de reg. iur. in. vĳ. in mercu. et Bald. in ſauk. cōtra qui ꝓpꝛiā de non nu. pecu. Bar. in. l. impuberem. de fal. ꝛ in. l. ĳ. in lec. C. de his qui ſi. aſcri. ꝛ bar. in. l. ex ſententia. ſupꝛa de teſta. tu. Adde an poſſit rogare teſtamentū in quo filius fratris eſt executoꝛ. Bal. cōſil. cclxĳ. ĳ. volu. et ad pꝛopoſitum de quo loquitur in apoſtil. vide Bal. cōſi. xiiĳ. iĳ. volu.

¶ De liberis et poſthumis[c] heredibus exhibendis et cōſtituēdis. Rub.

Pꝛonomen alicuius non eſt ponendum in inſtrumento ſi nomen eſt tale in quo non cadat dubitantia et q̄ ſit differentia inter nomen pꝛonomen et agnomen.

Quid ſit. In. l. ĳ. et ĳ. ponit q̄d ſit noiatim exheredare. ¶ No.[d] ꝙ nō eſt neceſſe † poni ꝓnomē i inſtrumēto[e] alicuiꝰ qꝺ

a ¶ Ex ea ſcriptura. vide qꝺ no. bald. in. l. contractus. in. v. col. de fide inſtru.

b Andr. Po. ¶ Ex his verbis. Amplia etiā qñ teſtamentū eſſet ruptū ex cā pꝛeteritionis. Alex. cōſil. xvĳ. incipien. circa pꝛin. in. iĳ. col. in. ĳ. vol.

c ¶ De libe. et poſthu. Adde inquātum Alex. pꝛemittit qui veniāt appellatione liberoꝛū bal. cōſi. ccxviĳ. lib. ĳ. do. Car. conſi. lx. vbi voluit ꝙ in ſtatutis appellat. liberoꝛū veniāt poſthumi poſt moꝛtē teſtatoꝛis nati: et inquantū ponit ꝙ legitimatus rūpat teſtm̄ ſicut poſthumus. adde Abb. cōſi. lxxxvĳ. li. ĳ. bal. cōſil. ccccxlĳ. li. iiĳ. Pe. de ancha. cōſi. cclxxiiĳ. Pau. de ca. cōſil. ccxxĳ. et an reuocet donatio per natiuitatē filĳ legitimati: Bal. cōſi. lxix. voluit ꝙ ſic.

d ¶ Not. ꝙ. Et ſic facit ſi ſtatutū dicit qꝺ in inſtro dʒ poni nomē et cognomē cōtrahentiū: alias ſit nullū. Bal. hic vult qꝺ nō eſt omittendū lʒ eſſet notoꝛiū: et vide Ludo. Romā. in lege hac conſultiſſima. Andre. Barba.

Andreas Pomate. ¶ No. ꝙ. vide Feli. in pꝛoemio decreta. in. xiĳ. col. Et nunquid in libello requiratur pꝛonomen. vide Feli. c. cū acceſſiſſent. in pꝛinc. de conſti. et. c. ſi. in vlt. col. de excep. et in ru. de reſcri. in. ĳ. col. ver. ſcias.

e ¶ Inſtrumēto. Adde ꝙ idē voluit Bar. in. l. demōſtratio. in. vĳ. q. ĳ. de condi. et demon. ꝛ in. l. libelloꝛū. de accuſa. Bal. in lege certum. ſupꝛa ſi cer. peta. Jo. andre. in addi. Spe. in titu. de inſtru. edi. §. breuiter. in addi. ici. dicit accurſius. ſed ſi ꝑſona nō erat ſingularis: voluit Bar. vbi. ſ̄. ꝙ exprimat nomē cū duabꝰ alĳs demōſtrationibus: per. d. l. hac cōſultiſſima. et l. foꝛma. qꝺ ipſemet Bart. intelligit in. l. ſi itē. ſ̄. de rei ven. hoc eſſe verum vbi pꝛobatum eſſet eſſe plures eiuſdem nominis ſed ſi non eſſet pꝛobatum ſufficiat expꝛſſio ſoliꝰ nois ꝓpꝛĳ ꝑ tex. in. d. l. ſi rem. et ibi tradit cautelā quā vide: idē tʒ do. Ant. in. c. ĳ. de libel. obla. et vide Bar. cōſi. cclxxix. incipien. Martinꝰ baron. et vide Roma. cōſi. cccxvĳ. in fi.

a ⁓Andr. Poma. ¶ Qđ ibi. vide Feli. c. ſi. in. ij. col. ver. video. de proba. et. c. ſi. in. vj. col. de preſump.
b ⁓Andr. Poma. ¶ Quod teſtator. Quod Ange. nõ placet. q2 ibi reqritur ſpecialis reuocatio: ſed iſta non eſt ſpecialis reuocatio: ergo ⁊c. et vide Dyn. in
rub. de re
iud. vbi di   intellige ſi erat nomē tale de quo nul-
cit qđ vbi
eſt eadem ratio incluſorum indefinita equipollet. vi de. l. j. C. de libe. prete. licet illa non alleg.
c ¶ Unū teſtamētū. Adde qđ Pau. de ca. dicit Ang. tenere cõtrarium. idem tenent Imo. et Raph. q2 ſi opi. Bar. eſſet vera nūq̃ requireretur ſpecialis clauſula q2 nunq̃ põt precedere niſi vnū teſtm̄ validū ſi enim mille feciſſet per vltimū ſunt ſublata: vt inſti. q. mo. teſt. infir. §. priore. ſi ergo poſtea fiat aliud cum mentione generali non põt plus operari iſta mētio generalis quam ſpecialis: ſed ſi dixiſſet velle illud valere non obſtante teſtamento facto tali die et in preſentia taliū teſtamentū hoc non ſufficeret niſi autem fieret mentio de clauſula derogatoria puta non obſtante aliqua clauſula derogatoria ibi contenta ꝑ glo. no. in. l. ſi mihi et tibi. j. de lega. j. que incipit expreſſe. de quo latius ꝑ Fede. conſi. xlvij. ⁊ lvj. ⁊ ccvj. per Pau. de ca. conſi. cclxiij. per Ro. conſi. cclxxxv. et. ccxcij. per ang. conſi. cccxiij. per ange. etiā conſi. incipien, quedā. d. vana. per Bal. xxij. i ij. vol. et melius conſi. clxxviij. iiij. vo. ꝑ bar. conſi. xxij. inci. vt dixit.
d ⁓Andreas Pomate. ¶ Et ſpecialiter penituiſſe. Contrarium conſuluit Pau. de caſtro. conſi. cclxiij. et vide Barto. conſi. xxj.
e ¶ Item facit. adde q2 idē tenuit Bal. in. d. l. demõſtratio. et iuribus pauloante allegatis pro quo facit q2 licet locus loci ſit apponendus in inſtrumento. vt per Bar. in. l. de pupillo. §. cui nūtiatur. j. de ope. no. nun. et per Io. and. in addi. ad Specu. in titu. de inſtru. edi. §. inſtrumentū. el. ij. ver. quid ſi locus. tamē fallit qñ ex ſerie facti appareret de loco loci ſi fieret inſtrm̄ de ſolu. facta theſaurario: vt per Guil. de cu. et bal. in. l. cõparationes. de fi. inſtru. per tex. in. l. j. C. de apo. pu. et quod locus loci etiam in teſtamēto qñ aliter claritas apparet non vitiet non appoſitus tenuit Bal. conſi. xlij. lib. iiij.
f ¶ Mris. adde ſm Bal. cautelā ad iſtituēdū ſpuriū vt dicat inſtituo filiū talis mulierꝫ nõ dicat filiū ſuū ne ex inſpectione teſti reddat inſtitutio nulla: nā qui vult dicere inſtitutionē nullā hꝫ neceſſe ꝓbare q2 ille fuerit filiꝰ teſtatoris: nā ⁊ h̄ erit difficile maxie ſi illa habeat maritū: et ſequit̄ Pau. de ca. h̄ et cautelā inſt. ſpuriū. vide per Ro. cõſi. xiiij. et Bald. cõſil. cxxxj. iij. volumine.
g ¶ Pro ſtatuto. Adde quod predicta procedūt etiā ſi vera ſint verba prolata vt ſi dico tibi ſur:cū in veritate ſis: vt not. in. l. eum qui nocentem et ibi Bart. infra de iniu. per Cy. in lege ſi non conuitij. infra de iniu. cū quibus tranſit hic Ange. §. contra quos. ver. ſed quid ſi voces cucurbitam. Cañ. in. c. accedēs. de purg. cañ. And. de iſer. c. j. §. preterea. in titu. que fue. pri. cauſa bene. amit. Alb. de roſ. ij. parte ſtatutorū. q. xliij. et hanc materiam fere per tres co. examinat Oldra. conſilio. liij. incip. conſueuit dubitari: et vide Bal. conſi. xlv. iij. volu.

la poterat eſſe dubitatio: vt in gallo preſſo. alias ſecus. vt. C. qui teſta. facere poſſ. l. hac conſultiſſima. et ibi not. et ſupra de teſtamen. tutel. l. duo ſunt titij. et l. heredes palam. §. ſed ſi notam. ſupra titul. primo. ¶ Opponitur ſupra de tranſactionibus. l. cum hi. §.
a ſi pretor. Gloſſ. non ſoluit. dic quod ibi[a] non omittebatur aliquid in ſolennitatibus: hic non erat neceſſe quod poneretur niſi nomen tantum: quando ex illo redditur certa perſona. ¶ Quero differētiam inter nomen pronomen et cognomen. Dic vt in gloſſ. hic. et. C. de teſtamen. l. ſi in nomine. et inſtitu. de legatis. §. ſi quis. per gloſſ.

1 ☞ Nominatim et ſpecialiter dicitur teſtatorē prioris teſtamenti penituiſſe cum reuocat omne aliud teſtamentum per eum factum.
2 Quando aliquid fit in palatio communis: palatiū non confinatur.
3 Indefinita in odioſis non equipollet vniuerſali.

**Nominatim.** Quando nomē appellatiuū cõgruit vni tantum equiualet nomini proprio: ſecus ſi pluribus. hoc dicit. † Et
1 eſt bonus caſus: et no. facit ad id quod dixi in. l. ſi quis in principio teſtamenti. infra de le-
b ga. iij. ſcilicet quod teſtator[b] reuocat omne aliud teſtamentum factum per eum: et non fecerat niſi vnū
c teſtamentum.[c] quod dicitur de illo nominatim et
d ſpecialiter penituiſſe.[d] Item facit[e] ad id quod dixi
e hoc anno in lege forma de cenſi. vbi queritur ſi dici-
2 tur in palatio poteſtatis † quod non debet aliter confinari: dicam in lege demonſtratio falſa. de cõditio. et demonſtratio. ¶ Opponitur de lege ſi quis. ſupra de teſtamen. tutel. Solu. ibi loquitur de fauore:
3 hic de odio. et ſic vides † quod in his que continent odium indefinita non equipollet vniuerſali: nam cū dico filium meum exheredo: indefinita oratio eſt: vt plene dixi in. l. ſi pluribus. j. de lega. iij.

1 ☞ Ad declarationem ſeu demonſtrationem alicuius ita ſufficit adijcere nomen matris ſicut patris.
2 Et iſta verba fur latro gladiator verba iniurioſa ſūt licet in genere proferantur.
Item ſunt verba iniurioſa ſpurius. nu. 3.

**Et ſi perceperit.** Adiectio matris quem facit videri nominatim exheredatum: et adiectio conuitij exheredationem non
1 vitiat. hoc dicit. ¶ Not. † quod ſufficit ad declarationem ſeu demonſtrationē alicuius adij
f cere nomen matris[f] ſicut patris. ¶ † Nota qđ ver-
2 ba latro gladiator fur ⁊c. licet proferātur in genere: nec certam ſpeciē maleficij cõtineāt: tamen iniurioſa
g verba ſunt: ⁊ ſic facit pro ſtatuto[g] puniēte verba iniu
3 rioſa. ¶ Itē no. † q2 iſta verba tu es ſpurius natꝰ ex adulterio et ſimilia verba: ſunt verba iniurioſa. dixi in lege turpia. in principio. j. de leg. j. dixi plene in lege apud labeonem. §. cõuitium. j. de iniur. ¶ Opponi. j. ad carbonia. l. j. §. idem ait. Solu. vt in gloſſ. ¶ Item oppo. de. l. ſi poſthumus. in fin. j. eo. Solu.



intellige illā ſm iſtā. ¶ Itē op. j. de le. j. l. turpia. Solu. vt in gl. ſꝫ truffa eſt: dic vt ibi. q2 iſta verba in exheredatiõe nõ ſunt iprobata: in legato ꝓo ſic: vt ibi.

**Pure.** Oppo. C. de inſti. ⁊ ſubſti. l. ſi pater. So. ibi erat inſtitutus ſub cõditiõe: ideo poteſt ſub cõtraria cõditione exheredari. ¶ Op. de. l. j. §. ſed ſi incertū. j. de ven. in poſ. mit. Sol. vt ibi no. et iſta eſt vera q2 ibi in naſcituro hic in iā nato: ⁊ iſta ſol. probatur in. l. cū poſthumus. ⁊ l. poſthuma. j. eo.

1 ☞ Clauſula poſita de per ſe quando referatur ad omnia remiſſiue. ⁊ nu. 7.
2 Clauſula poſita interꝰ vnum capitulum quod tantū ad illud refertur non ad aliud.
3 Unum capitulum dicitur quando circa idem diſponit ita q2 ille diſpoſitiones circa illud poſſunt ſimul concurrere.
4 Exheredatio facta a certa perſona q2 non tenet.
5 Exheredatio facta hoc modo quiſquis mihi heres erit filium meum exheredo non tenet.
6 Expreſſio facta per aliuꝫ modum q̃ꝫ per eū per quē tacite ineſt quid operetur.
7 Clauſula poſita in principio in fine vel in medio inter plura capitula qđ referatur ad omnia ſi aliqua ratio non ſit quare magis ad vnum q̃ꝫ ad aliud.
8 Neceſſaria ad exheredationem remiſſiue.
9 Quādo in lege vel in ſtatuto debeat dici. §. vel ver.
10 Contra preſumptionem reſultantem ex teſtamento admittitur probatio.

**Filius.** Iſte. §. eſt ſubtilis ⁊ notabilis et breuiter hoc dicit. Clauſula poſita iter vnū capitulū ad illud tantū refertur. ſed poſita inter plura capitula vel ante omnia vel poſt omnia: ad omnia refert̄. ¶ Itē exheredatio facta a certa perſona vel ſub cõditione nõ valet. h. d. vſq3 ad. §. ā ita. Dy. iſtum. §. diuidit q2 primo loquitur quando exheredatio eſt facta inter gradum. Secundo quando a certa perſona. Tertio quando poſt aditam hereditatem. Quarto quando ante omnes gradus. Quinto quando inter gradus. Sexto: quando poſt gradus. ⁊ intra gradus. ſecunda ibi: niſi forte: tertia ibi quemadmodū. quarta ibi: ante heredis. quinta ibi: ſed et inter. ſexta ibi: in eo. ⁊ de repetitione iſta intellige ꝓut dixi in. l. talis ſcriptura. j. de legatis primo. ſcilicet quod ad omnia referatur. niſi ſit ratio quare plus ad vnum refertur q̃ꝫ ad aliud vt. l. j. C. de liber. prete. ⁊ non intelligas an ea que ſunt dicta in precedentibus intelligantur repetita in ſequentibus de quo dicam in. l. licet. j. de lega. j. Et an qualitas adiecta in vno capitulo porrigatur ad aliud: ſed hic eſt
1 aliud: quia hic † eſt clauſula ꝑ ſe an referatur ad omnia. de quo dedi remiſſionem ad Specula. in titu. de inſtru. edi. §. nunc videndum. verſicu. item quod precedentia. vbi tractat de reſcrip. ⁊ paul. ¶ Opponi. j. titul. primo. l. penulti. Solu. ad omnes gradus ibi non porrigitur: ſed ad illum circa quē eſt poſita por-
2 rigitur. ¶ Ex princip. huius. §. not. † quod clauſula poſita inter vnum capitulum ad illud tantum refertur non ad aliud: vt dicta. l. penul. j. tit. primo. ¶ Et
3 † aduerte diligenter quia vnum capitulum dicitur quando circa idem diſponitur: ita quod ille diſpoſitiones circa illud poſſunt ſimul concurrere. vt plures inſtitutiones heredum in primo gradu. Sꝫ quādo ſunt plures inſtitutiones que non poſſunt ſimul concurrere: ſed vna in defectum alterius tunc dicuntur diuerſa capitula ⁊ diuerſi gradus: vt inſtitutio ⁊ ſubſtitutio. quod facit ad intellectum multorum.
4 ¶ Uenio ad verſi. niſi. ex quo not. † quod non valet exheredatio a certa perſona facta: quod apparet: q2 exheredatio eſt priuatio ab hereditate: ideo nõ debet fieri a perſona certa: ſed ab ipſa hereditate. ¶ Quero quid ſi fiat ſimpliciter dicendo filium meum exheredo. Reſpondeo recte videtur exheredatus: vt gl. dicit. Poteſt eſſe alia ratio: quia exheredatus a ꝑſona reperitur preteritus a gradu: ideo tāq̃ꝫ preteritus rumpit teſtamentum: et in idem recidit
5 cum prima. ¶ Uenio ad tertiam particulam ex qua nota. † quod exheredatio hec: quiſquis mihi heres erit: filium exheredo: non valet: quia hec verba quiſquis mihi heres erit faciunt conditionem: vt. l. qui liberis. §. hec verba. de vulga. et pupilla. ſed exheredatio debet fieri pure: vt. s̄. proxi. §. ergo ⁊c. ¶ Eſt et alia ratio: quia ante aditam hereditatem reperitur preteritus: ergo teſtamētum eſt irritum ⁊ ruptū: et hanc rationem innuit textus. ¶ Opponi. ad illud expreſſio eorum que tacite inſunt non vitiat: vt. l. iij. j. de legatis primo. ſed ſi tacite ineſt vt exheredatio aſſumat effectum adita hereditate: vt. l. filium. §. ſed cum exheredatio. j. de contratabu. ergo ⁊c. gloſſ. reſpondet vno verbo. expreſſa nocent que non ſunt ex-
6 preſſa † non nocēt. vt in regula iuris. dic quod hic exprimitur per alium modum q̃ꝫ per eum per quem tacite ineſt vt dicam plene in. l. iij. infra de legatis primo. ¶ Uenio ad quartam particulam ex qua nota.
7 † quod clauſula poſita in principio refertur ad omnia capitula. Idem ſi poneretur in fin. vel in medio inter plura capitula vt hic ⁊. C. eodem. l. prima. quod intellige ſi non ſit aliqua ratio propter quam magis debeat referri ad vnum capitulum q̃ꝫ ad aliud. vt dicit text. in dicta. l. prima. C. eodem. et hoc eſt verum in clauſula aliqua que per ſe ſubſiſtit ⁊ poteſt referri ad plura. Sed quando in vna diſpoſitione adijceretur aliquid per modum conditionis vel alterꝰ modificationis: tunc an illud porrigatur ad alia capitula: dic vt dixi in. l. licet. j. de legatis primo. tetigi in l. talis ſcriptura. §. fina. eodem titulo. ¶ Opponi. s̄. eodem. §. in principio. Solu. ibi clauſula fuit appoſita inter gradum: ⁊ ſic inter vnum capitulum: hic vero poſt omnem gradum vel intra gradus: et ſic loquuntur ſequentia reſponſa. ¶ Alterius gloſſ. notat
8 † quinq3 que ſunt neceſſaria ad exheredationē quaꝫ
9 vide et ſigna. ¶ Ultimo ex hoc †. §. potes colligere quando in. l. vel ſtatuto debeat dici. §. verſicul. vel litera groſſa. nam ex hoc. §. intelligitur quod dicatur vnum capitulum vel plura: ſi enim eſt vnum capitulum tunc intra illud non eſt. §. dum incipit aliud: tūc poteſt eſſe. §. inter vnum capitulum poſſunt eſſe verſicu. vt in principio huius. §. patet. ¶ Quero an in dubio videatur facta eſſe exheredatio a perſona.
10 Et dic ſ vt in glo. quod not. ¶ Quero † an contra iſtā preſumptionem admittatur probatio in contrariuꝫ. Gloſſ. C. eodem. l. j. tenet q2 non. docto. tenent contrarium per. l. plane. §. ſed ſi non corpus. j. de lega. j. et l. in his in prin. j. de condi. ⁊ demon. vbi non eſt aliqua preſumptio in teſtamento contra quam non admit-

a ¶Si ita teſtatus.z ſic non eſt de eſſe vulg. ſuſti.qd 1
primus gradus teneat.ratio quia vulgaris poteſt p
ſe ſtare licet nominet duos caſus.facit.d.l.cum pro-
ponas et hoc intellige de ſubſtitutione tacita vul-
gari:quia inſit pupillari:vt dicta.l. ſi quis cum eum.
An.barb.

b ¶Nō putauit.Adde quod Pau.de caſtro dicit intellectuz Barto.eſſe veriſſimum ad dictam.l.non putauit.z dicit quod iſta gloſſ.facit ad queſti. ſi teſtator cōfiteatur in teſtamēto ſe teneri vxori in cētum p dote quam ipſe recepit ipſa preſente et accep̄tante z mandat eā ſibi reſtitui:qd ſi poſtea reuoce- c
tur teſtamentum quod a principio valuit vel efficia
tur irritum dicta confeſſio non reuocetur tanq̄ con-
feſſio ceperit habere dependentiā q: illud nō eſt ve-
rum q: nō requirebat cōfirmationē per adi. heredi-
tatis ſic nec alius cōtract9 cōtent9 in teſtamēto vt
donatio cauſa mortis vel inter viuos imo confirma
tur ſola morte vt no.C.fa.erciſ.l.filie.z.l.poſt legatū.
§.qui mortis.j.de his quibus vt indig.de qua queſt. 1
vide Baldum conſilio.cliiij.ij.volumi.z eo. volumi.
clxxx.z omnino vide Roma.conſi.ccccl xv.inci.omni
potentis conſultatio hec.

titur probatio in contrarium.

☞ Que ſit ratio q quādo poſthumus eſt preteritus vitiata inſtitutiōe teſtamentum non incipit a ſubſtitutione:ſed quando eſt preteritus iam natus ſic. Et quomodo intelligatur caſus comprehenſus in ſubſtitutione vulgari.l.ſi heres non erit vt quia nō potuerit.nu.2.

a **Si ita teſtatus.** [a]Si non valet inſtitutio teſtamentum incipit a ſubſtitutione.hoc dicit. ¶Quero exemplum et dic vt in gloſſ.ij. quando fuit b
inter gradum inſtitutorum expreſſe.
¶Opponi.j.titulo primo.l.nam et ſi
ſub conditione.§.finali.ſolu.gloſſ.ibi 2
in poſthumo preterito: hic in iam nato:et eſt ratio † quia quando poſthumus fuit preteritus:ab initio valuit inſtitutio:et ſic cepit ſubſtitutio
dependere ab ea: merito irritata inſtitutione ppter
natiuitatem:ſubſtitutio vitiatur: ſed in filio iam na-
to nunq̄ valuit:et vide gloſſ.que incipit iam natum:
et tene menti iſtam rationem que eſt ratio text. in.l.
contraria.z pro ea facit id quod habes in.l.ſi homo
mortuus.et.l.in illa ſtipulatione.j.de verbo.obliga.
in ſolu.illarum duarum legum. ¶Opponi.ad hanc
ſolu.C.de cadu.tollen.l.j.§.pro ſecundo. vbi legata
pro non ſcripta non debentur.ſolu.doc. tangunt ibi:
in.§.pro ſecundo.nam hic loquitur in ſubſtitutione
que poteſt per ſe ſubſiſtere z aſſumere vires a ſeipſa
ſed legata vel fideicommiſſa non poſſunt relinqui ni
ſi aliquid relinquatur ei qui grauatur:vt.l.ab eo. C.
de fideicom.z.l.plane.la.ij.in fine.de lega.j. z per ra
tionem predicte ſolutionis ſoluitur contrariū de.l.in
illa ſtipulatione.z.l.ſi homo mortuus.j.de verb.ob.
et ibi dixi. ¶Opp.de.l.nō putauit.[b] §.j.j.de cōtra-
tabu.So.vt ibi dicetur.nam ibi loquitur in emanci-
pato preterito:cuius preteritio ab initio non rumpit
teſtamentū ſecundū iſta iura.et ideo eſt eadez ratio
que eſt in poſthumo. ¶Ultimo † habes notare vnū.
tū ſcis q ſubſtitutio vulgaris facta p verba ſi heres
non erit:porrigitur ad duos caſus: ſcz ſi heres eſſe
noluerit vel non potuerit:vt.C.de hered.inſti.l. cum
proponas.quod dictum ſi nō potuerit quomodo in-
telligitur.Dic quod[c] quocunq̄ modo non poſſit:ſiue
ex parte teſtamenti ſit vitium vt hic: ſiue propter vi
tium perſone inſtitute:quia ſpurius:vt.l.ij.C. de he-
redi.inſtituē.ſiue propter defectum perſone inſtitu-
te:q: nō eſt natus inſtitut9 vt.l.fi.C.de inſti. z ſubſti.
vel quia mortuus anteq̄ adeat vt.l.ab omnibus. §.
cum quidam.j.de lega.j.

☞ Inſtitutio poſthumi ſimpliciter facta cōprehēdit omnē poſthumum:ſecus ſi inſtituens ſe aſtringeret ad poſthumū naſciturū ex tali vxore ſua vel ad naſciturum ex ventre vxoris ſue que pregnans eſt.
Et mandans hoſpitale conſtitui in domibus ſuis ſi illas alienet et alias emat:tamen conſtrui debet hoſpitale.

**Placet.** [d]Inſtitutio poſthumi trahitur ad omnem poſthumum etiam ex alia vxore natum.† hoc dicit. ¶Oppo.quod intelligatur tantuz de primo poſthumo:vt.l.boues.§.
hoc ſermone.j.de verbo.ſignifi.z.l.cum pater.§.pa-
ter.j.de lega.ij.Solu.hoc ſpeciale fauore inſtitutio-
nis z teſtamenti conſeruandi:z in odium preteritio-
nis dicit glō.In eo qd dicit ſpeciale fauore teſtamē
ti conſeruandi:dicit bene: in eo quod dicit fauore in
ſtitutionis ſpeciale non dicit bene. Nam idem in ex-
heredatione:vt gl.ſubdit.in.l.iij.in fi.j.tit.j. ¶Et ad
uerte[f] quod hic † dicitur ſimpliciter locū habet quan
do appellatio poſthumi ſimpliciter profertur. ſecus
ſi ſe aſtringeret ad poſthumum naſciturum ex tali
ſua vxore:tunc non porrigeretur ad alium: vel ſi re-
ſtringeret ad certum tēpus: vt filium naſciturum ex
ventre vxoris mee.que pregnans eſt:non enim por-
rigitur ad alios poſthumos naſcituros ex alia im-
pregnatione:vt.l.filius.§.ſi quis.z.l. cōmodiſſime.j.

c ¶Dic q quocunq̄. Et iſta impotentia verificatur 2
de qualibet impotentia ſi inſtitutio, etiam ſit ſolen-
nis vt hic.z ſi non naſcatur.ſ.de ven.inſpici.l.pe.idē
ſi viuo teſtatore inſtituti moriantur:vt.d.§. pro ſecū d
do de cadu.tollen.z ſi inſtitutio non ſit inſtitutibilis:
quia eſt ſpurius:quia tunc incipit teſtamentum ag- e
gredi ſubſtitutus:z ad hec alleg. ſemper iſtū.§. bal.
Andre.Barba.

d ¶L.Placet.Unde hoc non approbat Joā.de ana.
et Pe.imo dicunt quod hic non intelligitur de omni
poſthumo:ſed de primo poſthumo.facit inſti. eo.§.
poſthumi.z.l.ij.ſ.eo.titu.z vide glo.z doct. in.c.quo
niam Abb.de offic.delega.quomodo allegant iſtuz
tex.Andre.Barb.
Andre.Poma. ¶Uide quid per iſtū text. dicat
Ro.ſing.ccccxxv.incip.queſitum fuit in fine. f

e ¶Natum.Adde ſecundum Baldum.quod indefi- 1
nita appellatio poſthumi non comprehendit niſi il-
lum qui naſcitur ex legitimo matrimonio: ideo non
comprehēderet naturalem tunc ſiue vxoratus eſſet
teſtator ſiue non.

f Andre.Poma. ¶Et aduerte.vide Alex.conſil.
clxxi.in.ij.col.in.ij.volu.



a Andreas Pomate. ¶Ultimo. vide Bar.conſi.
xxvj.incip.teſtator.

b ¶In.q.Adde quod cum Barto.trāſeunt commu-
niter ceteri et idem conſuluit Barto. ſuo conſi.xxv.
incip.teſtator diſpoſuit:et per hanc legem placet in
fi.dic pau.de caſtro, a Joan. andre. referre in rubri. de teſta.q quidam diſputādo tenuerunt q ſi quis inſtituat vētrem vxoris ſue que ſit pgnans quod non ſolum videtur inſtituiſſe illuz qui eſt in vtero ſed quemcūq aliū poſtea naſciturum ex ea vel alia vxore: quod dictū Ra
pha.nec ipſi Pau placet per gloſ.que eſt in.l.infra ſe
quenti quaſi teſtator videatur ſe aſtrinxiſſe ad filiū
qui eſt in vtero:quinimo dicit ipſe quod ſi teſtator di
cat ſimpliciter inſtituo poſthumum mihi naſciturū
ſi ſciebat vxorem pregnantem cenſetur ſolū ſenſiſſe
de illo qui naſcetur ex illo partu: quia iſta lex debet
intelligi quando ignorabat vxorem pregnantem.q2
tunc non habuit reſpectum magis ad vnum q̄ ad
aliud:dominus Alexand.allega.pro opinio. Joan.
andre.quam dicit eſſe veriſſimam. conſilium Oldr. c
cxij.in meo eſt.ccxxij.vbi formaliter illā queſtio. de-
cidit:idem videtur ſenſiſſe.Ange.conſilio.lj. in meo
inci.ſer Simon.in fine.ij.colum.Addo quod idem
videtur ſenſiſſe quidam do.Joan.de amelia eius cō
ſilio.xxij.inter conſi.Bald.clarius conſilio ſtatim ſe
quenti quidam dom.Philip.de peruſio.cui Bald.ſe
ſubſcripſit inter ea.cōſi.vo.iij.nā dicit ipſe idē eſt di
cere inſtituo vētrē:z īſtituo poſthumū.venter enī p
poſthumo ponitur.l.cum quidam.§.quod dicitur.j.
de acqui.here.et.l.vētre.ſ.ſi pars here. pet. vnde ſi
teſtator dicit inſtituo ventrem idem eſt dicere quod
poſthumum inſtituo.Si ergo dicit poſthumum in
ſtituo includitur quicquid filiorum natum erit quan
docunq̄.allega.hanc.l.vbi dicit eſſe caſum cuilibet d
recte intuenti.alle.etiam no.in.l.qui filiab9.de lega-
tis primo.idem tenet Bal.conſi.cvij.in.ij.col. vbi al ✳
leg.hanc.l.iij.volumine.facit quod Fede. conſuluit
conſi.xlij.quod ſi teſtator inſtituit poſthumū ex vxo
re pregnāte q ſi vxor pariat duos qd ambo cenſent
inſtituti per no.in.l.qui filiabus.et p glo.in.l.ex duo
bus.j.de rebus du.dixit tn̄ Ange.prealle. conſil. qd
ſi teſtator dixiſſet ventrem inſtituo ſi pregnans eſſet
q ſolū ille qui eſt in vtero cenſetur inſtitutus ppter
illud verbum eſſet et ita conſuluit cuius contrarium
tenuit Pau.de caſtro.conſilio.lxxix.incipi. caſus iſte
frequenter accidit q2 per illa verba ſi pregnās eſſet
non cenſetur quod teſtator dixerit ad finem ſi tunc
non eſſet pregnans licet impregnaretur ab eodem
poſtea venter non eſſet inſtitutus : quia tunc dicere-
tur elegiſſe viam ad impugnandum eius teſtamentum vel iudicium qd non eſt dicendum. l. ſi miles q deſtinauerat.īfra de teſta. mili. ſed illa dixiſſe cenſetur quia d illa infirmitate credebat mori z quod illud verbum ſi pregnans
eſſet etiam comprehendat alios poſthumos quam
illum qui erat in vtero tenuit Bal.in.d.conſi.cvij. di
ctus do.Joan.de amelia.in.d.conſi.ſ.allega. et pre
cedenti tenuit ipſe q etiam ſi teſtator dicat inſtituo
ventrem ſi pregnans fuerit quod teſtator videtur ſe
aſtrinxiſſe ad illum qui erat in vtero tamen vt dixit
Bal.conſuluit contrarium in dictis conſilijs.et in cō
ſilio.cccl x.lib.ij.idem tenuit vbi dicit quod illa di-
ctio ſi reſoluitur in qn̄.i.qn̄ pregnans eſſet. et idē vo
luit Bal.cōſi.ccccvij.ij.volu.in fi.conſilij.
¶Quidā iuſſit.et no.mirabilē.q.q per alienationē
rei legate qn̄ ſimilis redimitur nō videtur ad equū
legatū:vide.l.vtrū.j.de ma.teſt.et ſic facit qd no. in
c.literas.de reſcrip.in cle.q vtrū gratia includat be
neficia tractata poſt gratiā in curia et qualiter intel
ligantur legata facta in tēpus nuptiarū: vide tex.in
l.ſancimus.C.de nupt.nā habent tēpus limitatū ſcz
trienniū poſt pubertatē.l.fin.§.filiorum.C.qn̄ et qui.
quarta pars lex.et iſte.ll.nō ſunt alibi. et vide Lud.
ro.in conſil.clxxvj.an teſtator poſſit diſponere q in
ſuis domibus fiat monaſteriū.et vide Bar.in cōſil.
cclxvj.vbi cōſuluit teſtator iuſſit in ſuis domibus fie
rit hoſpitale poſtea illas vendidit et alias emit vi-
de ibi incipit teſtator in teſtamento.
And.Po. ¶Si filius.vide ad iſtū tex.per Alle.
l.ſi pater in vlti.col.Itē adde.C.de inſti.et ſubſti.
¶Pro cōcordia.Aduerte q maxima dubitatio in-
ter doct.eſt in.l.ſi duobus.§.ſi prius.ff.de cōtratab.
debeat intelligi in filio emancipato an in ſuo . Et q
debeat intelligi in emancipato vult Bar. hic in hac
l.ſi filius in.d.§.ſi prius.voluit q debeat poni caſus
in ſuo.Tu dic q duo fuerūt intellect9 z Bar. in hac
l.ſi filius dicit q eſt verior intellectus q loquatur in
emācipato licz alias ſenſerit cōtrariū in.d.§.ſi pri9
quaſi ſe declarādo et ponēdo veriorē intellectū z ſe

eo. ¶Ultimo[a] hāc.l.allegaui † pridie 2
in.q.[b] de facto.Quidā iuſſit[c] fieri ho- b
ſpitale in domibus ſuis:et illud here- c 1
dem inſtituit:poſtea ſuperuiuens do-
mos illas alienauit:et alias emit: di- 2
co quod licet illa verba regulariter in
domibus ſuis referantur ad tempus 3
teſtamenti.vt.l.ſi ita.de auro et argē-
to legato.tamen fauore inſtitutionis
et teſtamenti conſeruandi:referuntur d
ad domos poſtea emptas per hanc ✳
legem.

**Sed eſt queſitum.** Qui impeditur generare propter accidens non impeditur poſthumum inſtituere ſecus ſi a natura. hoc dicit. ¶Oppo. infra eodem lege ſi 1
quis poſthu.Solu.vt dixi in ſumma-
rio.

☞ Limitatio ad.§.ſi quis autem in
l.hac conſultiſſima.C.de teſt.
Intellectus ad.l.ſi duobus.§.ſi prius
j.de contratabul.
Ex teſtamento vbi filius iā natus eſt
preteritus an ſit poſſibile quod here-
ditas adeatur.

**Si filius.** [d]Teſtamentum ex quo īpoſſibile eſt hereditatem adiri de iure ciuili primum teſtamentum non rumpit.hoc dicit. ¶Oppo-
nitur et videtur quod primum rum-
patur:vt lege hac conſultiſſima. para
grapho ſi quis autem.C.de teſta. So
lu.dicunt † quidam quod iſta intelligi

corrigendo ſi alias ſenſerit contrarium quod poteſt colligi per illa verba quibus vtitur dum dicit in hac l.ſi filius.et hic eſt verus intellect⁹ ad illum.§.a quo in iudicando non eſſet recedendum. Nec poteſt dici contrarius qui plures recitat intel. ad aliquam. l. et

vnam approbando ſm̃ veritatem in iudicando ⁊ ečt potius ſe corrigere q̃ꝫ contrariari:vel aliud loqui gratia diſputatiõis et aliud in iudicando
a ſꝫ ꝟitatẽ.
* Adde ad
2 materiã. l. poſthumo C.de cõtra tabu. ⁊ ad l.filio. ff. de iniu.rup.
a ¶ Si pri⁹. Adde hic per.d. ale. qui in alio nõ laborat *
* Pro intellec.l.ſi duobus. §. ſi pri⁹. ff. de ɔtratabu.
* Pro intellec.§. ſi q̃s autem in.l. hac cõſultiſſima. C. de teſt. et de limitatiõe ad eũdem.§.per bar.hic.
3
b ¶ De naturali. Ad de Bald.

tur ſecundum illam:ſcilicet quod primum non rumpitur:niſi quando in ſecundo inſtituti ſunt venientes ab inteſtato. Alij dicunt quod illa lex loquitur quando ſecundum teſtamentum eſt imperfectum ratione ſolennitatis omiſſe: vt quia non fuit numerus teſtium.ſecus ſi fuit imperfectũ ex cauſa preteritionis:vt hic. quia tunc non loquitur ille.§.et in hoc reſidet glo.et bene.quam no. quia eſt optima limitatio ad illum.§. ¶ Contra hanc videtur tex.in.l.ſi duobus.§.ſi prius^a.ſ. de contratabu.ſed†tibi debet intelligi de teſtamento imperfecto ratione ſolennitatis:in quo fuit preteritus filius emancipatus:⁊ alij venientes ab inteſtato inſtituti.nã cum filius emancipatus nõ rumpat ipſo iure,apparet quod ſecundum in quo ſunt inſtituti venientes ab inteſta. valet et rumpit primum.vt in dicto.§. ſi quis autem. et illud ſecundum poſtea rumpitur ꝑ contratabu.petitas a filio emancipato preterito:et hic eſt verus intellect⁹ illius.§.Idem ſi teſtamentum ſit imperfectum ratione imperfecte voluntatis.vt.ſ.ti.j.l.ſi is qui teſtamẽtum. et ibi not. ¶ Oppo.inſti.quibus modis teſt.infir.§ poſteriore.Reſpõdeo dicit glo.ibi poſſibile erat adiri hereditatem ex ſecundo teſtamento: hic non.ideo prius hic non vitiatẽ. ¶ Op. infra titulo primo.l.poſthu. in princi. Solu.in poſthumo preterito non eſt impoſſibile adiri; quia eo nato valet teſtamẽtum:ideo primum rumpitur.
¶ Oppo.†ex teſtamento vbi filius 1
iam natus eſt preteritus poſſibile eſt adiri ipſo approbante teſtamentum. vt.l.filio.infra titulo primo. Breuiter dicit Dyn.quod hic fuit filius morte

conſilio.ccccl xij.li.ij.⁊ hec.l.facit ad.q.de qua ꝑ bar. in lege finali.ſ.de offi.procon.ꝙ ſi ſit conſuetudo.ꝙ oblationes que fiunt in die dominico ſpectent ad archidiaconum et que fiunt in die glorioſiſſime virginis ſpectant ad rectorem eccleſie ꝙ debeat attendi dies dominicus ſi vno et eodem die fuerit ſolennitas virginis de quo per Cy.et Jmo.in.l.qui ſolidũ. de leg.j.et ex verbo habere ibi quos adoptauit mferunt Bal.et Jmol.quod ſi exiſtens in ſacris inſtituat poſthumũ debet intelligi de adoptiuo vel de vero etiam legitimando iuxta ea que habẽtur in.c. per venerabilem qui fi.ſint legi.

preuentus.ideo non fuit poſſibile: ſed iſtud non eſt aliquid dicere:quia non querimus an adierit:ſed an adiri potuit.Solu.ergo.quod hic in teſtamento qđ de iure ciuili nõ valet:ideo nõ rumpit primũ. Ibi autem valet de iure pretorio.et licet valeat de iure pretorio:non tamen rumpit primum vt hic.et ibi. ⁊ glo. in.l.cum in ſecundo.ſ.titu.j.et.l.ſi quis.§.j.ſ.de vulg. et pupil.ſubſti.Uel dic ꝙ nũq̃ꝫ eſt poſſibile adire hereditatem de iure ciuili.nam filio approbante poterit petere bo.poſ.ſm̃ tabu.nõ adire vt.d.l.filio.⁊ no. in.l.j.de pe.he.et.l.certum.C.vnde le.

**Si a primo.** Filius iam nat⁹ rũpit ſpem eius gradus a quo preterit⁹ eſt incõtinẽti:poſthumus vero ſtatim cum naſcitur. h.d. ¶ Opp.exheredatio facta a perſona non valet.vt.l.iij.§.filius.ſ.eo.ſed hic fuit exheredatus a primo herede.ergo ⁊c. Sol.intelligas nõ eſſe exheredatum a perſona ſed a gradu:quod in dubio preſumitur.Et expone a primo herede. ideſt a pmo gradu inſtitutorum. ¶ Oppo.quod non eſt non poteſt rumpi.vt.l.nam et ſi ſub conditione.§.poſt defectum.ſ.ti.j.ſed ſubſtitutio pendente conditione non habet effectum.ergo ⁊c.Solu.qđ non eſt re nec ſpe non poteſt rumpi.vt in cõtrario:ſed quod eſt ſpe poteſt rumpi.vt.l.iij.§.primo. ſ.vſufruct.quẽadmo.ca. et infra de vſufru.l.ſempronius attalus. ſed ſubſtitutio eſt aliquid ſpe:ergo rumpi poteſt. ¶ Oppo.hic dicitur idem poſthumo. Contra.ſ. proximo titu.l. poſthumus.in princip. Solu.intellige poſthumum natum viuo patre et deceſſiſſe eo mortuo. vt in glo. ¶ Op.quod poſthumus rumpat incontinenti ſicut iam natus:quia pro nato habetur. vt.l.qui in vtero. de ſtatu ho.Dicit gloſſ.non habetur pro nato fauore teſtamenti:ſed non eſt neceſſe dicere: quia anteq̃ꝫ naſcatur non eſt in poteſtate patris.vt.l.finali. infra de colla.bo.ergo non poteſt rumpere. ¶ Oppo.ſupra eodem.l.iij.in fine.vbi fit differentia inter poſthumum et iam natum.Solu.quando fit a primo exheredatio:a ſecundo preteritio:non eſt differẽtia inter iam natum et poſthumum:vt hic: ſed quãdo preteritio fit a primo:exheredatio a ſecũdo:tunc eſt differentia vt in contrario.

☞ An mulier ſterilis gaudeat priuilegio dotis.

**Si quis poſthumos.** Nõ poteſt q̃s poſthumum vt ſuum inſtituere quem non licet habere impediente natura vel iure: ſecus ſi haberi poteſt:licet cum difficultate. hoc dicit principium huius.l.cum.§.finali. ¶ Opp.dicitur hic poſſe inſtitui poſthumum quem habere non poteſt.Contra.ſ.eo.l.ſed eſt queſitum.§.ſpadonem.et §.ſed ſi caſtratus.Solu.glo.tripliciter.Una eſt non põt.ſ.de facili.Scđo mõ ĩtelligĩ ĩſtituiſſe nepotẽ ⁊c. vt in gl.Tertio ĩtelligĩ ꝙ ĩſtituit poſthumũ quẽ habere põt per adoptionẽ:et eſt magis no.quelibet tñ poteſt eſſe bona.⁊ vide gl.q̃ incipit facile.⁊c. ¶ Op. ad vltimã ſolutionem de tex.qui dicit q̃s habere ⁊c. Reſpondet glo.ꝙ quos facit ſimplicẽ relationẽ nõ ad id de quo queritur. ¶ Oppo.ſ.de lega.ij.l.ſi ita quis.§.fi.et.l.fideicommiſſum.ſ.de condi.et demon. b vbi appellatiõe filij in dubio intelligĩ de naturali.b



Solu.gloſſ.quod illud ideo ne rumpatur teſtamentum:et gloſſ. bene dicit. quia iſtud teſtator videtur voluiſſe cum de alio poſthumo cogitare non potuerit:cum naturaliter eum habere nõ poterat propter impedimentum accidentis:vt dictum eſt. ¶ Opp. ſ.eadem.l.§.fina.Solu.gloſſ.hic loquitur quãdo eſt impedimentum nature.ibi quando eſt impedimentum iuris ciuilis.Tu dic hic expectare quod alij deſierit eſſe nupta:eſt turpe:ideo non eſt expectandũ: vt.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ſ.de verbo. obliga. ſed in fin.huius. l. expectare quod emancipetur non eſt turpe. ¶ Oppo.ſ.eodem.l.filius.§.ſi quis eo tẽpore.Sol.ibi inſtituit talem qui poterat naſci ex ea que in euentu conditionis poterat eſſe vxor. ¶ Ulti
1 mo debetis ſcire†quod iſtam.l.induxi in argu ſ.ſo. mat.l.j.An mulier ſterilis habeat priuilegiũ dotis. Et vide gloſſ.que multũ facit:⁊ incipit cõſuetudo.ſ. generalis. Et illud quod ibi dixi:et iſtud quod hic dicitur eſt verum ꝙ magis inſpicitur natura q̃ꝫ aliquod impedimentum accidentale:vt quia ex aliquo accidenti non generat: ſecus ſi natura impediretur. vt.l.ſed eſt queſitum.§.ſed ſi caſtratus. ſ. eodem.et not.gloſſ.in.l.ſi ſerua.§.ſi ſpadoni.ſ.de iure dotium. Ita in propoſito ſi mulier eſſet ita arta quod nõ poſſet concipere.tunc nõ haberet priuilegium.vt.l.queritur.§.mulierem ita artam.de edil.edic.vide gloſſ. que incipit vt ſuum.ibi ſed tunc hodie corrigitur ⁊c. iſta eſt bona expoſitio quia alienus poteſt inſtitui. vt.ſ.de lega.j.l.penul.

1 ☞ Nepos emancipatus qui tempore mortis non tenuit primum locum an patre excluſo morte vel repudiatione habeat querelam ex perſona ſua.
2 In querela inofficioſi teſtamenti an ſit locus ſucceſſorio edicto.
3 Qualitas adiuncta verbo intelligitur ſecundum tempus verbi.

**Si filium.** Iſte.§.eſt ſubtiliſſimus.et breuiter.hoc dicit. Filio† exheredato
1
et a querela excluſo morte vel repudiatione: nepos
a ex eo qui tempore mortis primum locum^a nõ tenuit preteritus teſtamentum non rumpit: als ſecus: ſed inſtitutis repudiantibus poteſt ſuccedere vt legitimus.hoc dicit. ⁊ quatuor dicta habet vt euidenter patet ex text. ¶ Ad primum caſum oppo. ⁊ videtur quod nepos preteritus rumpat teſtamẽtum ipſo iure mortuo patre.vt.l.poſthumorum.§.j.ſ.titu.j. Solu.ibi eſt mortuus pater nepotis viuo auo: et ſic nepos incipit tenere primum locum auo viuo:hic vero deceſſit filius poſt mortem patris. ¶ Oppo.ꝙ iſte filius poſſit rumpere per querelam.vt.l. ſi quis filiũ et.l.ſcimus.in fine.C.de inoffic.teſta. Solu. non poteſt rumpere dicẽdo nullum tanq̃ꝫ ſuus:quia tempore mortis non tenebat primum locum vt hic: ſed ex perſona patris poterit intentare querelam ⁊ per euꝫ rumpere.vt in.l.contraria. ¶ Uenio ad verſi.diuerſum.⁊ oppo.de precedenti reſponſo.Solu.hic filius exheredatus erat apud hoſtes: ⁊ ibi deceſſit: vnde 3
fingitur mortuus prima hora captiuitatis: et ſic viuo patre.vnde tempore mortis nepos tenet primuꝫ locum:merito rumpit. ¶ Uenio ad verſicu. quod ſi moriente. ¶ Opp. dictio moriente: eſt participium

a ¶ Primũ locũ. Adde qđ ex hac.l. infert.Bal.fuiſſe cõſultũ ꝑ nõnullos ꝙ ſtãte ſtatuto ꝙ filia nõ ſuccedat q̃ꝫdiu maſcul⁹ ſuperuixerit ⁊ tp̃e mortis teſtatoris filius maſcul⁹ inſtitut⁹ viuebat ⁊ filia erat preterita.lꝫ poſtea decedat fili⁹ ſine filijs maſculis qđ tñ filia nõ rũpat teſtm̃: q̃ ſicut excludor ab ĩteſtato ita ex teſtõ et vt ferẽ iſta q.fuit de facto peruſij tp̃e Bart. collegiũ ſeneſe.⁊ rax. de forli. cõſuluerũt ꝙ non rũpat ꝑut.ſ. per iſtũ tex. et ꝑ.l. ſi q̃s filio exherede dato.ſ.tit. j.cõtrariuꝫ conſuluit bar. ꝑpter illud ꝟbuꝫ q̃ꝫdiu vt ẽt ponit in.l. fi.ſ.ad tre. de qua. q. vide per Bar.cõſil. ſuis incip. pr̃ habẽs filiã ⁊ cõſi. inci. ĩ noĩe dñi ꝑponi tur ꝑ Bal. cõſil. ccix. ij.lib. ⁊ eo. vol.conſil. cclxxvij. et ibi an trãſmittat ius ſuum ad filios.⁊ plenius ꝑ pe. de ancha. cõſi. ccxxj. inci.in chriſti nomĩe hec q̃ſtio.

preſentis temporis:⁊ quis moritur viuens.vt.l.qui duos.ſ.de manu. teſta. Et hic dicitur quod auo moriente repudiauit.Contra.l.ſi quãdo.§.illud. C.de inofficio.teſtamen.Solu. intelligas hic querelam repudiatam poſt mortem. et expone moriente. id eſt mortuo.vt in gloſſ. ¶ Oppo. quod ille nepos habet querelaꝫ ex perſona ſua.vt.l.iij.§.ſi emancipatus.ſ.de bono.poſſeſ.cõtratab.Gloſſ.non ſoluit. imo aſſerit quod ille nepos non haberet querelam tanq̃ꝫ a patre repudiatam.et ſic intrat illud difficile dubiuꝫ
2 †vtrũ in querela inofficioſi teſtamenti ſit locus ſucceſſorio edicto. de quo in gloſſ.in.l.pater filium.de inofficio. teſtamento.et.l.ſi is.eodem titulo. et per Dynum in.c.nõ debet aliquis. extra de regulis iuris.libr.vj.per Cyn. in.l.ſi quis filium.C.de inofficio.teſtament.veritas eſt quod nepos habet querelam ex perſona ſua. vt dicto.§. ſi emancipatus.et dicta.l.ſi is.non ex perſona patris: quia repudiata per eum ita loquitur glo.Et ſi dicis quomodo preteritus habet querelã⁊ glo. in preallega.l. pater. exponit querelam id eſt contratab. Ego dico quod ſtat proprie. declarabo in. l.in ſuis.ſ. eodem. ¶ Ultimo ad verſicul. ſed ſi heres.opponitur de preceden.verſic. vbi requiritur quod teneat primum locum tempore mortis. Solu. veruꝫ eſt quantum ad rumpendum. ſecus quantum ad ius ſuccedendi ab inteſtato:quia tunc ſufficit quod teneat primum locũ eo tempore quo teſtamentum deſtituitur. ¶ Opponi.ad iſtud quod etiam quo ad ſucceſſionem debet eſſe proximior tempore mortis:vt inſtitu.de heredi.ab inteſta.§.ita demum.Sol.tex.inſti.de legi.agna.ſuc. §.proximus.et hic ſoluit contrarium. ſcilicet aut quis decedit nullo cõdito teſtamento.et requiritur quod ſuccedens teneat primum locum tempore mortis.aut decedit ɔdito teſtamẽto. et ſufficit ꝙ teneat primum locũ tempore quo teſtamentum deſtituitur:vt hic ⁊ glo.no.in.l.fina.ſ.de condi.inſti. ¶ Oppo.ad hunc tex.†qualitas adiecta verbo intelligitur ſm̃ tempus verbi.vt.l.in delictis.§.ſi dãnũ extraneus.ſ.de noxali.⁊.l. titius. de teſta. mil.ſed verba.l.xij.tab. dicebãt ꝙ ſuc

a ~Andre. Poma. ¶ Commodiſſime. ꝛ vide Bar. in conſi. xciij. incipien. hugolinus domini Gualteroti vbi teſtator inſtituit poſthumum ſub conditione decidit per iſtum tex. ꝙ eſt preteritus vide ibi perpulcherrime loquitur.

~Andr. po. ¶ Cōmodiſſime. Uide Ale. cōſi. cxxiij. in. vij. col. iiij. volu. Feli. c. nonne in. x. col. de preſum. Barba. cō ſi. xvj. i. xij. col. in. j. volu. ꝛ conſil. xxj. in. xj. colum. eo. vol. ꝛ cōſi. xxxv. i. viij. col. eo. j. volu. ꝛ conſil. lxj. als. vj. in. xj. colū. eo. volu. et conſil. x. in viij. col. in ij. vol. ꝛ conſil. xxiij. in vj. col. in. ij. volu. ꝛ conſilio. xxx. in iiij. col. eo. volu. ꝛ conſi. xxxvj. in. xvj. co. ij. volumi. ꝛ cōſi. xliij. in. vj. col. in. ij. volumi. Roma. conſi. xx. ꝛ conſi. cxlvij. ꝛ cōſi. xxxviij. Imo. conſi. xciij. ꝛ conſi. c. Car. conſi. iij. ꝛ conſi. xvij. in. ij. colum. ꝛ conſi. xxij. Imo. conſi. cxiiij. in penul. colum. ꝛ conſi. cxx. ꝛ conſi. cxlv. Cardi. conſi. lxvj. ꝛ conſilio. lxxij. in. j. dubio. vide etiam in materia huius. l. Bal. in. l. ſi mater. C. de inſti. ꝛ ſubſti. quē ſeq. Barb. conſil. lij. in. iij. colum. Alexan. in vlti. col. in. iiij. volu. et vide duas deciſi. ad regulam huius. l. per Iaſo. l. ſi extraneus. in. ij. nota. ff. de condi. ob cau. vide Panor. conſi. lxxv. in penul. colum. Alex. conſi. lv. in. iiij. vol. ꝛ conſi. cxxx. in. ij. volumi. Feli. in. c. tranſlato, in pe. col. de conſti. ꝛ pro intellectu huiꝰ. l. vide Karol. ruy. in repeti. §. ꝛ quid ſi tantum. in. vij. col. in. j. opp. ff. de libe. ꝛ poſthu.

cedebat proximior cum inteſtatꝰ moritur. ergo oportet ꝙ ſit proximior cum moritur. Reſpon. iſta verba inteſtatꝰ moritur faciunt vnum compoſitū ꝙ non verificatur tunc cum moritur: ſed tunc cum poſt mortem teſtamentum deſtituitur. ideo ad illud tempus re- 1 fertur. ꝛ ſufficit ꝙ illo tempore ſit pro- b ximior hoc vult dicere tex.

☞ Si teſtator inſtituit filiam naſci- turam ꝛ que matrimonium contrahe- c ret in mille: filiam vero naſcituram et que religionem ingrederetur in. cc. et contingat filiam naſci: ꝛ accipere habitum tertij ordinis hoc caſu cēſetur preterita.

**Commodiſſime.** a Qui puidet in vno caſu: in alio videt omittere: ſed proviſio ſimplex porrigitur ad omnem caſum. hoc dicit. ¶ Oppo. j. e. l. ſi. Sol. glo. multis modis hic ꝛ ibi. ꝛ illā puto verā: quia ſi teſtator putabat ſe moriturū incontinenti: forte inſtabat periculum mortis ſecundum caſus qui ponuntur in l. iij. cum. l. ſequen. j. de don. cau. mor. ideo ſi naſcatur eo viuo non videtur preteritus quia voluntatem habebat inſtituendi eū. et hoc innuit tex. l. contrarie. in fine. dum dicit ne penam patiatur preteritionis qui filios non preterijt. ¶ Oppo. C. de inoffi. teſtamen. l. quoniam in prioribus. vbi conditio reijcitur ergo remanet inſtitutio pura. Solu. Hic text. notabiliter ſoluit: quia quedā eſt conditio que apponitur inſtitutioni facte de perſona certa. et loquitur lex contraria. quedam eſt conditio que apponitur inſtitutioni facte de perſona incerta. ꝛ ſic habet non ſolum vim conditionis ſed demonſtrationis. Et tunc ea deficiente talis perſona ſub conditione non videtur inſtituta. vt hac. l. in fin. Et per hoc dicebam in † q. de facto b. teſtator inſtituit filiā q ſibi naſcetur et matrimonium contrahet in mille: filiam vero que ſibi naſcetur et matrimoniū ingredietur in quingentis. Contigit quod mulier nata profeſſa eſt religionem tertij ordinis c ſororū ſancti Franciſ. et ſic nec nubet nec monaſterium ingredietur. dicebam ipſam preteritam: et teſtamentum ruptum: nec poterit ipſam inſtitutam dici ſub conditione. imo nullomodo eſt inſtituta vt hic. et ita de facto obtinui. ¶ Oppo. de. l. ſi extraneus. ſ. de condi. ob cauſam. Sol. vt dixi. ſ. ſolu. matrimo. ꝛ. l. ſi cū dotem. in princip. ¶ Oppo. j. eod. l. filio. in fin. gloſſ. nō ſol. Dy. dicit ꝙ ibi diſpoſitio fuit facta ſimpliciter. ¶ Oppo. inſtituta pro ſocio. §. illud. glo. non ſoluit. Dy. ꝛ Iacob. de aret. dicunt ꝙ ibi exprimebatur talis caſus in quo cōcludebatur omiſſus ex natura expreſſi. dicam in. l. gallus. §. ꝛ quid ſi tantum j. eodē. ¶ Opponi. extra glo. de vulga. ꝛ pupilla. l. iam hoc iure. in princip. vbi diſpoſitio facta in vnum caſum porrigitur ad alium. Solu. vt ibi dicam. et in dicto §. et quid ſi tantum.

b ~Andre. Poma. ¶ De facto. Adde Bar. l. ſi pater ante finē. C. de inſti. ꝛ ſubſti. vide Oldra. in ſimili conſi. cxlij. vide Bar. conſi. xxvij. in vlti. oppo. Iaſ. l. quamuis. C. de impube.

c ¶ Tertij ordinis. Adde inquantum Alex. dicit ꝙ perſone profeſſe tertium ordinem ſancti Franciſ. non dicuntur religioſe quod idem tenet Roma. conſil. ccclxvij. vbi dicit quod mulier tertij ordinis poteſt ſuccedere in feudo in caſibus in quibus alias mulier ſuccedit.

1 ☞ Barto. audiuit bis infortiatum.
2 Titulus pro herede ꝙ non habeat locum in ſuis.
3 Uerbum familia in iure accipitur pro ſubſtantia.
4 Filius viuo patre improprie eſt dominus rerum patris.
5 Poſſeſſio quod non continuetur in filios ſicut dominium.
6 Pater hodie non poteſt occidere filium.
7 Ratio quare filius ſuus preteritus rumpit teſtamētum patris ipſo iure.
8 Preteritio materna quare habeatur pro exheredatione.
9 In querela inofficioſi an habeat locum ſucceſſorium edictum.
10 Suus preteritus dicit teſtamentum nullum vel venit per contratabulas qn̄ eſt talis cōditionis quod in eum continuatur dominium.

**In ſuis.** In ſuos heredes dicitur cōtinuari dominium nō noua hereditas obuenire. licet poſſint exheredari. ¶ Et ſciatis † ꝙ audiui 1 bis iſtū librū ſine alia immixtiōe ꝛ nūꝗ̄ audiui iſtā. l. ꝛ Acc. ꝛ Do. ſicco pede tranſeūt: ſed vt mihi videtur non poſſet iſte titu. bñ ſtare ſine iſta. l. Diuidit. primo ponit vnū dictū. Scdo illud declarat. Tertio illud pbat ex cōivſu loquendi. Quarto cōcludit primū effectū eſſe verum. Quinto ex predictis ponit vnam illationem. Sexto reſpondet cuidā obiectioni. ſecunda ibi. qui etiam viuo. tertia ibi. vnde etiā quarta ibi. itaqꝫ. quinta ibi hac ex cauſa. ſexta ibi. nec ob. ¶ Primum dictum a eſt. quod in ſuos heredes dicitur continuari dominium non noua hereditas obuenire. ¶ Ex hoc † dicto pcedit quod in ſuis heredibus nō habet locum titulus pro herede. vt. l. nihil. C. pro herede. ideo ſemper ſuis exiſtentibꝰ heredibus ad probationem preſcriptionis alius titulus querendus eſt. ¶ Secundum dictum in quo probatur primum eſt quod filij et ceteri ſui viuo patre dicuntur quodāmodo domini. cum ergo efficiuntur heredes non poſſunt habere dominium nouum cum ipſi ante haberent. ¶ Tertium dictum probat 3 illud quod dictum eſt. ſ. eo. hoc † modo. familia accipit in iure pro ſubſtantia. vt. l. nam. quod. §. fina. j. ad trebel. et. l. pronuntiatio. §. j. de verb. ſigni. ſed in vſu loquendi et etiā in iure dicitur paterfami. et filiuſfa. Eſt ergo pater iſtius ſubſtantie et filius iſtius ſubſtantie dñs. et ſic ſubſtātia aliq̄d tribuit vtriqꝫ equaliter. ſed per hoc nomē pater et filius diſcernitur genitor a genito. ¶ Quartū dictū eſt ꝙ ex predictis cōcludit. nam ex predictis ſequitur verū eſſe dictū ꝙ noua hereditas nō dicitur obuenire filio: ſed magis adminiſtratio libera quā ante nō habebat. ¶ Quintum dictū eſt. vt ponat illationem ex predictis. ꝙ licet filij non ſint inſtituti: tamen ab inteſtato domini ſunt ex cōtinuatione dominij. ¶ Sexto rn̄det cuidā obiectioni hoc modo. ſi filius eſt dñs viuo patre. ergo pater eū nō pōt exheredare. et ſic cōtra totā iſtā materiā. Ad hoc reſpondet nō eſt mirandū ſi patri licet eum exheredare et priuare bonis: quia eum lice- b bat etiam occidere b hoc dicit. ¶ Oppo. quod duo non poſſunt eſſe domini inſolidum. l. ſi vt certo. §. ſi 4 duobus vehiculū. ſ. cōmo. Sol. † dicitur filius dñs improprie viuo patre: vt pꝫ ex tex. qui dicit quodāmodo. et hoc eſt ꝙ dicit glo. ꝙ hoc dominiū filij cō- c ſiſtit in nudo et puro intellectu. q. d. magis eſt in imaginatione quadam ꝗ̄ in veritate. ſimile dicit glo. in viro et vxore. quia licet vir dicatur dominus, tamen vxor eſt dña. vt. l. in rebus. C. de iur. do. ſed iſta equiparatio non eſt vera: quia in vxore dicitur retranſire dominium: in filio dicitur continuari vt hic. ¶ Op- d po. j. de acquiren. poſſeſ. l. cum heredes. Glo. hic di- 5 cit † quod in filio videtur continuari poſſeſſio c ſicut c dominium. Contrarium eſt verum. vt not. in. l. cum miles. ex quibus cauſis maio. ¶ Non obſt. l. ij. §. filium. j. pro herede. quia fateor quod nouus tit. poſſeſſionis non videtur obuenire filio. vt. l. nihil. C. pro herede. tamen noua poſſeſſio ꝛ noua apprehēſio eſt neceſſaria. ¶ Opp. inſti. de his qui ſunt ſui vel alie. 6 iur. §. fina. Reſpondeo † olim licebat occidere: hodie non: et ſic mitigata eſt poteſtas patris in perſona et etiam in bonis: quia hodie non licet exheredare abſqꝫ cauſa: olim ſimpliciter licebat: vt hic. ꝛ. l. iij. §. an- 7 te heredis. ſ. eodem. ¶ Quero † que eſt ratio quod filius ſuus preteritus rumpit teſtamentum ipſo iure. Reſpondeo ad hoc facta eſt iſta. l. quia ſuo heredi non dicitur hereditas obuenire de nouo: ſed dicitur continuari. vt hic. Cum ergo dominium continuatur in filium: non poteſt pater in alium transfer- d re dominium: et alium heredem facere: niſi priuetꝰ eum. vt hic. et hoc dicit tex. in ver. hac ex cauſa. quia ſi non inſtituatur vel exheredetur dominus remanet. ¶ Quero † que eſt 8 ratio quod preteritio materna e habe- e tur pro exheredatione. Reſpondeo quia cum dominiū a perſona matris



a ~Andre. Poma. ¶ Primum dictum. vide Andr Barba. conſi. xlix. in. j. volu.

b ¶ Occidere. Adde quod ex tex. in fine infert Ang. quod ſtante ſtatuto quod bannitus poſſit impune occidi poterit impune vulnerari. alleg. text. in. l. nec in ea verſicu. occidere. ꝛ ibi no. Bartol. j. de adulte. textus in c. cui licet. de regulis iuris. idem tenuit Cynus in. l. prima ad finem. C. que ſit longa conſuetudo. et Bal. in. l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſco. ꝛ cleri. ꝛ in. l. prima. ad finem C. de priua. carce. vbi tenet quod poterit in carcere priuato detineri. et domi. Anto. in c. fina. de conſue. in materia extenſionis tenuit quod quelibet iniuria poterit ei fieri et huic annectitur quod voluit Bartol. in. l. iij. §. fina. j. de adi. le. ꝛ in conſil. incip. ſtatuto caſtri plebis ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ bannitus poſſit impune offendi poterit occidi per. c. ſi. de homi. in. vj. idē tenet Io. and. in addi. ad ſpe. in titu. de conſti. §. j. in ſi. quia per contumaciam huius banniti ſtatutū voluit penam aggrauare. argu. c. capitalium. §. in crulibus. j. de pe. Bal. vero in ſuo peculio in verbo bannitus dixit ꝙ aut erat bannitus propter cauſam propter quam veniebat imponenda pena mortis. ꝛ tūc poſſit occidi aut non: et tunc quod nō licet iudici nō licet priuato et hanc ſequuntur Ange. et Pau. de caſtro in. l. caius. ſ. de ſeruit. vrb. predi. latius ibi vide et per Ange. conſilio. cclxxvj. per Pau. de caſt. conſi. cxciij. Barto. conſi. clxxxviij. ſupra alleg. ꝛ Bald. conſi. cxix. lib. v.

c ¶ Poſſeſſio. Adde ꝙ cōtrariū etiam tenuit Bal. in. l. ſi. C. de edi. diui adri. tol. et in. l. j. C. de appe. ꝛ in auten. defuncto. C. ad tertul. ꝛ in. c. j. de contro. inter maſcu. et femi. ꝛ in auten. ingreſſi. vbi ponit rationē per. l. cum heredes. j. de acquiren. poſſeſ. ꝛ ibi Bal. conſi. xiij. lib. j.

d ¶ Niſi priuet. Adde ꝙ hāc rationem comprobat Ange. per quinqꝫ motiua que hic vide per Alexan. poſt ipſum. Item facit Bald. per ſex motiua. vnde Ange. dicit ꝙ ratio reddi non poteſt niſi quia hoc fuit introductum pro ſolennitate ꝙ filius deberet a patre exheredari. vnde ſicut in alijs ſolennitatibꝰ non poteſt reddi ratio vtputa cur magis vinqꝫ. viij. vel. vj. teſtes requirantur in teſtamento. ita nec in iſto et hanc tenet Paul. de caſtr. hic Rapha. cuma. in lege ſi filius. ſ. eo et Ro. in. l. ſecunda. C. de bonis poſ. contratab. Bald. vero dicit ꝙ ratio eſt quia in patre eſt introductum pro ſolennitate ꝙ ſuum heredem inſtituat vel exheredet. ideo illa non ſeruata non tenet. ſed cum in matre hoc non requiratur pro ſolēnitate. ideo eo ipſo ꝙ alium inſtituit poteſt ipſum exheredare. et cū hac ratione videtur tranſire Alexan.

~Andreas Pomate.

e ¶ Preteritio materna. Uide Pau. de caſt. l. ſi filiꝰ qui in poteſtate. ſ. eo. et Chriſto. por. inſti. de exhere. li. in. j. colum.

a ¶ Extractus. Add de an occidens exiſtentem in vtero puniatur vt homicida. Jaco.bu.in.l.fin.C. de ſucceſ. refert aliquos diſtinguere aut erat animatꝰ aut non. primo caſu veniat appellatio hominis. ſecundo caſu non per glo. in.l.diuus.de extraordi.cri.et cum ipſo tranſit Angel. et Salice. Bal. vero hic dicit: quod ſi puniatur per l. cum interveteres C. de fidei cōmiſ. duz dicit talez ī vtero exiſtentē ſperare eē hominē. ergo interim nō eſt homo. ⁊ cum ipſo trāſit Pau. de caſtro. ſed qualiter de iure cōmuni puniatur. vide i.l.ſi qs aliquid.§. abortiōis. de penis. ⁊ in.c. ſicut el.ij. extra de homi. facit etiam hec lex ad illam queſtio. an extractus ſecto ventre dicatur natus ad hoc vt ſit locus ſubſti. vel ne. de qua queſtio. per Sali. in l.fi.C.eo. et dicit Bal. ita conſuluiſſe. ſed non allega. 3 conſilia ſunt.cxiij.et.cvij.iij.vol. et ibi dixit qd aduocati lucani dubitabant ſuper ipſo paſſu. tamen ipſe aliquibus rationibus veram eſſe eius opi. deducit. deinde alleg. Odofred. in dicta.l.anniculus. in verbo extractus ita tenere in lect. quam ipſe habere dicebat illi cui dirigebat conſilium. Subdendum eſt etiam quod Paulus de caſtro. in.l.penul.C.eodem. dicit quod natus anteꝗ̄ tangat de ſeptimo menſe non rumpit teſtamentum: quia cenſetur viuere non poſſe.l.in teſtamento.§.finali.infra de ſuis et legiti. quod eſt verum ſi conſtat eum viuere non poſſe ex alia cauſa quam quod ſit natus tempore nō debito: quia tunc rumpit per.d.l.penulti. et idem tenet Rapha. hic et ſequitur Alexand. pro quibus dicit facere.l.vxoris ab ortu.C.eodem. ſed tu dic quod Bald. conſilio.cxiij.libro.iij. tenet quod natus octauo menſe qui ſecundum phyſicos viuere non poteſt rumpit per.l.vxoris abortu. et.l. eum qui certarum. eodem titulo. ⁊ de prebente poculum abortionis vide Barba. conſilio.xxiij.ij.volumine. et ibi quid ſi abortus non ſequatur.

b ~Andre. Poma. ¶ Si ita ſcriptum. Vide que circa hic dixit Alex. conſi.cxvj.col.ij.vol.

non continuetur in filium cum non ſit ſuus: nō eſt neceſſe ꝙ exheredet filiū. ideſt extra dominium ponat. ſed ſi eū preteriat facit contra officium pietatis. ideo datur q̄rela. ¶ Quero vtrū
9 † in querela inofficioſi teſtamenti habeat locum ſucceſſorium edictum gl. in lege ſi quis poſthumos. §. primo. ſupra eodez. videtur dicere quod nō. Contrarium not. in lege pater filium. de inofficio. teſtamē. per legem ſi is. eodem titulo. et hoc tenet Dyn. in.c. non debet aliquis. extra de regu. iur. lib.vj. probatur in.l.iij.§. ſi emancipatus filius. de contratabu. per Gloſſ. ⁊ Cyn. de inofficio. teſtamen.l. ſi quis filium. ¶ Retenta illa opinio. opponitur. nepos qui erat in poteſtate nō fuit exheredatus nec pro exheredato habitus. ergo non habebit querelam ſed rumpit teſtamentum ipſo iure. vt.l.non putauit.§.primo. infra de contratab. ⁊.l.ſi is. ſupra de inofficio. teſtamen. et.l.maximū.C. de libe. preteri. ſi ergo filius eſt exheredatus: nepote ex eo in poteſtate retento preterito: filio excluſo a querela: ex ſucceſſorio edicto non poteſt nepos venire per querelā: ſed per contratabu. vel dicendo nullum. Reſpond. gloſ. in dicta lege pater filium. ſupra de inofficioſo teſtamento. huius timore exponit querelam. i. contratabul. quod communiter omnes ſequuntur. Mihi
10 autem diſplicet † tūc enim eſt verum quod ſuus preteritus dicit nullum vel venit per contratabu. quando eſt talis conditionis quod in eum cōtinuatur dominium: vt quia tenebat primum locum. ſed in queſtio. propoſita filius exheredatus precedebat nepotem. vnde in nepotē non continuabatur dominium illius: ergo nepotis preteritio non facit teſtamētum nullum. ſicut preteritio matris. debet ergo venire p querelam in qua filius exheredatus precedit eum: ſed filio excluſo venit nepos ſimiliter per querelaz. vt.l.ſi quis filium.C. de inofficio. teſtamen. vbi eſt caſus. et.l.pater filium. ſ. de inofficio. teſtamen. ita debet intelligi iſta materia.

1 ☞ Natus dicitur qui perfecte venit: vel viuus eſt extractus extra vētrem.
2 Viuus dicitur quis naſci: quādo vocem emittit vel apparet quando naſcitur eum eſſe viuum: licet momento viuat.
3 Seminatus viuens et poſtea mortuus an rumpat teſtamentum.

**Quod dicitur.** Etiam qui exciſo vētre trahitur preteritus rumpit teſtamentuz. h.d. ¶ Quero quando dicitur natus.
1 Reſpon. † quando perfecte venit vel
a eſt extractus[a] extra ventrē ⁊ viuus. ſi enim medietas corporis venit extra ventrem ⁊ viuit vt ſepe cōtingit non diceretur natus. tex. eſt in.l.penulti.C.eo.
2 ¶ Quero † quando dicatur naſci viuus? Reſpōdeo quando natus vocem emittit: vel etiam nō emittit: ſed apparet eum eſſe viuum: licet momento. vt dicta.l.penul.C.eodem. et ibi ſentit gloſſ. qd intellige ſi natus habet formam hominis vt ibi. ¶ Quero
3 † quid ſi eſt ſeminatus viuens ⁊ poſtea moritur. an rumpat teſtamentum. idem eſt caſus in.l. penul.C.eo. Et iſtam queſtio. feci vni in priuato examine et non bene reſpondit.

1 ☞ Habens poteſtatem legitimādi adulterinos: item inceſtuoſos an poterit legitimare adulterinū et inceſtuoſum ſimul.
2 Coniunctio aduerſatiua operatur ꝙ vno caſu exiſtente non habet locum diſpoſitio facta in alio.

b **Si ita ſcriptum.** [b] Prouiſio fctā in caſibus ſeparatis porrigitur ad eoſdem caſus ſimul coniunctos. hoc dicit. ¶ Opponitur ſupra eodem. lege commodiſſime. Solu. ibi prouidit in vno caſu tantum: hic prouidit in duobus caſibꝰ ſeparatis. ideo ſi veniunt ſimul coniuncti: ex preſumpta voluntate defuncti diſpoſitio trahitur ad illum caſum. dicam in.l.gallus.§.⁊ quid ſi tantum. infra eodem. Et hoc
1 † facit ad queſtio. quaz diſputauit Bono. dominus Joan. cald. dicens. Papa conceſſit legato ꝙ poſſit legitimare filios natos ex inceſtuoſo coitu. Item ex adulterino cōtingit quod quidam erat natus ex coitu adulterino et inceſtuoſo: et ſic ſimul concurrebant in eo. querebatur an legatꝰ poſſit legitimare. hec.l. facit ꝙ ſic prima facie ſed ſi recte inſpiciatur facit in cōtrarium: dicit enim ꝙ ſm iuris rigorem prouiſio facta in caſibus ſeparatis nō porrigitur regulariter ad eos ſimul coniunctos. Iſtam queſtio. exa
a minaui in.l.ij.[a] in prin. de verb. obli. ¶ Vltimo no-
2 ta. † tex hac.l. ꝙ quando quis vtitur iſtis coniunctionibus aduerſatiuis ſi vero: ſin autem quod ſi: ſed ſi: et ſimilibus: tunc videtur velle qd vno caſu exiſtente non habeat locum diſpoſitio facta in alio: vt hic quod facit ad multa: dixi in.l.in repetūdis. infra de legatis.iij.



1 ☞ Quando ſunt duo quorum vnū non poteſt eſſe ſine alio vnum non poterit ſine alio tolli.
2 Si ſeruus eſt inſtitutus heres cum libertate quando poſſit hereditas adimi.
3 Quando ſeruus habet coheredem hereditas tunc relinqui poteſt ſine libertate.
4 Si teſtator in teſtamēto ſolenni inſtituit heredem ſeruum: ⁊ poſtea adimat hereditatem ⁊ libertatem que voluntas ſit iſta.

1 **Regula.** Quando ſunt † duo quorum vnum ſine alio eſſe non poteſt vnum non poterit ſine alio tolli: ſed ſublatum virtute remanentis perdurat. h.d. ¶ Et iſte eſt vnus malus.§. per artiſtas ⁊ theologos: an qualitas poſſit ſeparari a ſubſtantia. ¶ Opponitur ⁊ videtur qd libertas poteſt tolli a legato ⁊ ecōtra: vt.l. ſeruū filij.§. ſi idem ſeruus. j. de lega.j. ⁊.l.ſi ſeruus. j. de adimen. lega. Reſpondeo qd iſta.l. loquitur in his quorum vnum non poteſt conſiſtere ſine alio vt in hereditate et libertate. ¶ Opponitur de.l.ſi certarū.§. ſi eadem. j. de teſtamento mili. Solu. fallit in milite cuius teſtamentum non aſtringitur regulis iuris: vt ibi ⁊ ratio eſt: quia miles poteſt ſine hereditate dare libertatem. ¶ Vltimo opponitur qd volūtas teſtatoris eſt ſeruanda. vt.l.in conditionibus. de condi. et de-
2 mon. Reſpōdeo † ego intelligo niſi appareat teſtatorem aliud voluiſſe: ſed intellige quod iſta voluntas ſit ſolennis: alias adimi non poſſet ſine libertate: ſed item intellige hunc tex. quando eſt ſolus heres: alias ſecus: ⁊ iſtud videtur probari in.l. ſed et ſi in conditione.§.fi. j. de heredi. inſti. hoc tenet Guil. in.l.ſi vnus.§.pactus. ſ. de pac. Nec ob.l. ita tamē. ſecundo reſponſo. j. ad trebel. ⁊.l. ſi ſeruus. j. de bonis auto. iudi. poſſi. Pileus dixit hāc.l. intelligi vbi euidens volūtas defuncti appareat quod intelligo ſcilicet ꝙ adimendo vnū voluerit adimere vtrūqꝫ. argu.l.illud. ⁊.l.nec is.§.heres. de acqui. here. hoc autem intelligo ſi iſta ademptio fiat in volūtate valida vt dixi plene in.l.ſi iure. j. de lega.iij. ¶ Quero
3 † quid ſi ſeruus habeat coheredē? Reſpondeo tūc ceſſat huius.§. ratio poteſt enim tunc relinqui hereditas ſine libertate ⁊ libertas ſine hereditate: quia aditione coheredis confirmatur teſtamentum: vt.l. ſed ſi in cōditione.§.fi. j. de heredi. inſti. quod tenet
4 Guil. in.l.ſi vnus.§.pactꝰ. ſ. de pac. ¶ Quero † qūo
b valebit[b] iſtud facio te heredem in teſtamento ſolenni poſtea adimo libertatem et hereditatem que eſt voluntas ſecunda: teſtamentū non quia non eſt heredis inſtitutio. codicilli non: quia in codicillis non poteſt directe adimi hereditas: quid
c ergo erit cogitabitis[c].

**Teſtamentum.** Exheredatio que per aditionem firmari non poteſt in vita exheredati: ipſo iure eſt nulla. h.d. ¶ Oppo. qd teſtamentum valeat. quia filius fuit exheredatus ſecundum formam.l.j. et.ij. ſ. eo. Sol. gloſ. hoc ideo quia exheredatio non
b tenet niſi adita hereditate. Jaco. de are. dicit ꝙ attenta iſta ratione nūꝗ̄ valeret teſtamentum in quo quis ſub conditione eſſet heres inſtitutus ⁊ filius exheredatus: qd eſt cōtra.l.nam
c et ſi ſub conditione. in princi. j. titu.j. quare dicas quod exheredatio poſt mortem eſt fruſtratoria: quia impoſſibile eſt eam per aditionem cōfirmari filio viuo: ſecus ſi inſtitutio eſſet facta ſub conditione que filio viuo poſſet exiſtere. ¶ Oppo. de.l.fi. j. de cōdi. inſtitu. Solu. gloſ. ⁊ bene quia habebat ibi coheredem cuius aditione exheredatio poterat confirmari inuita. ¶ Opponitur inſtitutio facta ad tempus videtur pura. vt.l.hereditas j. de heredibus inſti. Glo. ſolu. ibi in inſtitutione facta ad tempus certuz: hic de inſtitutione facta ad tempus incertum. vide in.l.ab omnibus.§.cū quidam. j. de leg.j. ⁊ dicam in. d.l. hereditas. de here. inſti.

1 ☞ Hodie poſthumus non exheredatur.
2 Cauſa inteſtati. qd trahit ad ſe cauſam teſtati.

**Si poſthumus.** Poſthumus preteritus rūpit ſpem eiꝰ gradus a quo eſt preteritus incontinenti cum naſcitur. nec confirmatur gradus ille licet natus ante decedat quam ad eū gradum veniat. ⁊ ſi rumpitur pars teſtamenti totum rūpitur. h.d. vſqꝫ ad.§. quod vulgo. tres partes habet. ſecūda ibi. itaqꝫ. tertia ibi. nam ⁊ cū duobus. ¶ Oppon. quod nō eſt: rumpi non poteſt. vt in.l.nam et ſi ſub conditione.§. poſt defectum. j. titu.j. Solu. non rumpitur gradus. ſed ſpes eius. dixi ſecundum Dy. in.l. ſi a primo. ſ. eodem. ¶ Oppo. quod poſthumus exheredari non poſſit. vt lege ſi quis in ſuo.C. de inofficio. teſtamen. So-
1 lu. hodie † non poteſt exheredari quia in exheredatiōe requiritur cauſa: olim poterat. ¶ Oppon. ad ſecūdum reſponſum quod debet valere tertius gradus ex quo poſthumus eſt exheredatus. vt.l.iij. in fine. ſupra

a ¶ In.l.ij. Vide q̄ poſui poſt alexā. quibꝰ etiā adde Jo. d' ana. ꝯſi.lxxxv.
~Andreas Pomate.
b ¶ Q̄ñ valebit. vide Alex. ꝯſil. ciiij. in.ij. volu.
c ¶ Cogitabitis. Adde qd bar. i.l.ſi iur. j. de leg.iij. videt velle qd non ſit ſublatū p̄mū ⁊ iſtaz opi. ſequit Bal. recte intuēti i.d.l. ſancimꝰ. Pe. de ancha. Jmo. in.l. cum eſſes. d' teſt. et cōſuluit Bal. cōſil. ccccxxx. li.iiij. inci. ad euidētiā ⁊ inquātum tāgit alex. an legata ad pias cās debeātur hereditate non adita vide q̄ poſui in l.j.C. de ſa. ſan. eccle.

eodem. Solu. hic in poſthumo preterito ibi in iam
nato: ⁊ ratio ponitur ibi in glo. ¶ Opponitur quod
inter poſthumum ⁊ iam natum: non ſit differentia:
vt. l. ſi a primo. ſ. eod. Sol. vt ibi dixi. ¶ Venio ad
tertium verſi. ⁊ iſtum examinabo ⁊ dicam rationẽ
eius in. l. penul. ī. ti. j. oppo. de. l. penul. ī. ti. j. Ultima
glo. dicit qđ hic poſthumus excluditur vt heres in-
ſtitutus ſed admittitur vt legitimus vel dic ſm Dy
num. qđ hic tex. dicit excluditur: intellige poſt mor-
tem ipſius poſthumi: ſed ſi viueret ad totam here-
2 ditatem admitteretur et † ſic not. caſum mirabilem
qđ cauſa inteſtati trahit ad ſe cauſam teſtati. Con-
tra quod videtur. l. j. §. ſi ex fundo. ī. de heredibꝰ in- 3
ſtituen. Solu. vt dicam in. l. penul. ī. titu. j. rationem
ibi videbitis: ⁊ vide gloſſam q̄ incipit. quatuor ſunt
⁊c. Et ita dicit Dyn̄. ibi: dic vt ibi. ¶ Opponitur ſi
poſthumus moritur ergo teſtamentum confirma-
tur: vt. l. poſthumus. in prin. ī. titu. j. Solu. ibi loquit
quando poſthumus deceſſit viuo teſtatore: hic qn̄
poſt eius mortem.

1 ☞ Datio coheredis facit ſuum heredem volun-
tarium.
2 Datio ſubſtituti vulgaris facit ſuum voluntarium.

**Quod vulgo.** Filius inſtitutus in primo
gradu in totum vel in par
tem licet ſit preteritus in ſecundo teſtamentum nõ
rumpit. h. d. Ratio huius. §. eſt quia per ſecundum
gradum filio inſtituto in primo nulla fit iniuria: non
enim admittitur niſi ipſo volente ⁊ hoc eſt quando
eſt inſtitutus ſolus. Idem ſi admittitur pro parte:
ſufficit enim quod pater eum inſtituat in legitima
ſua vt ſic non poſſit conqueri. Idem quando filius
eſt inſtitutus cum ſocio: et eſt ratio: quia dando te-
1 ſtator coheredem † filio facit de ſuo voluntarium vt
l. apud iulianum. §. idem iulianus. ī. ad treb. dicam
2 ī. co. l. ſi filius. ¶ Item dando † ſubſtitutum vulga-
riter facit eum volũtarium vt. l. papinianus. §. quar-
ta. ſ. de inoffi. teſta.

1 ☞ Falſa cauſa circa filiationem vitiat exhereda-
tionem ipſo iure.
2 Falſa cauſa adiecta in exheredatione illam non vi-
tiat ipſo iure ſi non reſpicit filiationem.
3 Aſſertio patris quod non faciat filium non eſſe in
poſſeſſione filiationis niſi mulier contempſerit plau
tianum.

**Si quis ita.** Exheredatione facta cũ cau
ſa que reſpicit filiationem: ſi
cauſa falſa probetur: teſtamentum rumpit. hoc di-
cit. ¶ Volo qđ tu cogites circa vnum quod ego nõ
cogitaui nec hic nec. ſ. titu. j. l. j. et iſta. l. videtur ca-
ſus pro opinio. Mar. quod exheredatio facta inſer
ta falſa cauſa facit teſtamẽtum ipſo iure nullum: qđ
tamen reprobaui in. l. prima. ſ. de teſtamen. Sed re
1 ſpondeo † quod falſa cauſa circa filiationem vitiat
exheredationẽ ipſo iure. vt. l. ſi pater. ⁊. l. nec apud.
C. de heredibus inſtituen. et ita loquitur hic et dixi
in. l. demonſtratio. §. quod autem. de conditio. ⁊ de-
2 monſtra. ſecus ſi † falſa cauſa aliud reſpiceret quam
filiationem vel affinitatem. ¶ Opponi. ſecundum
gloſſ. dicitur hic quod probat ſe filium. Contra non
debet admitti ꝓbatio que facta nil releuat: ſed hec
eſt huiuſmodi: quia ſi probetur filius exheredatio
eſt nulla. vt hic in text. ſi non eſt filius ſimiliter eſt
nulla. vt. l. quidam cum filium. de verbo. obli. Gloſ.
ſoluit. dicit Dy. melius quod iſta probatio facta ali
quid releuat. nam ſi probetur filius: ſuccederet ab
inteſtato: ſi non eſſet filiꝰ ſuccederent alij. licet vtro-
q; caſu exheredatio eſt nulla. ¶ Opponitur de. l.
iij. §. cauſe. ī. ad carbo. Solu. illud verum eſt quan-
tum ad carbo. bonorum poſſeſſionem: nõ ad aliud.
¶ Opponitur de. l. ſi inſtituta. §. j. ſ. de inoffi. teſta-
mento. Sol. vt ibi. ¶ Quero cui incũbat hic onus
probandi. Credo quod filio: quia verbũ patris eſt
contra eum. quod tene menti. hoc tamen nõ placet
3 Dy. † quia verbum patris non facit filium non eſſe
in poſſeſſione filiationis. niſi mulier contempſerit
plautianum. vt. l. j. §. iul. ſ. de liber. agno. et. l. j. §. ſi
quis. ī. ad carbo. ¶ Oppo. gloſ. inſtitu. qui ma. non
poſ. §. ſemel. Solu. ibi nõ eſt error quia cauſa eſt ve
ra. licet iniuſta. vt ibi not. Itẽ ibi. l. ſi alij. Sol. vt ibi
ſm intellectum Ric. Item ibi. §. j. dic vt ibi.

1 ☞ Subſtitutio vulgaris quod faciat de neceſſa-
rio voluntarium et an impediat exiſtentiam ſui he-
redis.
2 Exiſtentia ſui heredis operatur tranſmiſſionẽ he-
reditatis non adite.
3 In toto infortiato non videtur Bar. obſcurior lex.

**SI filius heres.** Iſta eſt val-
de difficilis
lex. Quando filio datus eſt ſubſtitu-
tus vulgariter: exiſtentia ſui heredis
non operatur trãſmiſſionem: alias ſe-
cus. hoc dicit. Secundum verum intellectũ. et glo.
non videtur illud vidiſſe quod eſt dubium et multũ
infraſcat eam. tamen diuido ſecundum illam diui-
ſionem quam puto veram in duas partes. ¶ Pri-
mo loquitur quando filius fuit inſtitutus pure da-
to ſibi ſubſtituto nepote vulgariter. Secũdo loqui
tur quando filius inſtitutus eſt ſub conditione po-
teſtatiua que non poteſt impleri vltimo vite ſpiri-
tu nullo dato ſubſtituto. ſecunda ibi. quod ſi nemo.
Item ſecunda ſubdiuiditur: quia primo ponit di-
ctum ſecundo exemplificat. ſecunda ibi. ſicut eueni-
re. ¶ Pro declaratione legis quero in quo differt
princi. a ſecundo reſponſo. Huius timore hoc prin-
ci. legitur tribus modis. primo quod hic filius fuit
inſtitutus pure. in ſecundo reſpõſo ſub conditione.
et iſtam tenet Dyn̄. ¶ Sed ad hoc opponi. ſi fuit
inſtitutus pure. ergo ſtatim fuit heres ſuus ⁊ neceſ
ſarius. vt inſtitu. de hered. quali. et diffe. §. ſui. et le-
ge neceſſarijs. infra de acquirenda heredita. Male
ergo dixit text. qui dicit nepotem eſſe heredem ſui
aui. Huius timore dicunt quidam nepotem eſſe he
redem ſui aui: non directo: ſed per mediam perſo-
nam patris ſui. et hoc tangit gloſſ. que incipit auo
ex teſtamento. circa finem. quod gloſſ. non tenet et
merito. quia tex. dicit nepotem ſuum heredem tam
patri quam auo. ſed ſecundum hanc lecturam non
eſt ſuus heres niſi patri tantum. vnde alij recedunt
ab hac lect. et dicunt quod a princip. fuit inſtitutus
filius ſub poteſtatiua conditione que poteſt imple-
ri vltimo vite ſpiritu. in ſecundo rñſo fuit inſtitutus



ſub conditione q̄ non poteſt impleri vltimo vite ſpi
ritu. Iſta lec. poteſt ſuſtineri: ſed non eſt neceſſaria:
vt. ī. dicam. Tertij legunt totum ecõtra qđ in princ.
fuit inſtitutus filius ſub conditione que non poteſt
impleri vltimo vite ſpiritu. in ſcđo reſponſo in ea q̄
poteſt impleri. Iſta lec. non eſt vera. nam fini nullo
modo conuenit ꝙ loquatur de ea que poteſt imple-
ri vltimo vite ſpiritu. nam tunc qn̄ iſte moritur non
eſſet certum neminem ex teſtamẽto heredem fore
cum adhuc poſſit impleri cõditio vſq; ad vltimum
vite ſpiritum: qđ eſt cõtra text. huiuſ. l. in ſcđo rñſo.
Item non cõgruit prin. ꝙ loquatur de conditione q̄
non poteſt impleri vltimo vite ſpiritu: quia tunc eo
viuo certum eſſet conditionem deficere ⁊ non poſſe
impleri. ⁊ ſic poſſet habere locũ exiſtentia ſui here-
dis. ⁊ remaneret oppoſitio prima. ¶ Preterea tex.
voluit ſolum facere iſtam differentiam. Utrum filio
fuerit datus ſubſtitutus vel non: tene ergo primã. ſ.
ꝙ filius fuit inſtitutꝰ pure. Ideo autem ipſe nõ fuit
1 ſuus heres patri quia pater ſibi vulgariter † ſub-
ſtituit: per qđ facit de neceſſario voluntariũ. vt. l. pa
pi. §. quarta. de inoff. teſt. ⁊ hic eſt caſus. qđ declara
ui. in. l. iul. ī. ſi omiſ. cau. te. Poſſes etiã ĩtelligere to-
tam iſtã. l. in filio inſtituto ſub ꝯditione poteſtatiua
q̄ nõ pôt impleri vltimo vite ſpiritu. ſed in primo ca
ſu habuit ſubſtitutũ in ſcđo non. ideo in primo caſu
nõ fuit ſuus heres patris. in ſcđo ſic. facit ad. d. l. vl-
ti. ī. de cõdi. inſti. ¶ Ad id autem qđ dixi qđ ſubſti-
a tutio vulgaris impedit exiſtẽtiam ſui heredis[a] dic
vt in. l. ſi filius qui patri. de vulg. ⁊ pupil. ⁊. d. l. iul. ſi
omiſ. cau. te. ¶ Quero dicitur hic in prin. ſi interim
moriatur. qđ vult dicere interim. gl. rñdet ante adi-
tam hereditatẽ. Et iſta vera: quã tenet Dy. et oẽs.
Ratio. quia cũ haberet ſubſtitutũ vulgarem requi-
rebatur aditio: cũ tunc nõ ſit ſuus vt dixi. Alij expô 3
nunt interim. i. viuo teſtatore ⁊ male. quia ſi filꝰ de-
ceſſit inteſtatus viuo patre. tunc ſm iſta tẽpora nõ
haberet heredẽ. vt. l. ij. de caſtrẽ. pe. Si vero filius
deceſſit teſtatus forte in caſtrẽ. peculio: tunc pôt ha b
bere heredem ſed nõ ſuũ: quia tũc non hʒ filium in
poteſtate. licet ſit miles. vt. l. filius a patre. ī. e. ⁊ tex.
hic dicit vtriq; ſuũ heredem futurũ. Unde tertij di
cunt interim. i. pendente cõditione. vt glo. dicit. ſed
vt dixi in prin. loquitur qn̄ filius fuit inſtitutꝰ pure:
pôt etiam intelligi qn̄ fuit inſtitutus ſub cõditione.
vt. ſ. dixi ⁊ ꝓcederet hec lectu. ¶ Venio ad ſcđam
partem dr̄ hic ipſe filꝰ inteſtato patri heres exiſtit.
quero de quo filio loquatur an de nepote an de filio
primo. Quidã dicunt qđ de nepote. vt in hoc vide-
tur reſidere gl. ¶ Sed ad hoc opp. qũo poteſt eſſe
nepos ſuus heres vtriq; cũ pater eum preceſſit tp̄e
mortis aui. vt inſti. de here. que ab inteſta. §. ita de-
mum. Glo. dicit ꝙ hic auus deceſſit teſtatus: et ſic
ſufficit ꝙ nepos ſit proximior tp̄e quo teſtamẽtum
deſtituitur. vt inſti. de leg. ag. ſuc. §. proximus. vidi-
ſtis in. l. ſi quis poſthumos. §. ſi filiũ. in verſi. ſed et
2 ſi heres. ¶ Venio ad iſtud an ſit verũ. ⁊ oppo. † exi
ſtentia ſui heredis operatur trãſmiſſionem heredi
tatis non adite. vt. l. hereditatẽ. §. filius. ī. de caſtr.
pe. maxime in ſuos. l. j. C. de his qui ante aper. tab.
Cum ergo iſte fuerit ſuus: nõ poteſt auo heres eſſe
directo: quia pater nepotis fuit ſuꝰ. Preterea dicit
tex. certum eſſe incipit ⁊c. ſed hoc eſt
falſum: q2 quicunq; heres filij ex per-
ſona filij defuncti poteſt hereditatẽ
nõ agnitam agnoſcere. vt. d. l. j. ergo
non eſſet certum vt dicit tex. imo eſt
dubium. quia poſſet adire vel repu-
diare ſi vellet. vt. l. ſi quis filium. §. j.
de acqui. here. ¶ Item hoc in cõdi-
tione poteſtatiua q̄ poteſt impleri vl
timo vite momẽto nõ poteſt ꝓcede-
re: q2 nõ eſt certũ ĩterim donec viuat:
ſʒ poſt mortẽ. vt. l. ſuꝰ q̃ʒ. de hẽ. inſti.
⁊. l. ſi. ī. de ꝯdi. inſti. ¶ Ex hoc ꝯcludo
qđ hec lec. nõ procedit. intellige ergo
ſm Iac. de are. qđ in ver. qđ ſi nemo.
fuit inſtitutus ſub cõditione poteſta
tiua q̄ vltimo vite ſpiritu non pôt im-
pleri. vide iſtã opi. per Azo. hic in fi.
Et ſic loquitur de filio primo q̃ erat
heres patris: ⁊ nepos directe eſt he-
res patri: ⁊ auo per mediam perſonã
patris ſui. et hoc modo procedit iſte
ver. Cogitabã ſi poſſet ſaluari ſine
iſta diuinatione ꝙ eſſet dubium vtrũ
poſthumus naſceretur: et ſic rũpere-
tur teſtamentũ: ideo ſui heredis exi-
ſtentia nil operatur: et hoc modo nõ
poſſum dicere: per. l. cũ quidam. §. qđ
dicitur in fi. ī. de acqui. here. ¶ Sed
tunc opp. de ver. ſicut. ſed dico quod
ver. ſicut ponitur exemplificatiue nõ a
ſimilitudinarie ſm Iac. de are. ⁊ ſm
lec. quã teneo. vel dic qđ addit in ver.
ſicut. qn̄ nepos non extabat. habes
difficilem. l. non video qualiter † poſ-
ſit tranſire. ſi ſcires audirem libẽter
et in toto infortiato nõ videtur mihi
obſcurior lex.

a ¶ Sui he
redis. vid
Bal. cõſil.
lv. lib. ij. et
cclxx. li. iij.
Pau. d ca.
ꝯſi. cclij.

**Multi.** [b] Exheredatio fit
quandoq; propter
bonum. h. d. Quero an iſta
ſit correcta per aut. de hered. que ab
inte. §. illud que vult qđ filꝰ inſtitua-
tur. Domini gl. tangit in. l. cũ ex filio.
circa prin. de vulg. ⁊ pupil. et videtur
ꝙ hodie ſit correcta. Alibi videt gl.
tenere cõtrarium in. l. ſancimus. §. re-
pletionem. et. §. ſeq. C. de inoffi. teſta.
tene gloſ. in. d. l. cum ex filio. et ibi la-
tius dicam.

**Cum quidam.**
Odia reſtringi. fauores cõ
uenit ampliari. h. d. Vide
glo. que incipit no. fauorem. ibi exer-
citum dic vt no. per Dy. in. c. odia. ex-
tra de regu. iur. lib. vj. Que eſt ratio
qđ quando filius eſt exheredatus a b
certa parte nõ valet. Reſpõdeo quia
tunc in illa parte in qua non ſit exhe-
redatus in eũ continuatur dominiũ.
et ſic decederet pro parte inteſtatus:

Andreas
Pomate.
b ¶ Multi.
ꝙ iſta. l. ſit
corrupta.
Vide ka-
ro. Ruy in

§.et quid ſi tantum.in.ix.col.j.eo.titu. a
a ¶ Sub conditione.Inducit Bald.qđ monachus
ſiue ex teſtamento ſiue ab inteſtato heres non dici
tur neceſſarius patri:quia cū ſit in poteſtate Abb.
ſtatim mutauit ⁊ exiuit patriam poteſtatē vt eſt gl.
in.l.ſi ex cā §.papinia nus.ſ̄.de mi.idē tȝ Ange.hic ſubdēs qđ ēt in ꝓñaȝ monachꝰ nō đ: ſuus
qđ non poteſt:vt.l.ius noſtrum.ĵ.de
regu.iur.et.l.in ſuis.ſ̄.eo.ſecꝰ ſi a di-
midia eum exheredaret cum eſſet ſo
lam dimidiam ab inteſtato habitu-
rus tunc valeret quia in alia non con
tinuatur dominium ⁊ ſic ceſſaret ra-
tio.l.in ſuis.ſ̄.eo.
heres patri ⁊ ideo requiritur expꝛeſſa aditio adeo
qđ ſi deceſſit hereditatē non adita monaſteriū ex
potentia ſuitatis non ſuccedit contrarium tamē qđ
imo iura ſuitatis retineat et trāſmittat tenuit Guil.
de cu Iac.bu.Bal.expſſe in.l.deo nobis.C.de epiſ.
et cle.per illum tex.⁊ Bal.in.l.cuȝ adoptiuus.C.de
adop.Iac.bu.⁊ Bar.in auť.ſi qua mulier.C.de ſac.
ſan.eccl.Bal.in.l.apud hoſtes.ad fi.C.de ſuis et le-
gi.idem in.l.nepotes.ſ̄.de his qui ſunt ſui vel alie.
iur.⁊ fuit de mente Bar.in.l.item in poteſtate.ſ̄.eo.
inquantum dicit ꝙ exiſtens in dignitate vel mona-
chus exiens patriam poteſtatem qđ eſt verū in his
quibus nō eſt ſibi fauoꝛ nō ob.ꝙ ſit in poteſtate qꝛ
reſpondetur vt per Bal.in auť.ſi qua mulier.⁊ vide
Ange.cōſil.cxxiij.inci.in dei nomine ſuper puncto
et qđ ingrediēs monaſterium iura ſuitatis retineat
et hereditatem paternam nō aditam trāſmittat cō-
ſuluit Bal.ꝯſi.cccix.li.ij.⁊ Pe.de anch.ꝯſi.ccccxxj.
vbi dicit qđ ſit iniuria monacho:ſi nō renouetur em
phyteoſis finita per lineam.
b ¶ Ueritas pꝛeualet.hec.l.ad plures infertur.q.j.ꝙ
ſi ſit ſtatutum ꝙ pena delicti cōmiſſi de nocte dupli
cetur ⁊ ꝙ nox intelligatur poſt ſonum talis campa-
ne qđ aliquis exiſtens de longinquo non potens au
dire campanam delinquat quod non debeat puni-
ri quia veritas noctis pꝛeualet fictioni et ita vtiqȝ
decidit Bald.in.l.liberoꝛum.ſ̄.de his qui not.infa.
Bal.⁊ Sali.in.l.fi.C.de his qui.vt indi.de qua etiā
per Iaco.bu.qui illam diſputauit in.l.moꝛe ro.ĵ.de
ferijs.ꝑ Pe.de anch.in.c.canonum ſtatuta de cōſti.
in ver.iſtam.q.diſputauit Iac.but.facit ſecundo ad
q.ſtatuti vel conſti.dictantis quicunqȝ debellauerit
tale caſtrum de eo debeat inueſtiri ⁊ illud habeat in
feudum qđ ſi mutus ⁊ ſurdus illud debellauerit qđ
illud debeat habere in feudum vt determinauerūt
Guil.de cug.Bald.et Salice.in lege cum filiuſfa-
mi.viaticum.ſupꝛa ſi certum petatur.argum̄.lege ſi
quis in graui.§.vtrum ver.hi qui.infra ad ſille.facit
l.tertia.ad queſtio.ſtatuti dictantis quod bannitus
poſſit impune occidi:et aliquis qui habens gratiaȝ
a pꝛincipe vel iudice non ſit cancellatus occidatur
occidens puniatur cum adhuc ſit imago ſcripture
et quia in pluribus locis traditur autoꝛitate conſu-
lentium ero contentus de quo per Paulum de ca-
ſtro.conſilio trigeſimo quarto et centeſimouigeſi-
motertio per Angelum conſilio ducenteſimooctua-
geſimoſecundo.et per Baldum conſilio.xxxj.libꝛo
quarto.

# Sub conditione.

[a] Ut quis ſit ſuꝰ heres pa-
tri requiritur qđ non ſit in poteſtate alte-
rius tempoꝛe moꝛtis ⁊ conditionis exiſtē
tis.h.d. ¶ Op.ad hoc qđ quis ſit neceſſarius ſuffi-
cit qđ ſit in poteſtate tempoꝛe moꝛtis vt inſti.de he
re.qua.⁊ diffe.§.ſui.Dicit gl.hic dedit ſe ad arrogā
dum in vita teſtatoꝛis:ſed non eſt verum:quia tunc
eſſet adoptio nō arrogatio.Alij dicunt hic loqui in
filio emancipato:⁊ nō eſt verum quia nō deſinit eſſe
ſuus ꝓpter adoptionē:ſed ꝓpter emancipationeȝ.
dic ergo qđ requiritur quod ſit pꝛimus tēpoꝛe moꝛ
tis.vt ibi.⁊ qđ non ſit in poteſtate alterius tꝑe exi-
ſtentis cōditionis:vt hic.Gloſ.ſol.⁊ vide eam que
incipit in vita teſtatoꝛis.⁊ gl.aſſignat aliam ratio-
nem quā vide in ea.⁊.§.alienus.quē glo.allegat nil
facit:quia ibi loquitur in acquiſitione hereditatis:
cui acquiratur.hic tractatur an iſte ſit ſuus. ¶ Op
po.cōtra hanc.l.de.l.pater filio.de here.inſti.vbi tā
tum inſpicitur tempus moꝛtis.Rñdeo.ibi loquitur
in ſeruo hic in filio.Unde eſt differentia quia ſi ſer-
uus alienatur tranſit cū ſua cauſa.⁊ dñs poteſt ſer-
uo legem apponere.vt.l.ſeruus hac.l.ĵ.de manu.et
l.j.⁊.ij.C.qui.ad li.pꝛocla.nō licet.ſed hic loquitur in
filio cui teſtatoꝛ non poteſt imponere legem vt hic.
¶ Oppo.de.l.antepenul.ĵ.de here.inſti.vbi in ſer-
uo inſpicitur tempus cōditionis:non moꝛtis.Sol.
ibi ſeruus mutauit ſtatum ex diſpoſitiōe legis.hic
hominis volūtate mutauit.⁊ ita no.in contrario.et
tene menti diſtinctionem per te.Opp.de.l.ſeruus.
§.fi.infra.de here.inſti.quam glo.allegat pꝛo cōcoꝛ
dantia.ſed dic vt ibi no.

# Si filium.

Sufficit qđ a tēpoꝛe na-
tiuitatis filius ſe inſtitu
tum reperiat.h.d. ¶ Oppo.de.l.poſthu-
ma.ĵ.eo.Sol.vt ibi. ¶ Quero de qua cō
ditione loquatur.Gloſſ.hic dicit ꝙ de poteſtatiua
caſuali vel mixta.In eo quod dicit de poteſtatiua:
nō videtur verum:quia poſthumus non poteſt im-
plere cōditionē anteqȝ naſcatur.niſi diceres de po
teſtatiua depēdente a poteſtate alterꝰ non poſthu
mi.⁊ idem dic de mixta:ſed qđ dicit de caſuali ꝓce
dit ſine dubio quia poteſt exiſtere anteqȝ poſthu-
mus naſcatur.⁊ hanc tenet Dy.
1 ☞ Ueritas pꝛeualet fictioni.
2 Redditus ideſt retrodatus.
3 Equitas naturalis ineſt in omni fictione.
4 Quando veritas ⁊ fictio inuicem tendunt ad diuer
ſa fictio pꝛeualet veritati.
5 Adoptio quid ſit:remiſſiue.

# Filio.

Quādo veritas ⁊ fictio ten-
dunt ad vnum fineȝ veritas
b pꝛeualet[b] fictiōi.h.d. ¶ No.ex hac.l.
1 †ꝙ veritas pꝛeualet fictioni. ¶ Secūdo
no.de ſignificatione huiꝰ verbi reddi
2 tus †ideſt retrodatus de hoc dixi.ſ̄.ſol.matr.in ru-
bꝛica. ¶ Oppo.de.l.non putauit.§.ſi quis emanci
patum.infra de contratabu.Solu.ibi:in extraneo
exheredato qui fuit poſtea arrogatus:hic in filio.
Ratio:quia in extraneo exheredatio ab initio fuit
incepta:ſed in filio licet emācipato ſecus.Pꝛeterea
extraneus adoptatus incipit eſſe nouus filius fi-



ctus:qđ in filio emācipato non ꝓcedit vt hic. ¶ Sȝ
cōtra hoc oppo.ĵ.§.ꝓxi.Sol.ibi:in inſtitutiōe que
ita cōgruit in perſona extranei ſicut in perſona filij.
Et ex hoc habes intellectū ſeq̄ntis.§.quē vide ꝑ te.
¶ Item oppo.de.l.ſi quis poſthumos.§.ſi filiū.ſ̄.
eodem.Dicebat dñs Ray.qđ erat ꝓpter fictionem
poſtliminij in qua eſt equitas naturalis.vt.l.poſtli-
3 miniū.ĵ.de cap.⁊ poſtl.reuer.ſed truffa eſt †qꝛ in om̄i
4 fictiōe ineſt equitas naturalis.dic ergo ꝙ †qñ veri-
tas et fictio tendunt inuicem ad diuerſa:tunc pꝛeua-
let fictio.vt.l.ſi q̄s poſthumos.§.j.ver.diuerſuȝ.ſ̄.e.
de cap.et poſtli.reuer.per totū.et tota iura loquen-
5 tia de poſtliminio et iura fictionū. ¶ Quid †eſt ado
ptio.Dic vt in glo.et no.eam.et eſt diffinitio Azo.in
ſum.de adop.et eam pꝛobat Guil.de cu.in.l.j.ſ̄.de
adop.dic vt ibi per eum.

# Poſthuma.

Si tēpoꝛe natiuita
tis filia non reperiť
legitime inſtituta teſtm̄ rūpiť.h.d.
1 ☞ Qui expꝛimit nomen ſpeciei vide
tur nominatim facere.
2 Renuntiatio caſuum foꝛtuitoꝛum ꝙ non valeat niſi
expꝛeſſe renuntietur.
3 Mandatum factum ad petendum reſtitutionem in
integrum quoties opus fuerit non tenet.
4 Filioꝛum appellatione in exheredatione quādo ve-
niant poſthumi.

# Titius.

Qui exheredat filios vide
tur nomiatim exheredare:
nec videť quis exheredare filios quos
ignoꝛat ſe habere.h.d. ¶ Oppo.inſti.
de exhere.li.in pꝛin.et.l.fi.C.eo.et.l.j.ſ̄.
eo.Sol.glo.ꝙ expꝛeſſe et nominatim dicitur fieri qñ
filios exheredat.ſecus ſi dicat liberos ⁊c.vide gloſ.
1 que incipit ſecus ſi dicat ⁊c. ¶ No.ergo qui †expꝛi-
mit nomen ſpeciei videť nominatim facere.tetigi in
l.turpia.§.fin.de leg.j.et hoc eſt vtile ſcire ad multa:
2 ſpecialiter ꝓpter vnū ſcȝ †ꝙ renūtiatio caſuū foꝛtui
toꝛū nō valet niſi expꝛeſſe renuntiet.vt.l.ſed etſi q̄s.
a §.queſitū.[a] ſ̄.ſi quis cau.et.l.opꝰ.ſ̄.loca.ſed quid ſi
dicat.ſuſpicio omnem caſum foꝛtuitum ⁊c.Glo.di-
cit quod ſatis videtur expꝛimere.et iſtam.l.induco
ad aliā q̄ōnē.multi ſunt caſus in quibꝰ requiritur in
pꝛocuratoꝛe ſpāle mādatū:vt no.in.l.pōpo.de ꝓcu.
3 An ſufficiat ꝙ †dicat ad petendū reſtitutionē in in-
tegrū quoties opus erit.An ſit opoꝛtunū ꝙ dicat in
tali cauſa.Et videtur ꝙ ſufficiat ſi dicat quoties opꝰ
erit.Cōtrariū videtur in.l.ſi quis mihi bona.§.iuſ-
ſum.ĵ.de acqui.here.Et hoc tenēt doc.⁊ Cy.⁊ alij in
l.j.C.etiā per pꝛocura.in integ.reſti.pe.po.dicā in.d.
§.iuſſum.plenius in.l.filiuſfami.§.j.de don. ¶ Que-
4 ro †quid ſi exheredat filios.an poſthumū videatur
exheredare.Et videtur ꝙ ſic ita dicit glo.ſed cōtra
rium puto verum niſi in aliqua parte teſtamenti fa-
ceret mentionem de poſthumo.vt.l.qui de filiabus.
ĵ.de leg.j.Non ob.l.quam glo.alleg.quia ibi eſt fa-
uoꝛ tutele dixi in.d.l.qui filiabus.
1 ☞ Pꝛomiſſio facta in vnum caſum poꝛrigitur ad
alium in quem teſtatoꝛ ſimiliter pꝛouidiſſet ſi de eo
ſpecialiter cogitaſſet.
2 Statutum ꝙ pene duplicentur de nocte qualiter in
telligatur nox ⁊ qualiter dies.

a ¶ Queſitū.Cōis eſt cōcluſio quam ponit glo.in.d.
§.queſitum vide que ibi poſui.
b Andre.Poma. ¶ Lucius.Uide Bartol.l.ſi is
qui pꝛo emptoꝛe.in.iiij.q.pꝛincipali vſura.vide Are.
conſi.vlti.in vlti.char.in pꝛin.vide Alex.conſil.cxxx.
in.ij.colū.
⁊ vide que de iſta ſi- militudine ſcripſi.l.ta le pactum. §.finali.ff. de pac.

# Lucius.

b [b] Fauoꝛe teſtamenti ⁊
ꝓpter ignoꝛantiā te
ſtatoꝛis natus habetur pꝛo nō nato.
1 h.d.Uel aliter ſm̄ gl.†pꝛouiſio facta
in vnū caſum poꝛrigitur ad alium in
quē teſtatoꝛ ſimiliter pꝛouidiſſet ſi de
eo cogitaſſet.h.d.et eſt notabilis ca-
c ſus. ¶ Opp.d.l.nomen filiarum.ĵ.de
verb.ſigni.⁊.l.ſi quis filiabus.de teſt.
tut.cū.l.ſeq.vbi appellatione poſthu
mi nō continetur ⁊ iam natus.Sol.vt
2 in gl. ¶ Ultimo iſte tex.facit †ad que
ſtionem dicit ſtatutum ꝙ pene dupli
cētur de nocte:nūquid ſi aliquod ma
leficium dicitur factuȝ fuiſſe de ſero:
vel dicitur qđ fuit de mane tempeſti-
ue.dicatur fieri de nocte.Recoꝛdoꝛ
qđ dixi de hac queſtione in pluribus
locis.ſed breuiter do declarationem
claram.l.hec verba ille.ĵ.de ver.ſig.
dicit quod aut dies eſt aut nox.mo-
do nox quid eſt:dic non eſt aliud niſi
pꝛiuatio lucis.⁊ dies nō eſt aliud niſi
poſitio lucis[c].Et iſtud pꝛobatur in
c.conſuluit.extra de offi.delega.mo-
do ad pꝛopoſitum qñ dicitur de ſe-
ro:nō eſt facta nox.ſed fiunt tenebꝛe:
non tamen eſt adhuc nox.hoc pꝛobo
per.l.q̄ duos.ĵ.de manumiſ.teſt.vbi
viuens moꝛitur.⁊ videbitis in.l.ſi q̄s
filio.ĵ.eo.Ita dico qñ dicitur mane.
tunc celo albeſcente eſt dies.vt hic.⁊
l.j.C.de cuſto.reo.quia cum nox rece
dit eſt dies.Iſtam queſtio.diſputa-
uit dñs Pet.de cernetis.

¶ Poſitio lucis.cum Barto.trā ſit Bald. et Pau.de caſtro.hic Imo.vide tur tñ qđ dies dēat intelligi vt dixit ipſe Bart.in.l. aut fctā.§. tp̄s.ĵ.de pe.ſ.ꝙ di- es eſt qñ ſol eſt ſup terraȝ per text.in.c.ſi pfodiens extra đ ho mi.vbi fur diurnus đꝛ ſuper quo cadit ſol ſȝ nocturnus ecōtra nō ob.iſte tex. qꝛ aliq̄ ha-
bent caleſcente die aliqui albeſcente ⁊ poteſt intelli
gi de die naturali iuxta no.per glo.in.l.moꝛe ro.de
fer.non incongrue ſubiectitur queſtio illa ꝙ ſi quis
commiſerit maleficiuȝ in die aſſumpti.virginis glo
rioſe patiatur duplicem penaȝ et aliquis delinquat
in nocte ſequenti feſtum an debeat puniri duplici
pena et dicitur quod aut dictum ſtatutum eſt factū
in honoꝛem virginis et tunc illa dies finitur ſaltem
in completoꝛio ipſius feſti.vt patet ex no.in cap.vi-
ti.de ſenten.excommu.libꝛo.vj.§.adijcimus.⁊ tunc
non debet intelligi in feſto illius diei aut non fuit fe
ſtum virginis et tunc non debet puniri duplici pe-
na quia de pꝛopꝛia ſigni.vocabuli maleficium com
miſſum de nocte non videtur de die.nam tunc dies
eſt pꝛopꝛie cum ſol eſt ſuper terram vt pꝛobatur de
offic.delega.conſului et hec eſt determinatio Fe-
deri.de ſenis licet latius per eum conſilio quadra-
geſimoquarto.et.cclvj.et an ſtatutum poſſit induce
re diem vel noctem vide Angelum conſilio centeſi-
mononageſimotertio.

a ¶ Poſt mortem. Bald. vt refert Pau. de caſtro. volens ſuſtinere glo. exponit: poſt mortem: ideſt cū morietur: ſeu cum incipiet mori: et ſic potuit confirmari viuente filio: quia ſtatim cum incipit mori extat conditio inſtitutionis heredis. ſic econtra habemus qđ iſta verba moriēte tamē exponuntur iterdū poſt mortem. vt ſupra. l. ſi qs poſthumos. §. ſi filium. verſ. moriente. et hoc qa hic non tātum pater deliquit erga filium: nec etiam circa formā teſtandi: quia dedit coherede m vt exheredatio confirmet. vnde potius per errorem videtur illa verba dixiſſe poſt mortem. ꝛ hoc ipſe Bald. inducit ad. q. de teſtatoribus relinquentibus vxores ſuas domias et vſufructuarias quouſqꝫ vixerint et poſt earum mortem inſtituunt alium heredem: certe inſpiciendo vim verborum vxor nō poterit habere vſumfructum ea viuente: quia eſt legataria: et legatum non valet niſi adeatur hereditas: et heres non poteſt adire ea viuente: et ſic fraudat intentio teſtatoris. dicit ergo Bald. quod illa verba potius videntur appoſita per errorem notarij: quia intentio teſtatoris eſt ꝙ ille ſit heres ſtatim non ad vſumfructū niſi poſt mortē vxoris. Et dicit Pau. de ca. habuiſſe de facto bonon. q̄ inſtitutus deceſſerat ante vxorē: ꝛ dubitabatur an tranſmiſiſſet hereditatem ad ſuos heredes ſi fecit aliqs actus inducētes abdicationē. ꝛ ſe remittit ad Jo. an. ꝛ cū deciſione Bal. videtur tranſire quā etiā tenet ipſe Bal. in. l. id quod pauperibus. in. xiiij. q. C. de epiſco. ꝛ cle. ꝛ Bal. in. l. extraneū. C. de here. inſtit. Cōtrariū tamē tenet Joan. and. in titu. de pigno. §. j. verſicu. porro vſufructuarius. et Jmol. hic. que opini. vltra rationes ſuas confirmatur per text. cum gloſſ. in. l. qui filio. in principio. j. de heredi. inſtit. vbi teſtator legatum fecit ſeruo: ꝛ poſt mortem ſerui aliū inſtituit. dicit gloſſ. non valere tale legatum: quia collatum poſt mortem legatarij qui non poteſt tranſmittere. vnde Angel. ibi dicit in terminis. q. non valere relictum. idem Dyn. conſil. incip. q. talis eſt quidā cōdidit. idē tenet Pet. de ancha. et Jmo. in. c. fina. de pigno. ꝛ Benedic. de plum. in. l. qui duos. de manu. teſta. Romañ. tamen conſi. lxxj. videtur voluiſſe primam partem vbi dicit a

**Filius.** Filiuſfamil. miles poteſt exheredari ſicut paganus. hoc dicit.

**Poſthumū.** Hoc dicit in lege pri. §. fi. ſupra eodem. l. placet. cum. l. ſeq.

**Filius.** Si exheredatio facta in conditionis defectuꝫ non pōt confirmari aditione: teſtamentū eſt nullum: et filius patri ab inteſtato ſuccedit. ſecus ſi poteſt confirmari. hoc dicit. Et iſtud eſt bonum principium et aliquātulum difficile. Et diuiditur in duas partes. Primo loquitur in inſtituto ſub cōditione poteſtatiua ſeu caſuali nec habet coheredem vel ſubſtitutum. Secundo quando habet coheredem. ſecūda ibi herede aūt. ¶ Circa primam partem quero ſub qua conditione fuit inſtitutus filius. Reſpondeo ſecundum gloſſ. dicunt quidam ꝙ fuit inſtitutus ſub conditiōe poteſtatiua: que non poterat impleri vltimo vite ſpiritu. Alij dicunt quod fuit conditio caſualis. prima lectu. eſt vera in ſe. tamen oportet te ponere qđ nullum habuit ſubſtitutum. ꝛ lectu. Dyn. que hic innuit quod habuit filiuſfami. ſubſtitutum tunc non procederet: quia ſi filius eſt exheredatus in defectum conditionis: ſuccederet ſubſtitutus. Idem ſi non eſt exheredatus: quia videtur per eum ſtetiſſe quare non impleuit: artando ſe vſqꝫ ad vltimum vite ſpiritum. vt. l. ſuus. §. ſed et ſi filio. de heredi. inſtitu. ꝛ de condi. inſtitu. l. fina. poſt princip. Alia lectu. eſt ꝙ hic loquitur de conditione caſuali. ꝛ verior. ꝛ hoc ſonat litera. ſub conditione que non eſt in eius poteſtate ꝛc. Sed tunc obſtat. C. de inſtitu. ꝛ ſubſtitu. l. ſi pater. et l. ſuus. in prin. j. de heredi. inſti. Sed rñdeo ꝙ ibi habet ſubſtitutum vel coheredem in cuius aditiōe poterat confirmari exheredatio. hic ſecus. ¶ Sed tūc oppon. confirmatio que fit poſt mortem non ſufficit. vt. l. ſi ita. §. fina. ſ. eod. Reſpondeo illud eſt verum quando eſt impoſſibile adiri hereditatem in vita filij: ſed ſi eſt poſſibile adiri eo viuo: quia poterat cōditio eo viuo deficere. tunc poteſt ꝯfirmari per aditionem que fit poſt mortē. vt. l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium. ſ. eo. et dixi in. d. l. ſi ita. §. fi. ſ. eo. tangetur in. l. gallus. §. in omnibus. j. eo. opi. ergo pe. que hic innuit qđ filius habuit ſubſtitutum non procedit. ¶ Uenio ad ſecundam partem in qua gloſſ. ponit caſum. vt habes in ea. ¶ Opponit gloſſ. iſte coheres fuit inſtitutus ad tempus: ergo videtur inſtitutus pure. vt. l. hereditas. de heredibꝰ inſtit. Sol. hic fuit inſtitutus ad tempus incertum: quod fieri poteſt. ibi vero ad certum tempus. probatur in. l. ſi ita. in fine. ſ. eo. et. j. de lega. j. l. ab omnibus. §. cum quidam. et. C. de heredi. inſtit. l. extraneum. ¶ Secundo oppo. ſ. eodem. l. ſi ita. §. fi. vbi ſi hereditas non poteſt adiri invita filij non ſufficit ad confirmationem exheredationis. Gloſ. ponendo caſum nititur ſoluere qđ in puncto mortis poteſt adiri: ſed nō eſt bona ſolutio. Cum enim tex. dicit poſt mortem: requiritur qđ perfecte ſit mortuus: ꝛ ſic talis aditio non confirmaret exheredationem. vt in lege cōtraria. Unde gloſ. ſoluendo hic iſtud contrarium legit iſtum ver. alio modo. ſcilicet qđ hic filius fuit inſtitutus pro parte ſub conditione: nec fuit in eius defectū exheredatus: et ei fuit datus coheres poſt mortem ſecundum Azo. et differt a prima lect. quia ſecundum primam filius fuit in defectum cōditionis exheredatus. Iſta lect. poſſet eſſe vera ponendo ꝙ filius fuit inſtitutus ſub cōditione poteſtatiua que non poteſt impleri vltimo vite ſpiritu. quo caſu non eſt neceſſaria exheredatio. vt lege ſuus. §. ſed et ſi filio. infra de heredi. inſti. et de condi. inſti. l. fina. ſed ſi poneremus eum inſtitutum ſub cōditione caſuali: non valeret teſtamentum niſi in eius defectum exheredaretur. vt lege ſi pater. C. de inſtitu. et ſubſti. et lege ſuus quoqꝫ. de heredi. inſtit. Solu. ergo gloſſ. alio modo quod in lege ſi ita. filius inuenit ſe exheredatum poſt mortem: hic eo viuo. hec lectura non videtur procedere cum text. hic dicit poſt mortem[a]. niſi ſuſtinendo hanc lect. poneres caſum alio modo ſm



modo ſm Jaco. de are. ſcilicet quod filius fuit inſtitutus pro parte ſub conditione caſuali: et in eius defectum exheredatus: et fuit ſibi datus pro vna parte coheres pure: ꝛ pro alia parte alius coheres poſt mortem: certe valet teſtamentum: quia per adiectionem illius coheredis dati pure poteſt confirmari exheredatio. hoc dicit. et tunc expone text. dum dicit tex. ſcripto. ſubaudi et alio pure qui ſtatim adiuit. dicit tex. poteſt: vt habeat aliam partem in dictum tēpus.

**Filius.** Qui morte aui reincidit in poteſtatem patris ſi ante reperitur inſtitutus teſtamentum non rumpitur. hoc dicit. Primo ponitur q̄ſtio. Secundo arguitur pro vna parte. Tertio pro alia parte: et determinatur queſtio. Quarto formaṫ alia queſtio et deciditur. Secunda ibi: nō quidē. tertia ibi: ſed tamen. quarta ibi: ſed ſi heres. ¶ No. iſtū tex. in qua ponuntur ſufficienter caſus in quibus filius poſt teſtamentum rumpit teſtamentum: ſcilicet ſi de nouo naſcitur: ſi de nouo adoptaṫ: ſi ſubducto primo incipit tenere locum primi: et ſi mortuo auo incipit tenere locum patris. et not. C. de poſthu. here. inſti. ſuper rubri. et tangā. j. l. proxima. in princip. ¶ Oppo. quod teſtamentum militis non rūpatur preteritione filij. vt. l. ſicut certi. et. l. ſi cum vel in vtero. C. de teſta. mili. Sol. hic ſol. tex. contrarium: quia loquitur in milite qui militare deſijt.

**Siquis ex certa.** Clarus eſt iſte. §. et ideo vide per te.

**Siquis eo.** Poteſt quis inſtituere poſthumum ex ea tunc ſi vxor eſſe nō poteſt honeſta: ſed ſpes eſt quod eſſe poſſit. h. d.

1 ☞ Poſthumus alienus ante legem iſtam non poterat heres inſtitui.
2 Poſthumus dicitur proprie natus poſt mortem patris. et numero. 7.
3 Prouiſio galli hꝫ locū in nepote nato poſt mortē patris et aui: iuliani et velle. in nepote nato viuo auo.
4 Uerbum poteſt quando inducat neceſſitatem preciſam et quando cauſatiuam.
5 Teſtamentum factum ſm conſiliū Galli: an valeat. Omnis ſubſtitutio eſt inſtitutio.
6 Caſus in quo qui nō eſt ſucceſſurus ab inteſtato prefertur ei qui ſuccedere poteſt ex teſtamento.
8 Prouiſio facta in vnum caſum porrigiṫ ad alium in quem teſtator potuiſſet prouidere.
4 toli de Saxoferrato. ¶ Oppo. †ad id quod dicit irritum. quod intelligit gloſſ. capitis diminutione: vt ſi ille defectus ceſſet et teſtator primum ſtatum recuperet teſtamentum reconualeſcat de iure pretorio: vt inſtitu. quibus modis teſtamen. infir. paragrapho non tamen. et text. innuit quod hoc eſt verum demum ſi ſunt inſtituti venientes ab inteſtato. Contra: imo etiam ſi ſunt inſtituti extranei teſtamentum reconualeſcit: vt ſupra eodē lege ſi quis filio exheredato. paragrapho quatenus. prout loquitur de reſtitu. Huius timore iſta verba ſi bonorum poſſeſſio data fuerit intelliguntur pluribus modis. Primo quod intelliguntur de bonorum poſſeſſione contratabu. que datur filio preterito: tamen eam noluit: et ſecundum hoc exponitur ſi pro quāuis. et illa verba referuntur tantum ad id quod dixit iniuſtum: non ad id quod dixit irritum. Et hec lectu. ponitur in gloſſa ſuper verbo irritum. et ſuper verbo data. in princip. et quia videtur contra mentem iſtius legis quod verba. ſi bonorum poſſeſſio ⁊ cetera. ad iſtum caſuz tantum referantur. ideo alij dicūt qd̄ referuntur ad vtrumq;. Ad contrarium reſpondent: quod ſubaudietur hic maxime. quaſi dicat idem ſi eſſent extranei inſtituti. Iſtud videtur verius: ſcilicz quod hic ſubaudiatur maxime. nam hic iuriſconſultus non poſuit verba ſine myſterio. dic ergo

a ¶ Vado ad induendū. Aduerte q: ex iſtis verbis vr̄ qd̄ hec nō ſit lec. bar. Et forte fuit Ray. de forli.

quandoq; quis mutat ſtatum ſine ſui voluntate. tunc ſi eum recuperat teſtamentum reconualeſcit abſq; noue voluntatis indicio: vt dicto paragrapho quatenus. et ibi dixi. Quandoq; quis mutat ſtatum ſua voluntate: tunc ſi eum recuperat teſtamentum non reconualeſcit abſq; noue voluntatis indicio: vt lege qui ex libertis. paragrapho teſtamento. de ſecundum tabu. et inſtitu. quibus mo. teſtamen. infir. paragrapho non tamen. quod fallit ſi in teſtamento eſſent ſcripti venientes ab inteſtato: tunc enim abſq; noue voluntatis indicio confirmatur. hic eſt caſus hic quod eſt notandum. ¶ Opponitur dicitur hic quod legata valeant. contra de lege ſi quis teſtamento. infra de lega. ſecundo. Solutio ibi teſtamentum nullo modo valebat: hic valebat de iure pretorio. ¶ Opponitur extra gloſſ. de lectu. quam tenui in verbo idem et circa. de lege ſi filius qui in poteſtate ſupra titulo primo. Solu. ibi precedebat teſtamentum validum de iure ciuili. ideo ſubſequēs teſtamentum non potuit confirmari. hic vero intelligitur quando nullum aliud teſtamentum precedebat. Ita intelligit gloſſa in lege ſi quis eum. in fine. infra de vulga. et pupil. tetigi in lege contraria. tangam in lege cum in ſecundo. infra eodem. Domini credo quod iſtud non ſit verum in caſu legis noſtre: quia in ſecundo teſtamento ſunt ſcripti venientes ab inteſtato. et ſic primum rumpitur: vt lege ſi duobus. paragrapho ſi prius. infra de contratabu. ſed lex contraria loquitur quando venientes ab inteſtato non erant inſtituti. et iſta eſt vera. ¶ Quero
5 †dicitur hic quod teſtamentum reconualeſcit: an ex hoc poſſit adiri hereditas de iure ciuili: vel an ſit neceſſaria bonorum poſſeſſio ſecundum tabu. de iure pretorio: quod eſt vtile ſcire. Nam aditio hereditatis poteſt fieri perpetuo et vbiq;: bonorum poſſeſſio intra annum et coram iudice tantum. vt. codice qui admitti. ad bonorum poſſeſſionem. lege prima. et videtur quod vtrumq; poſſit fieri ſcilicet peti bonorum poſſeſſionem. ſecundum tabu. per hunc textum. ibi bonorum poſſeſſionem ſecundum tabu. accipere heres ſcriptus poteſt. etiam videtur quod poſſit adiri de iure ciuili: per id quod ſubditur in textu hereditatemq; obtinebit: vt diuus Adrianus Imperator noſter ſcripſit. et ſic videtur qꝫ eſt de iure ciuili ex reſcripto imperatoris. Communiter omnes tenent quod hic eſt caſus in quo bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas eſt neceſſaria: quod tenet gloſſa in lege certum. codice vnde legi. idem Azo in ſumma. idem in gloſſa in lege qui vxorem. infra eodem. et lege ſi quis. de vulga. et pupil. et ſupra de petitio. heredita. lege prima. idem not. Roffre. in titulo de bonorum poſſeſſione. ſecundum tabu. Dy. idem in lege gallus. in diſtinctione magna. Idem Cyn. in dicta lege certum. Ad hunc textum reſpondeo quod bono. poſſeſſ. datur ex reſcripto principis. quia princeps ſcribit quod detur bonorum poſſeſſio. et ſic obtineatur hereditas. et hec erit bonorum poſſeſſio extraordinaria. de qua loquitur titu. infra. vt ex legi. et ſenatuſconſul. bonorum poſſeſſio detur. Et predicta vera in teſtamento rupto agnatione poſthumi poſtea confirmato per mortem poſthu
6 mi viuo teſtatore. ¶ Quero † quid de teſtamento



iniuſto per preteritionem iam nati ⁊ per eius mortē confirmato ſecundum lecturam quam tenui in verſicu idem et circa. an ſit neceſſaria bonorum poſſeſſio vel poſſit adiri de iure ciuili videtur quod poſſit adiri de iure ciuili quando ſunt ſcripti venientes ab inteſtato: vt. l. hac conſultiſſima. §. ſi quis autem. C. de teſtament. ſed ibi loquitur de teſtamento imperfecto ratione ſolennitatis omiſſe: ſecus ſi ratione preteritionis: vt. l. ſi filius qui in poteſtate. ſ. titu. primo. dic ergo quod hic habet neceſſe venire per bonoruz poſſeſſio. ſecundum tabul. dicam clarius in. l. filio. ĩ.
7 eodem. Quero †circa id quod dixit irritum: an ſit neceſſaria bonorum poſſeſſio ſecundum tabu. Gloſ. in dicta. l. certum. C. vnde legi. ⁊ Cynus idem Roffre. videntur tenere quod ſit neceſſaria hoc caſu bonorum poſſeſſio ſecundum tabu. vt dicto. §. non tamē. inſtitu. quibus modis teſta. infir. et dicta. l. qui ex libertis. §. teſtamento. de ſm̄ tabu. ¶ Sed contra hoc videtur. ſ. eodem. l. ſi quis filio exheredato. §. quatenus. Solu. ibi in primo caſu teſtamentum confirmatur per fictionem poſtliminij vel. l. cornel. quod eſt de iure ciuili. Secundo caſu confirmatur per reſtitutionem factam a principe que eſt ſimiliter de iure ciuili. vnde ibi adiri poteſt hereditas de iure ciuili: hic vero fuit factum irritum teſtamentum capitis diminutione: quia ſe dedit ad arrogandum ⁊ recuperauit ſtatum ſuum per mortem patris adoptiui vel per emancipationem abſq; aliquo principis facto: ideo teſtamentum reconualeſcit de iure pretorio: et ſic eſt neceſſaria bonorum poſſeſſio ſecundum tabu. ¶ Item quero quid ſi fuit factum teſtamētum ſine ſcriptis. Reſpondeo tunc eſt neceſſaria bono. poſſeſ. ſecundum nuncupationem: vt. l. ſecunda. C. de bono. poſſeſ. ſecundum tabu.

1 ¶ Quando teſtamentum primum confirmatur p ſecundum omnia que ibi ſunt ſcripta que poſſunt valere ſine heredis inſtitutione ſunt confirmata: ⁊ illa que heredis inſtitutionem requirunt trahūtur ad fideicommiſſum.
2 Clauſula ſi non valet iure codicillorum an trahatur ad heredis inſtitutionem. remiſſiue.
3 Quando primum confirmatur per ſecūdum agitur ex confirmante: non ex confirmato.

## Si paganus.

Teſtamentum primum confirmatum per ſecundum valet iure codicillorum. h. d. ¶ Oppo. ⁊ videtur quod primum valeat iure directo quaſi tempore quo confirmauit primum illud feciſſe videatur: vt. l. ſi quis filio exheredato. §. qua ratione. ſ. eodem. ⁊ ſic videntur inſtituti duo, ille qui eſt inſtitutus in primo: ⁊ ille qui eſt inſtitutus in ſecundo ſolenni teſtamento. Solu. dic quod hic loquitur in pagano qui videtur facere teſtamentum eo modo quo poteſt nec poteſt decedere duobus conditis teſtamentis. Item in iſto ſecundo heres ſcriptus in primo: nō fuit nominatus ſecundū qd̄ requiritur in. l. heredes palā. ſ. de teſta.
1 et. l. iubemus. C. de teſta. ¶ Not. †ergo ex predictis qd̄ ſi teſtamentū primū confirmatur per ſcd̄m oīa q̄ ibi ſunt ſcripta que poſſunt valere ſine heredis inſtitutione ſunt confirmata: illa que heredis inſtitutionem requirūt trahunt ad fideicōmiſſum. vt hic. ¶ Not.
2 †etiam qd̄ in hoc fideicōmiſſo venit heredis inſtitutio: et ſic facit ad illam queſtionē vtrum illa clauſula ſi non valet iure teſtamēti valeat iure codicillorū trahitur ad heredis inſtitutionē: dixi in. l. j. de iure codicil. dicā in. l. codicillis. §. ſi. j. de
3 leg. ij. ¶ Quero ex †quo teſtamento ageretur an ex confirmato an ex confirmante. dicit Dy. qd̄ ex confirmāte: vt. l. ſi quis priore. j. ad treb.

## Poſthumorum.

Filio ſublato de medio nepos tenet locū ſui ⁊ teſtamētum rumpitur ſi non reperitur inſtitutus vel exheredatus. h. d. ¶ Oppo. et videtur qd̄ talis nepos nō rumpit teſtamētū. vt. l. ſi quis filio exheredato. in prin. ſ. eo. Sol. ibi pr̄ ſup vixit poſt mortē teſtatoris: h̄ nō. ¶ Opp. de ea. l. §. ſed ſi prī. Sol. ibi pr̄ ſuperuixit exiſtens apud hoſtes. ¶ Op. de. l. pater filium. ſ. de inoffi. teſt. vbi ille q̄ aſſumpſit primū locū poſt mortem teſtatoris rumpit teſtamentum. Gloſſ. dicit aliud in aſcendente: aliud in deſcendente: vt hic. Vel dic qd̄ ibi tenebant eundem gradū[a] licet eſſent diuerſi ordinis: quia vnus erat de aſcendentibus alius vero de deſcendētibus. Iſte eſt difficilis paſſus ⁊ reintrat in illā queſtionē. An ſucceſſoriuz edictū habeat locū in querela: de quo dixi in. l. in ſuis. ſ. tit. j. Tamen quātum ad propoſitū dico qd̄ in. l. pater filiū. pater qui incipit tenere primū locum poſt mortem filij: nō dicit nullum nec venit per cōtratab. ſed venit per querelaz: q: eius preteritio pro exheredatione habetur. Et idē in nepote ſi filius fuiſſet exheredatus. vt. l. ſi quis filium. C. de inofficioſo teſtamen. dixi in. l. in ſuis. ſ. titu. j. ⁊ plenius in dicta. l. pater filium. ¶ Quero an hec lex ſit correcta, eo caſu quo filius de medio ſubducitur per emācipationē. dic vt dixi in. l. gallus. ⁊. §. ⁊ quid ſi tātum. ſ. de libe. ⁊ poſthu. Bar.

a ¶ Gradū. vide Bal. ⁊ Bart. in d. l. ſi quis filio. C. de inoffi. teſt.

## Si ita.

Legitur duobus modis. Primo ſi exheredaui maſculum et natus eſt maſculus non rumpit teſtamentum. Itē ſi exheredaui feminā et nata eſt femina. ⁊ ſic diuerſimode intelligitur. Secundo modo legitur qd̄ teſtator exheredauit per hec verba ſi filius maſculus nat⁹ nata ve ſit: tūc ve accipitur pro et: et vtriſq; natis teſtamentum non rumpitur. ¶ Oppo.

de.l.iij.§.j.ſ.ti.j.Sol.vt in gl.❡Op. de.l.j.§.quare.ĩ.de ven.in poſſeſ. mit. Solu.vt in glo.

**Qui uxorem.** Statiz cũ poſthumus naſcitur etiam patre viuo apud hoſtes: teſtamentum rumpitur: nec reconualeſcit filio interim decedente. hoc dicit. ❡Oppo.ſ.eo.l.ſi quis filio exhere- 1 dato.§.irritum.cũ enim ſemel eſt ruptum per captiuitatẽ.vt ibi. ergo amplius rumpi non poteſt.vt.l.nam ⁊ ſi. §.poſt defectum.ſ.eo. Solu.propter ſpem poſtliminij ⁊ fictionem que ſperabatur dicitur cõfirmari:vt.l. ſi quis filio exheredato.§.quatenus.ſ.eod. ideo quia in ſpe cõſiſtebat rumpitur poſthumi natiuitate. ❡Oppo. cum poſthumus decedat viuo teſtatore teſtamentum confirmatur de iure pretorio.vt.ſ.eod.l.poſthumus. in princip. Sol.hic deceſſit filius poſt captiuitatem patris ⁊ ſic poſt fictam mortem:⁊ ideo quia non videtur patrem potuiſſe velle ideo non confirmatur. Item non poteſt confirmari iſtud teſtamentum:quia nõ poſſet hereditas adiri.vt.l.nec nos.C.de capti.

a ❡Superuenit. add Bart.in l. j.in vlt.q°. prin.inver. vlterius q̄ro q̄d ſi filius nõ poteſt.de vulga.⁊ pupi. ſubſti.

1 ☞ Si cõditio impoſſibilis adijciatur in ſecundo teſtamento an primuz rumpatur.

**Cum in ſecũdo.** Per ſecundũ teſtamentũ in quo heres eſt inſtitutus pure vel ſub conditione primum rumpitur:niſi conditio ſit talis per quam ſecundum teſtamentum ſtatim reddatur nullum.h.d. Primo ponit dictuz. a Secundo latius explicat materiã. ſecunda ibi:multũ. Itẽ ſecũda ſubdiuidit:vt euidenter ptz ex litera. ❡Oppo. ex teſtamẽto quo filius iam nat⁹ preteritur poſſibile eſt hereditatem adiri:vt.ĩ.eo.l.proxi. tamen per illud teſtamentũ primũ non tollitur:vt.l.ſi filius qui in poteſtate.ſ.titul.j.Male ergo hic dicit teſtamẽtũ primum tolli per ſecũdũ ex quo heres poteſt exiſtere.glo.ſolu.not. hoc verum quãdo ex ſecundo poteſt adiri hereditas de iure ciuili:ſecus ſi de iure pretorio.tãtum põt bonorũ poſ.peti:vt in cõtrarijs.quam glo.vide ⁊ ſigna. Idẽ not. in.l.ſi quis eum.ĩ.de vulg. ⁊ pupil.q° 1 docto.tenent. qualiter autem intelligatur dicã ſtatim in fi. legis. ❡Op. de.l.ſi mea.ĩ.tit.ij. Sol.vt in glo.et dicam in contrario. ❡Oppo.de.l.ſi 2 ita quis.ĩ.de lega.ij. Solu.ibi eſt verbum poteſt:quod licet ſit preſentis tẽporis tamẽ eſt extenſiuũ:vt ibi patet. ❡Op.de.l.cũ tale.§.penul.ĩ. de condi.⁊ demon. Sol.ibi erat conditio de futuro: licet implicaret aliquid de preſenti:vt ibi dicam. Et gloſſ.hic circa finem dicit aliqua verba que ſunt corrupte ſcripta.⁊ adde cum allegat.l.cum tale.§. fina. vult dicere.§.penulti.dicit glo.ibi non ad ea. hec gl. eſt corrupta vſq; ad finem. ⁊ debet dicere non de ea que implicat conditionem que pro parte eſt de preſenti pro paete eſt de futuro. Oldra. Venio † ad vltimum ver. quero ſi conditio impoſſibilis adijciatur in ſecundo teſtamento an primum rumpatur. Ioan. andr.dicit quod ſic. Alij cõtra. ⁊ hoc prout habetis in gl.vel dic primum non rumpi:que eſt vera litera. Si enim diceret vel dic rumpi nõ eſſet noua opinio a precedenti.ſed idem diceret. Videamus ergo que ſit vera opi. Iaco.de are.tenet vltimam: ſcilicet q° primũ non rumpatur:quia teſtamẽtum in quo quis inſtituitur ſub conditione impoſſibili valet vt ex eo tantum de iure pretorio poſſit peti bonorum poſſeſſio:vt.l.facta.§.ſi in danda.ĩ.ad trebel.⁊ ſic primum nõ rumpitur:vt no.ſ.ea.l.ſm Ioã. ⁊ ſic reprehendit Iaco.ex dictis ſuis puto opi. Io. eſſe veram ſcilicet q° primum rumpatur. Pro cuius declaratione ſcias quod quedam eſt conditio impoſſibilis que reijcit de iure ciuili:quedam que reijcitur de iure pretorio: vt.l.conditiones.de condi.inſtitu. Eo caſu quo reijcitur conditio a pretore:tunc tantũ ſolũ poteſt peti bonorum poſſeſ.vt.d.§.ſi in danda.ſed quando conditio reijcitur a iure ciuili nõ video quid repugnat q̃n de iure ciuili poſſit adiri hereditas. Et iſto caſu indubitanter eſt vera opi. Io.ſecundum quod primuz tollitur per ſecundũ:q: ex ſecundo poteſt adiri hereditas de iure ciuili. Item eo caſu quo cõditio reijcitur de iure pretorio:⁊ ſic non poteſt adiri hereditas de iure ciuili ſed eſt neceſſaria bonorum poſſeſ. adhuc opi. Io. eſt vera:nec contradicit ei quod dicitur ſ.eadem.l.in ſecunda glo.nam quandoq; id ppter quod teſtamentum confirmatur de iure pretorio ſuperuenit[a] poſt mortem teſtatoris: et tunc propter illud primum non rumpitur. Ratio:quia primuz erat iam morte confirmatum. Ita loquitur.l. ſi filius qui in poteſtate.ſ.titul.j. coniuncta.l.filio.ĩ.eo. ſperatur enim confirmari teſtamentum per approbationem filij poſt mortem. Quandoq; id quod eſt cauſa confirmandi teſtamentum de iure pretorio ſuperuenit viuo teſtatore:tunc per tale teſtamentũ tollitur primum:vt hac.l.in fine.ſecundum opinio. Ioan.probo per rationem ſi per bonorum poſſeſ.contratabu. que eſt de iure pretorio et contra voluntatem defuncti aufertur hereditas heredi ſcripto: multomagis per bonorum poſſeſſionem ſecundum tab. que licet ſit de iure pretorio eſt tamen de voluntate defuncti: et ſecundũ hoc glo.in.l.ſi quis eum.in fi. de vulga.⁊ pupil. non eſt vſq;quaq; vera.⁊ ibi dicam.

1 ☞ Teſtamento rupto ex cauſa preteritionis quod iſto iure non debeantur legata nec libertas: an ſit ſecus de iure autenti:et conſeruantur per autentic. ex cauſa.nu.4.

2 Ius dicendi nullum an ſit iudicium per ſe ſeparatũ a petitione hereditatis.



3 Filius preteritus quod poſſit approbare teſtm̃: ita a quod de equitate valeat.

5 Diſpoſitio aut.ex cauſa.quod habeat locũ in preteritione filij iam nati a ſciente facta.

Exheredatio poteſt tripliciter ſumi.

6 Preteritio matris quod aliquando habeatur pro exheredatione inualida.

7 Circũſcribere eſt dolo aliquem decipere.

8 Diſpoſitio aut.ex cauſa.an habeat locum rupto teſtamento preteritione poſthumi vbi quod ſic facta a ſciente.

Ray.de forli.et Iaco.but.fuerunt preceptores bar.

9 Diſpoſitio auten.ex cauſa. an habeat locum in preteritione quaſi poſthumi.i.eius qui ſubducto primo de medio incipit tenere locum ſui.

10 An iſta aut.habeat locum rupto teſtamento per cõtratabu.preterito filio emancipato.

11 Diſpoſitio auten.ex cauſa.an habeat locum teſtamento reſciſſo per querelam propoſitam a filio exheredato vel pro exheredato habito vbi recitatis pluribus opinionibus tenet opinionem gloſſe. quod ſic.

12 Quando teſtm̃ rumpitur q̃tum ad heredis inſtitutionem cetera firma manent.qui veniant appellatione ceterorum et que conſeruentur per dictã auten.ex cauſa.

13 Relictũ filio preterito vel exheredato qui rumpit teſtamentũ an cõſeruetur per aut.ex cauſa.

14 An legata et fideicommiſſa confirmata per auten. ex cauſa.ex teſtamento rupto petantur actione ex teſtamento. a

15 Statutũ quod teſtamenta mandentur executioni ſicut ſententie quod habeat locum quando legata petuntur etiam ex teſtamento rupto.

16 Clauſula codicillaris ſi non valet iure teſtamẽti q̃d operetur.remiſſiue.

17 Quando extranei ſunt ſcripti heredes: quam partẽ aduocat preteritus.

18 Quo iure teſtamentũ irritatur ex cauſa preteritiõis vel exheredationis.

Filius preteritus petit contratabulas.

Exheredatus cum cauſa per querelam inofficioſi ⁊ ſine cauſa dicit teſtamentum nullum.

19 Differentia inter ſuum preteritum et emancipatũ.

20 In preterito a matre vel eius linea quo iure teſtamẽtum irritatur.

21 Quando aſcendentes ſunt preteriti vel exheredati quo iure teſtamentum irritatur.

22 Teſtamentum filij in caſtrenſe peculiũ in quo pater eſt preteritus an ſit nullũ et ſubiaceat querele.

23 Teſtamẽtum in quo collaterales ſunt preteriti quomodo irritetur.

24 Ius dicendi nullum teſtamentum qualiter practicatur.

25 Approbatio expreſſa teſtamenti filij preteriti an requiratur vel ſufficiat tacita.et nu.28.

26 Diſpoſitio huius legis an habeat locum liberis extantibus:

Teſtamẽtum in quo filius ſit preteritus an ſit aliq° donec filius non declaret intentionem ſuam.

27 Ex taciturnitate filij quando inducatur approbatio teſtamenti.

29 Ex teſtamento approbato per filium preteritum an poſſit adiri hereditas de iure ciuili vel ſit neceſſe quod petatur bonorũ poſſeſ.ſm tab.

Teſtamentũ approbatũ per filiũ valet de equitate pretoria.

30 Teſtamẽtũ non habens ſolennẽ numerum teſtiũ q° non poſſit approbari per venientes ab inteſtato.

31 Teſtamẽtum defectiuum ratione ſolennitatis: Item ratiõe preteritionis in quo ſunt inſtituti venientes ab inteſtato poteſt approbari.

32 Diſpoſitio huius legis habet locũ in alijs liberis licet loquatur in filio.

33 Teſtamentum in quo pater eſt preteritus ipſo patre approbãte recõualeſcit.

34 Si filius preteritus nõ dicit teſtamẽtum nullum an alij eius beneficio poterunt illud dicere.remiſſiue.

35 Si vſurarius tempore teſtamenti nõ preſtitit cautionẽ:ſed poſt factũ teſtamentum an reconualeſcat.

**Filio preterito.**[a] Iſta eſt ſolennis lex et eius materia multum incognita. Et breuiter hoc intendit. Filio preterito relicta in teſtamẽto nõ debentur niſi filius ius ſuũ omiſerit.h.d. ❡Primo loquit̃ q̃n filius preteritus nõ omiſit ius ſuũ. ❡Scd̃o q̃n omiſit. Scd̃a ibi q° ſi bonus. ❡Ex prima parte no. 1 q° rupto teſtamẽto † ex cauſa preteritionis nõ debentur legata nec fideicõmiſſa nec libertates. vnde circa hoc primũ notabile habemus examinare q° in hoc ſit immutatũ per aut.ex cauſa.C.de lib.pre. ❡Secũdo no.modũ quo agit filius preteritus qui vult dicere teſtamentũ nullum.nam petit hereditatem ab inſtitutis.ibi ſi preteritus a fratrib⁹ partẽ hereditatis auocauerit.et ſic videtur quod † ius dicẽ- 2 di nullum non ſit iudicium per ſe ſeparatum a petitiõe hereditatis. ad hoc q: no.C.de ordi.iu.l.j.⁊ circa iſtud notabile habemus examinare.ſcz qualiter rumpatur teſtamentum ex cauſa preteritionis vel exheredationis: per quem modũ.et quid in hoc ſit immutatum, et hoc circa primam partem. Ex ſecunda parte not. †[b] quod filius 3 preteritus poteſt approbare teſtamẽtum: ita quod de equitate valeat. et

a Andr.Poma. ❡Filio preterito. Et vide Bar.in cõſil.inci.in.q.vertente in curia dñi capitaniei. p intellectu huius.l.et pro ea vide Ludo.in cõſi.xxiij.incip. poſtmodũ aũt inſtãte.vbi diſputauit q° iſtitut⁹ poſſit dicere teſtm̃ nullũ in quo alter filius eſt p̃teritus. vide Bal. in.l.j.C.de ſuis ⁊ legi. vbi rep̃hẽdit bar.h. And.Po. ❡Filio p̃terito. Amplia iſtã.l. vt p Pau. de ca.in.l. fi.C.de bo. poſ.ſm ta. et limita multis modis vt per Ro.ſingu. dcccclij. alias.cccclij et ſeq. And.Po.

b ❡Ex ſecũda parte nota.vide in ſ̃ra ſimilia per Car.cõſil. lv.in.j.⁊.ij. co.⁊ limita vt p Pau. de caſt.hic quẽ refert et ſequitur alex.conſi. lxxiij.inci. põderatis in vl.col.in iij.volu.

iſta eſt materia propria et ſingularis
hic quam examinabimus:et ſic habe
bimus tres materias. ¶Opponitur
ad primum de lega.preſtan.l.j.Solu.
ibi in filio emãcipato preterito qui de
iure ciuili nõ admittebat ad rumpẽ
dum : vnde cum pretor eos admittat
per bonorum poſſeſſionem contrata
bulas:et ſic grauat legatarios:ſua eq̃
tate conſeruat legata certis perſonis
per illum titulum . hic vero loquimur
in filio ſuo preterito . ¶Sed contra
hoc oppo.de.l.ſi duo.de lega. preſtã.
Solu.ibi qñ filius preteritus non di
xit nullũ:ſed venit p contratabul. Un
de alius filius inſtitutus preſtat lega
ta ſecundũ diſtinctionem illius legis.
¶Scdo oppo.C.de libe.preteri. aut.
4 ex cauſa.gloſſ.dicit hic † quod hec lex
corrigitur hodie . nam rupto teſtamẽ
to ex cauſa preteritiõis vel exhereda
tionis debent legata et fideicõmiſſa
et libertates.iſtud qd dicit de aut. ex
cauſa.venit examinãdum per multas
queſtiones. Primo vtrum rupto teſta
mento preteritione filij iam nati lega
ta et cetera confirmentur p aut.ex cau
ſa.Et dicit glo. quod ſic et omnes le
ges antique huic ſimiles corriguntur.
¶Pro hoc facit:quia aut.ex cauſa.lo
quitur generaliter et in corpore vnde
ſumitur.§.ſi tales.vbi tractat de teſta
mẽto facto a filio qui preterijt vel ex
heredauit parentes : ſimiliter genera
liter loquitur.et gloſſ.tenet hanc opi.
hic.et in.l.vxorem.de manumiſ.teſta.
in vltima gloſſ.et in.d.§. ſi tales. et in
lege prima.C.de codicil. et in omnib⁹
gl.quas ibi allegabo cum loquemur
de preteritiõe poſthumi. ¶Preterea
eadem eſt ratio in preteritiõe que eſt
in exheredatione.nam ſicut in cauſa
preteritionis irritatur teſtamentum
ipſo iure ita ex cauſa exheredationis
cauſa non inſerta.Sed om̃es alij ſunt
in contraria opi.quod hec lex nõ cor
rigitur:et quod aut.ex cauſa. non ha
beat locum in preteritione facta a pa
tre:ſed debet intelligi in preteritione
materna que habetur pro exhereda
tione.Ita tenet glo.in aut. vt cum de
appella.cogno.§. aliud quoq; capitu
lum.idem Azo in ſumma.de libe. pre
te.Dyn.etiam in diſtinctione magna
quam ponit in lege gallus . dicit iura
antiqua in hoc non corrigi . dominus
Iaco.butri.in curſu lectionis videba
tur idem tenere:et hoc probat in cor
pore vnde ſumitur dicta auten. para
grapho ſi autẽ hec obſeruata non fue
runt nullum exheredatis liberis et ce

a ¶Aſſumi. No.quotu
plex ſi ex
heredatio.
adde Bal.
in repeti.l.
in ſuis . in
xviij.colũ.
cũ ſeq.ſ.ti.
primo.

tera de preteritis nullam mentionem facit.et iura
antiqua non intelliguntur corrigi per noua niſi qua
tenus exprimitur vt lege precipimus . in fine. C.de
appellati. ¶Preterea ius nouum videtur introdu
ctum in fauorem filij:ſed hic null⁹ eſt fauor filij : imo
eſt odium:quia tenebitur ad legata ad que ante nõ
tenebatur ergo ⁊c.Quod autem ſit in fauorem filij
probatur in dicto paragrapho ſi autem. ibi ne filij
falſis accuſationibus condemnentur ⁊c.et hoc tene
bat Pet.ſed Cyn.fuit in contraria opinione non ta
men reſpondet ad dictas rationes factas in contra
rium nec eas ponit.Dico quod paſſus dubi⁹ eſt pro
pter opinionem tantorum virorum : et hic paſſus et
alij quos tangam in hac materia egent declaratio
ne imperiali..Credo tamen pro declaratione iſtius
5 queſtionis ſic dicendum † quod exheredatio poteſt
a tripliciter ſic aſſumi.[a] Uno modo ſtricte:et tunc ex
heredatio eſt ab hereditate excluſio expreſſe et ſolẽ
niter facta.Ita loquitur titu.de libe.prete.et ſupra ti
tulo proximo.requiritur enim quod ſit facta exhere
datio nominatim et quod interueniant alia que po
nuntur in lege tertia.paragrapho ſi filius. ſupra titu
lo primo.Alio modo aſſumitur exheredatio large:
et tunc exheredatio eſt ab hereditate excluſio facta
tacite vel expreſſe ſecundum voluntatem teſtatoris.
et hoc caſu nomen exheredatio comprehendit prete
ritionem factam a teſtatore ſciẽte ſe filium habere.
probatur in lege ſi patronus.ij. in princip.de bonis li
be.et lege Paulus.§.finali.eodem titulo . et lege ſi
cut certi.et lege ſi cum vel in vtero.C.de teſta.mili.
Ille enim qui dat ſuam hereditatem alteri et de fi
lio mentionem non facit exheredat eum tacite . Et
ſi diceres.dicte leges loquuntur in milite in quo eſt
ſpeciale quod preteritio habeatur pro exheredatio
ne.Reſpon.quod eſt ſpeciale in hoc quod exhereda
tio predicta tacita valeat ſicut exheredatio que ex
preſſe facta eſt a pagano. In pagano vero talis ta
cita exheredatio non valeret:ſed ſecũdum mentem
teſtatoris vterq; tacite exheredat.Tertio modo di
citur exheredatio largiſſime omnis ab hereditа
te excluſio:et hoc comprehendit preteritionem fa
ctam a teſtatore ſciente vel ignorante ſe filium ha
bere : que preteritio facta pro exheredatione eſt:
vt lege ſi inſtituta . in fine cum lege ſequenti. ſupra
de inofficio.teſtamen . Et ſi dicas ibi ſpeciale in
matre cuius preteritio pro exheredatione habetur.
6 Reſponde. † quod pro exheredatione valida ha
betur : ita quod opus eſt querela : ſed in aliquo ha
betur pro exheredatione inualida tantum : quia li
cet verba excludant talem filium ab hereditate : ta
men mens teſtatoris non fuit ſic . ergo eſt triplex
exheredatio . Una largiſſima quando ex ver
bis teſtatoris excluditur : non tamen ex mente te
ſtatoris tacita vel expreſſa . Secunda larga vt
quando non excluditur expreſſe ſecundum verba:
ſed tacite ſecundum mentem . Tertia ſumitur
ſtricte et proprie vt quando ab hereditate exclu
ditur expreſſe ſecundum verba teſtatoris et ſecun
dum voluntatem. Nunc ad propoſitum dico quod
autentica ex cauſa. habet locum in exheredatione
largo modo ſumpta . non dico largiſſime . que ex



heredatio comprehendit preteritionem factam a
ſciente non ab ignorante.et ſic diſtinguo. Aut filius
eſt preteritus a teſtatore ſciẽte ſe illũ filiũ habere et
habet locum autenti. ex cauſa . ⁊ corrigitur hec lex.
Si vero preteritio fiat a teſtatore ignorante: et tunc
a iura antiqua remanent incorrecta[a].et legata nõ de
bentur.et hanc diſtinctionem probo primo in corpo
re vnde ſumitur dicta auten.§. ſi autem hec obſer
uata nõ fuerint.ibi enim annectit cauſam ne filij fal
ſis accuſationibus condemnentur ⁊ cetera.Que ver
ba referuntur ad filium preteritum vel exheredatũ
inſerta aliqua cauſa licet nõ vera et ſic teſtatore ſciẽ
te. Deinde ſequitur alia ratio:ne circumſcriptionem
aliquam in parentuꝫ ſubſtantijs patiantur ⁊ cetera.
7 Circumſcribere † eſt per dolum aliqueꝫ decipere. vt
l.j.ſ.de in integrum reſtitu.⁊ ibi not. De neceſſitate
ergo refertur ad preteritionem factã a teſtatore ſciẽ
te:quia ſi ignoraſſet nullam circũſcriptionẽ poſſem⁹
opponere:⁊ ſic rationes.l.non adaptarentur.Ex ra
tionibus ergo illis apparet quod verbum exhereda
tio comprehendit preteritionem factã a ſciente. hoc
etiam probatur in.§. ſi tales igitur. ⁊ in.§. ſi autem
hec obſeruata non fuerint . vbi generaliter loquitur
nec de exheredatione vel preteritione facit mentio
nẽ.hoc etiã probatur in.§.⁊ he quideꝫ.q̃ ibi ſequitur
vbi tex.dicit ⁊ he quidem exheredationis vel prete
ritionis penitus ⁊c.Et ſic loquitur de preteritione.
⁊ in ſequen.§.dicitur.ſola enim noſtre eſt ſerenitatis
intentio ex parentibus ⁊ liberis iniuriam preteritio
nis vel exheredationis auferre. ⁊ ſic loquitur etiam
de preteritione ⁊ ſic eſt veriſimile imperatorẽ intelle
xiſſe in precedentibus.§.ex predictis apparet reſpõ
ſio ad illas.ll.quas allegaui in cõtrarium ſcilicet qd
in corpore non ſit mentio de preteritione.ſit em̃ men
tio expreſſe:vt.ſ.dixi ⁊ etiam tacite:quia verbum ex
heredatus continet talem preteritionẽ factã a ſcien
te.merito in hoc ius antiquũ corrigitur. Non ob.qd
dicitur quod ius nouum introductum eſt in fauoreꝫ
filiorum:quia fauor filij eſt in hoc quod in exhereda
tione debet inſeri cauſa:ſed fauor teſtantis eſt quod
teſtamentum non irritatur in totum ſed remanet va
lidum quo ad alia capitula : vt probatur in corpore
vnde ſumitur.d.auten.vbi text. dicit hoc autem di
ſponimus vt parentes et filios a teſtatoris iniuria li
beremus: vt.j . eodem. §.ſequitur.vnde conſtat ad
vtriuſq; partis vtilitatem ac cautelam preſentem.l.
fuiſſe prolatam .⁊ ſic patet in fauorem vtriuſq; dicta
iura fuiſſe introducta.⁊ ſecundum hunc modũ gloſ.
que dicunt iura antiqua fore correcta dicunt verum:
ſed ſi acciperes exheredationem largiſſime vt com
prehenderet preteritionem factam etiam ab igno
rante:iura antiqua non corrigerẽtur.nam tex. in cor
pore intelligitur in preteritione facta a ſciẽte:vt oſtẽ
di.¶Preterea probo ſicut hodie rupto teſtamento
ex cauſa preteritionis cõſeruantur cetera capitula:
ita olim conſeruabatur totum teſtamentum militis
non obſtante preteritione.ſed in milite adhibetur il
la diſtinctio vtrum aliquem preterierit ſcienter vel
ignoranter:vt.l.ſicut certi.⁊.l.ſi cum vel in vtero . C.
de teſtamen.militari.Et in iſto caſu eſt vera opinio
illorum qui dicunt iura antiqua non corrigi . ¶Se
8 cundo eſt † videndum an auten.ex cauſa.habeat lo

cum rupto teſtamento ex cauſa prete
ritionis poſthumi.Quidam dicũt qd
ſic.⁊ per hoc corrigitur.l. j.C.de poſt
hu.here.inſtit.⁊.j.de lega.ij. l. ſi quis
teſtamento . ⁊ de fideicom . liber.l. ſi
pater.in principio. Et hec fuit opinio
Placen.⁊ probatur:quia illa autenti.
loquitur generaliter.ergo ⁊c. ¶Pre
terea lex et iura antiqua loquuntur in
poſthumo id eſt pariſicãt poſthumũ
et iam natum:vt.l. maximum.in ſi.C.
de libe.prete.ſed in iam nato determi
natum eſt ſupra quod corrigantur er
go ⁊c.¶Preterea ſicut oliꝫ rupto te
ſtamento per contratabu.debebãtur
legata certis perſonis: ita hodie de
bentur omnib⁹:ſed in filio de iure an
tiquo non fiebat diſtinctio inter poſt
humum ⁊ iam natum:vt.l.j. in princi.
de lega.preſtan.coniuncta. l.prima.j.
de contratabu.ergo ⁊c . Alij dicũt et
dicitur quod fuit opi.Azo. vt ſcripta
antiqua referunt quod iura antiqua
in hoc non corrigantur:ſed illa loquũ
tur in poſthumo preterito.autenti.ex
cauſa, loquitur in iam nato: quod fun
datur pluribus rationibus. primo qr
in corpore non ſit mentio de poſthu
mo.ergo ⁊c. ¶Preterea quando qs
natus eſt preteritus teſtamentum eſt
ſtatim irritum quantum ad inſtitutio
nem:⁊ legata nunq; ceperunt depen
dere ex inſtitutione:ſed quando eſt p
teritus poſthumus tunc ab initio va
luit teſtamentum : ⁊ legata ab eo de
pendere ceperunt merito rupta inſti
tutione vitiantur legata : vt.l.nam et
ſi.§. finali.ſ.eodem.et not.in.l. tertia
§.final.ſ.titulo primo.⁊ Iacobus de
aret.⁊ dominus Cynus tenẽt primã
opinionem.ſcilicet quod leges cõtra
rie.et ſimiles corrigantur in hoc. alle
gant pro ſe gloſſ. in. l.generaliter. §.
ex teſtamento . infra de fideicommiſ.
libe.¶Ego allego plures alias glo.
ſcilicet in lege bona.§. finali.infra de
capti.et lege ſi pater. in principio.in
fra de fideicommiſ.libe. ⁊ lege prima
ſupra de teſtamen.tute. ⁊ lege ſi quis
teſtamento.infra de legatis ſecundo.
C.de codicil.l.prima.Et audiui Ray.
tenentem hanc opinionem.Sed do
minus Iacobus butri . cum legeret
autenticã ex cauſa . me audiente te
nuit contrarium per iſtam rationem:
quia autenti.ex cauſa.loquitur in pre
teritione facta ex cauſa : que non ca
dit in poſthumũ : vt lege ſi quis in
ſuo.paragrapho legis.C.de inofficio
ſo teſtamento.ergo ⁊c . Ego dico di
ſtinguendũ eo modo quo.ſ. Aut pre
teritio poſthumi eſt facta ab eo qui

a ¶Reme
nent incor
recta.ſi ex
heredatio
vl' p̃teritio
fuit facta
ab ignorã
te an ha
beat locũ
autẽ.ex cã.
adde bal.
in.l.in ſuis.
in repe . in
xxij. col.ſ.
tit.j.

ſciebat ſe habere vxorem pregnantem: ⁊ eſt vera opi
nio prima. quod iura antiqua ſunt correcta: quod ꝓ=
batur ex corpore: vt. ſ. dixi. et licet ibi non fiat mētio
de poſthumo tamen loquitur generaliter de quali=
bet preteritione. Aut preteritio facta eſt ab eo qui
ignorabat ſe habere vxorem pregnantem: ⁊ iura an=
tiqua non corriguntūr: quia textus in corpore de hoc
non loquitur: vt ſupra oſtendi: hoc probatur in ſimili
in. l. ſicut. ⁊. l. ſi cum vel in vtero. C. de teſtamento mi
litari. ⁊. l. qui iure militari. ꝭ. de teſtamento militari.
¶ Preterea certum eſt quod donatio inter viuos ni
titur maiori firmitate ꝙ legata. ſed certuꝫ eſt quod
donatio inter viuos propter ſuperuenientes liberos
de quibus teſtator non cogitauit reuocatur: vt. C. de
reuo. do. l. ſi vnꝙ. ergo multomagis legata. facit. l.
tale pactum. §. final. de pactis. ¶ Preterea hoc per=
ſuadet equitas. Pone aliquem non habentem filios
feciſſe magna legata conſanguineis et eccleſijs: quē
non eſt veriſimile facere ſi de filijs cogitaſſet. nō eñ
extraneos pretuliſſet ſoboli ſue: vt. l. cum auijs. ꝭ. de
conditio. ⁊ demonſtratio. ⁊. l. cum acutiſſimi. C. de fi=
deicommiſ. Et eodem modo ſi haberet aliquos fi=
lios tempore teſtamenti poſtea ſuperueniſſent alij
de quibus non cogitauit non eſt veriſimile quod tot
legata reliquiſſet: vt. l. penulti. in fine. ſ. de iure codi=
cil. Et ſic vno caſu eſt vera opinio Azonis et eum
ſequentium: alio caſu Pla. ⁊ ſequacium. Reſpondea
mus ad quaſdam rationes quas feci pro Placen. in=
ꝙtum concludunt contra Azonem. ſpecialiter ad il
lam rationem quam feci de titul. de leg. preſtan. dico
enim quod ibi nulla eſt differentia inter poſthumū
et iam natum: et inter preteritionem factam ſcienter
ſeu ignoranter: ergo ⁊ cetera. Ratio: ideo enim con=
ſeruat pretor legata per illum titulum quia facit iniu
riam legatarijs dando contratabul. eis qui non vo=
cabantur de iure ciuili. que ratio locum habet ſiue
contratabu. dentur iam nato ſiue poſthumo ſiue pre
terito ſcienter vel ignoranter. hic conſeruantur lega=
ta ꝓpter tuendā voluntatē defuncti q̄ volūtas defun
cti ceſſat qñ preteritio eſt facta ab ignorante. Ad ad
rationes factas per Azonem contra Placen. non ob
ſtat quod dicit Iacobus butri. ſcilicet quod auten.
ex cauſa loquatur in preteritione facta ex cauſa: qđ
puto falſum. nam vt dixi loquitur generaliter in om
ni preteritione facta ſcienter per quam filius circun=
ſcribitur. Et textus ibi ex cauſa preteritionis ⁊ cete=
ra. expone id eſt ex ipſa preteritione: ⁊ ſic intranſiti=
ue legitur. ſimile in. l. prima. C. de condi. indebi. Uel
dic quod verba poſita in autentica ex cauſa. ſunt ver
ba Guarnerij: in corpore aliter iacent. ¶ Sed con=
tra opi. quam pono tam in iam nato quam in poſt=
humo. Oppo. de. l. fina. ꝭ. de heredibus inſtituē. vbi
quando preteritio eſt facta ab ignorante inſtitutio
vitiatur ⁊ legata firma remanent. Solu. ibi loquitur
quando preteritus eſt aliquis cuius preteritio teſta
mentum non rumpebat: ſed inſtitutio rumpitur pro
pter defectum cauſe quam teſtator adeſſe putabat:
que cauſa reſpiciebat inſtitutionem ſolam: non lega
tum. merito legata firma remanent: quia in eis non
eſt defectus voluntatis: ſed in preſenti queſtione ſe=
cus vt dixi. ¶ Contra hoc etiam fortiter oppo. de. l.
cum mater. ſ. de inofficioſo teſtamento. vbi videtur

: quod debeat diſtingui totum econtra. Ad id quod
dixi. ſ. Aut preteritio eſt facta ſcienter: et ſic re ⁊ con
ſilio: et tunc legata non debeantur. Aut ab ignoran=
te: et tunc debebantur: ⁊ ita videtur tenere gloſſa.
ibi poſita. Reſpondeo quod opinio. gloſſ. non eſt ve
ra per rationes quas dixi. ſ. vnde teneas opinioneꝫ
Azo. ibi poſitam quod dictum in princip. l. corriga=
tur per id quod ſequitur: ⁊ tunc facit pro illa opinio.
quam teneo quod ſatis placet. Uel dic quod quādo
mater preterijt filiū quem non credebat ſe habere ⁊
aliū inſtituit: filiꝰ hꝫ duplicē viā qđ dicat inſtitutio=
nē nullā ꝓpter decretū cāe: q2 mater ideo inſtituit ex
traneū: q2 putabat ſe nō habere filiū: ⁊ tūc inſtitutio
vitiatur non legata: vt. l. fin. de here inſtit. Aut vult
irritare inſtitutionem tanꝙ preteritus et venire per
querelam olim vel hodie dicendo nullum ipſo iure:
et tunc legata totaliter non valebunt. ita loquitur fi=
nis dicte legis cum mater. et quod. ſ. dixi. ¶ Ter=
9 tio † eſt videndum vtrum illa autenti. habeat locum
in preteritione quaſi poſthumi: hoc eſt eius qui ſub=
ducto primo de medio incipit tenere locum ſui per
l. velle. vtrum ſi per preteritionem talis poſthumi te
ſtamentū rumpatur illa autent. locum habeat. Glo.
ſ. de teſtamen. tute. l. prima. tenet quod ſic. In con=
trarium videtur: quia talis poſthumus non fuit per
machinationem preteritus. nam teſtator ideo eum
non inſtituit: quia alius eum precedebat: et ſic licite
fecit. Teneo gloſſ. Ad contrarium reſpondeo quod
hec machinatio videtur: quia non eſt vſus conſilio
l. velle. vt. ſ. titulo primo. l. gallus. §. nunc de lege. et
ſ. eodem. l. poſthumorum. ſicut enim ille qui habet
vxorem pregnantem et ventrem non inſtituit: ita
qui habet nepotem et de eo mentionem non facit ſe
cundum conſilium. l. vellei. circunſcribit enim ſaltem
re ipſa. huic opinio. conſonat voluntas defuncti. ſi
enim filium ſuum grauauerat legatis multomagis
eſt preſumendum quod grauaſſet nepotem qui erat
10 in vlteriori gradu. ¶ Quarto † eſt videndum vtrum
autenti. ex cauſa. habeat locum rupto teſtamento ꝑ
contratabu: preterito filio emancipato. Glo. in. l. pri
ma. C. de bono. poſſeſſio. contratabu. tenet quod ſic.
Idem. ſ. de vſufruc. l. ſi extraneo. pro hoc facit quia
ſublata eſt hodie differentia emācipationis ⁊ patrie
poteſtatis. Alibi gloſſ. videtur tenere contrarium. ⁊
ſic in preteritione emancipati nihil mutetur: vt not.
in. l. ſi filius. ſ. de minoribus. pro hoc facit quia tunc
eſt ſublata differentia emancipationis et patrie po=
teſtatis quando nullum eſt factum teſtamentum ſe
cundum gloſſam. et nota. in lege gallus. §. et quid ſi
tantum. ſupra titulo primo. et in lege ſi emancipati.
C. de collationibus. et dicta autentica ex cauſa. Ia=
cobus de aret. licet ſit de illis qui tenent quod in fi=
lio ſuo preterito iura antiqua non ſunt correcta: ta=
men in filio emancipato tenet quod iura antiqua cor
rigantur. nam text. in corpore vt cum de appella. co=
gno: §. cauſas. verſicu. ſi quemlibet ex predictis. lo=
quitur de liberis qui poſſunt ab inteſtato ſuccedere.
ſed ꝙtum ad ſucceſſionem ab inteſtato nulla eſt dif=
ferentia emancipationis et patrie poteſtatis: vt
in autentica. de here. que ab inteſtato. §. nullam. er=
go ⁊ cetera. Pro hoc addidit ipſe rationem quia eſt
fauor filij emancipati. dicit enim ipſo iure nullum:



nec neceſſe habet venire per contratabu. et ſtare ſub
dubio litis. de hoc vtrum dicat nullum vel veniat ꝑ
contratabu. dixi ſupra titu. primo. l. gallus. §. in om=
nibus. et dicam infra. tamen illā opi. puto veram ſi
ponimus illam preteritionem factam a ſciente ſe fi=
lium habere. ſecus ſi ab ignorante. et ſic intelligo gl.
dicte. l. ij. C. de bono. poſſeſſ. contratabu. Nec ob. pre=
dictis. ꝭ. de lega. iij. l. ij quia loquitur de legatis reli=
ctis a preterito que non valent. hic de legatis que le=
gantur ab inſtituto que conſeruantur rupto teſtamē
to ex cauſa preteritiōis: vt dixi in dicta lege ſecūda.
11 ¶ Quinto † eſt videndum vtrum aut. ex cauſa. ha=
beat locum teſtamento reſciſſo per querelam propo
ſitam a filio exheredato vel ꝑ exheredato habito.
In hoc ſunt multe opinio. nam Mar. dicebat qđ ho
die non habet locum querela. et ſic nō procedit que=
ſtio. et legata remanent firma per dictam auten. cu=
ius opi. reprobaui in lege prima. ſupra de te. Alij di=
cunt quod habet locum querela etiam hodie. tamē
licet de iure antiquo teſtamento reſciſſo per querelā
legata non debeantur: hodie vero debētur per aut.
ex cauſa. et hoc tenet glo. in lege papinia. §. ſi ex cau=
ſa. ſupra de inofficio. teſta. et. l. nam et ijs. §. primo. e.
titulo. et. l. iure noſtro. §. finali. ſupra de teſta. tute. et
infra de lega. ij. l. cum filius. in prin. Tertij dicunt: et
iſta fuit opi. Azo. in ſum. quod aut eſt teſtamentum
nullum ipſo iure: quod eſt quando cauſa non eſt in=
ſerta in exheredatione. vt infra dicam. et tunc habꝫ
locum auten. ex cauſa. aut cauſa fuit inſerta. et tunc
quia oportet teſtamentum irritari per querelam ſe=
cundum cōmunem opinionem legata et cetera irri=
tantur: et iura antiqua non corrigūtur. hoc probatur
per rationem: quia quando teſtamentum eſt nullum
legata non habent dependentiā ab inſtitutione. ſed
quando eſt aliquod ſed irritatur per querelam: ſecꝰ:
vt dicitur in ſimili. l. nam et ſi ſub conditione. ſupra
eo. et in. l. iij. in fi. de libe. et poſthu. Quarti vt Hug.
tenent iſtam opinionem. tamē ratio eius diſplicuit.
nam in eo quod dicit quando teſtamentum eſt nul=
lum legata valent eſt contra. l. is qui in poteſtate. in
prin. de leg. preſtan. In eo quod dicitur quod quan=
do teſtamentum irritatum per querelam legata irri
tantur propter dependentiam: eſt cōtra. l. nam ſi mi=
les. ſ. eo. ſubſtituendo opi. Azo. dic quod. l. is qui in
poteſtate. nō ob. loquitur enim ſm iura antiqua ſm
que legata non poterant valere a ſe niſi ex teſtamen
to adiretur hereditas: hodie ſecus in caſu auten. vt
ꝭ. dicam. Non obſt. l. nam ſi miles. quia ibi teſtamē=
tum ab initio valuit iure ſpeciali non communi. vt
ibi dixi. et ſic ratio Azo. adhuc durat. Hugo. tamen
aſſignat aliam rationem: quia vbi teſtator inſeruit
cauſam deliquit in duobus ſcilicet in exheredando
et in inſerendo falſam cauſam. ſed quando cauſam
non inſeruit deliquit in vno tantū: ideo minus puni=
tur: et ſic quo ad inſtitutionem tantum teſtamentuꝫ
irritetur. Iſta ratio reprobatur per doct. Quid eñ
ſi inſeruit cauſam veram et per heredem non proba
tur. Certe in nullo deliquit. et in totū teſtm̄ irritatur
ſm omnes. Unde fuit quinta opi. Iacob. de aret. qui
tenet hanc opinionem per aliā rationem. ſcilicet qđ
tex. in autenti. ex cauſa. dicit irritum ſit teſtamentū.
in corpore vnde ſumitur dicit euacuato. ⁊ ſic intelli=

gitur quando eſt irritum ipſo iure. Iſta opinio non
placet. nam verbum irritum non eſt in corpore ſed
in vno. §. dicit euacuato teſtamēto ⁊ cetera. ⁊ in alio
dicit reſciſſo. ⁊ gloſſ. intelligit ibi euacuato. ſcilicet ꝑ
ſententiam: ⁊ ſic agebatur querela quod patet: quia
iſti ablatiui abſoluti reſoluuntur in conditionem: vt
l. a teſtatore. de conditio. ⁊ demonſtratio. Quod er=
go dicit euacuato teſtamento. i. ſi teſtamentum eua
cuetur: ⁊ hoc declarat in alio. §. vbi dicit reſciſſo. de=
bes ergo ſcire quod auten. ex cauſa ſumitur ex duo=
bus. §. in vno loquitur quando pater preterijt filiuꝫ.
in alio quando filius preterijt patrem. ⁊ in vno dicit
euacuato: et in alio dicit reſciſſo. vt dictum eſt. Un=
de fuit facta ſexta opinio quorundam qui tenēt pre=
dictam opinio. ⁊ addunt rationem: quia quando te=
ſtamentum irritatur per querelam irritatur tanꝙ
dementis. ⁊ ſic legata non debentur: vt. l. titia. ſ. de
inofficioſo teſtamento. ⁊ in hac opinio. videbatur in
clinare dominus Iacobus butri. dum legeret dictā
legem papinianus. §. ſi ex cauſa. poſtea quando au=
diui eum legentem autenti. ex cauſa. nihil firmauit.
ideo iſta ratio non placet. nam licet olim teſtamen=
tum irritaretur per querelam quaſi colore demen=
tie: vt. l. hoc colore. de inofficio. teſta. tamen ille co=
lor hodie non queritur. ſed irritatur in totum hodie
per querelam: quaſi cauſa inſerta non fuerit vera.
non enim poteſt dici demens qui exheredauit filiū
ex iuſta cauſa quam putabat veram licet poſtea nō
reperiebatur vera: vel non probatur. et hoc tenet
Iacob. de areti. in alia materia ſuper alio puncto.
Unde fuit ſeptima opinio Dyn. qui tenet totum
econtra a precedenti opinio. dicit enim aut cauſa le
gitima eſt inſerta et per heredem non probata: et
habet locum aut. ex cauſa. aut cauſa non eſt inſerta
in exheredatione: et tunc teſtamentum irritatur in
totum. dicit ipſe ꝙ colligitur in corpore vnde ſumi=
tur. d. aut. do. Cyn. ſcribit in. d. aut. ⁊ audiui ipſum
dicentem dum eam legeret quod plures reſpexit
in corpore ⁊ neſciuit illud colligere. dicebat etiam
quod multos interrogauerat qui dicebant idem
ſcilicet quod neſciebant hoc colligere ex corpore.
mihi videtur ꝙ Dyn. hic colligit ex altero de duo=
bus locis. primo ex. §. ſi autem hec obſeruata nō
fuerint. ibi: ne filij falſis accuſationibꝰ ꝯdēnētur ⁊c.
nā tūc dr̄ falſa accuſatio: qñ cā ingratitudinis īſeri=
tur que vera non probatur: vel ipſe colligit ex. §.
hec autem diſpoſuimus. in fin. in verſicu in aliquo
autem negotio diſceptantes ⁊c. vbi hoc videtur ex
preſſe dicere ſi bene inſpiciatur. Iſta opinio non
placet. nam licet ſit vna ratio in corpore ne filij fal=
ſis accuſationibus condemnentur que competit ex
heredatis cauſa inſerta. ſtatim tamen ibi annecti=
tur alia: vel ne aliquam circumſcriptionem in pa=
rentum ſubſtantijs patiantur ⁊c. que ratio con=
gruit exheredatis ſine cauſa ⁊ etiam preteritis a
ſciente: vt. ſ. dixi. ¶ Preterea text. dicit ſi autem
hec obſeruata nō fuerint. ⁊ ſic loquitur generaliter
ſiue non fuit obſeruatum illud quod precepit de in
ſertione cauſe: ſiue non fuit obſeruatum illud quod
precepit de probatione cauſe. Non obſt. text. in ver
ſicu. in aliquo autem negotio ⁊c. Nam ibi impera=
tor ſic pronuntiauit quod reperijt teſtamentum eſſe

falſum dolo et machinatione quorū-dam extraneorum. vt dicit tex. ibi dolo et machinatione quorundam compoſitam fuiſſe comperimus ꝛc. vnde magis hoc pronuntiauit ex cauſa falſitatis q̄ꝫ preteritionis vel exheredationis. Preterea licet text. hoc ibi dicat expreſſe, tamen ibi fuit pronuntiatio principis anteq̄ꝫ fuerit facta cōſtitutio vnde ſumitur auẗ. ex cauſa. Unde ſic pronuntiauit imperator ſecundum iura antiqua que pronuntiatio eſſet hodie iniuſta ſecūdum illam cōſtitutionem. teneo ergo opi. gloſ. ſimpliciter: quia rupto teſtamento ſimpliciter per querelam: vel alio quocunqꝫ modo ex cauſa exheredationis: legata et fideicōmiſſa remanēt firma per auẗ. ex cauſa. q̄a ſemper eſt facta ſcienter teſtatore: et ſic bene habet locū ratio tex. vt dicit̄ in p̄cedētibus dubijs. hoc tꝫ glo. in quinqꝫ locis que. ſ. alle. a

Sed cōtra p̄dicta opp. ex teſtō ex quo nō aditur hereditas non poſſunt deberi legata: vt. l. ſi nemo. de teſta. tu. et de re. iu. l. ſi nemo. Rn̄. contraria loquūtur qn̄ teſtm̄ nō irritat̄ ex cauſa preteritionis vel exheredatiōis facta a ſciē te. ratio pōt eſſe: q: qn̄ ex aliqua cauſa hereditas non aditur vadit ad alios p̄ter ſpem ꝛ volūtatē teſtatoris. vnde eos teſtator grauare nō cogitauit. ſed qn̄ irritat̄ ex cauſa preteritionis vel exheredationis facta ſciēter: tūc teſtator cogitauit grauare eū quē exheredauit vel p̄terijt ſciēter inq̄ꝫtū poterat: ſi eñ eū priuabat tota hereditate q̄ ſibi debebatur: multo magis preſumit lex ꝙ voluit grauare cum legatis: ideo legata conſeruantur.

12 Sexto † eſt vidēdū: dr̄ in. d. auẗ. qd̄ teſtm̄ rūpitur q̄ꝫtū ad heredis īſtitutionē ꝛ cetera firma p̄manēt: quero qd cōtinet̄ appellatiōe ceterorū. Rn̄. ſubſtōnes directe p̄ quas nō ſuccedit̄ defuncto ſed pupillo: vel forte filio mētecapto: qd̄ dic vt dixi in. l. j. §. fi. de vulga. ꝛ pupil. vbi glo. ꝛ Dy. tangunt. Item fideicommiſſa vniuerſalia legata ꝛ fideicōmiſſa particularia tutele dationes: vt expreſſe dr̄ in corpore vnde dicta auten. ſumitur. ex quo apparet qd̄ non eſt vera opi. Dy. quā ipſe ponit in. l. j. de vulga. ꝛ pupil. dū dicit qd̄ ea nō poſſunt relinqui niſi in teſtamento. nō remanēt valida per illā auten. nam tutele datio non pōt relinqui niſi in teſtamēto: vt. l. j. ſ. de teſta. tut. et tn̄ remanet valida. Item ex hoc dico qd̄ conſtitutio executoris remanet firma eadem ratione ſicut tutoris. Item illud qd̄ eſt relictū in vim modi remanet firmum cum vim legati obtineat: vt. l. fi. C. de his q̄ ſub modo. Item ea que ſunt relicta in vim conditionis remanent in eodem ſtatu in quo erant ante per d. auẗ. An autē id quod debebat dari heredi inſtituto cauſa conditionis implende debeat dari filio preterito vel exheredato apud quem remanet hereditas. Dic vt colligitur[a] ex. l. is cui. j. de cōdi. inde. ꝛ. l. qd̄ conditionis. de dona. cauſa mor. ꝛ. l. qui heredi. §. j. de condi. ꝛ demon. Item ſi erat grauatus heres ſub conditione ſi deceſſerit ſine liberis: an filius preteritus ad quem vadit hereditas intelligit̄ grauatus ſub conditione ſi deceſſerit ſine liberis ipſe vel cum deceſſerit heres ſcriptus. Dic vt dixi in. l. peculium. §. fi. j. de leg. ij. Item an inſtitutio de re certa cōſeruetur. dic vt dixi in. l. ex facto. de here. inſti.

13 Item ſi † aliquid erat relictum filio exheredato vel preterito qui rumpit teſtamentum an illud cōſeruetur. dixi in. l. maximum. C. de libe. prete. Cyn. ponit auẗ. ex cauſa. Mar. ſil. diſputauit ꝛ tenuit qd̄ ei non debetur. vt Cy. refert quā opi. ego teneo per rationes ſuas. pro hoc induco caſuꝫ. j. ſi quis omiſ. cauſa teſt. l. ſi non ſolus. §. j. vbi legata que non conſeruantur ex edicto ſi quis omiſ. cau. teſta. non conſeruantur ei qui viſus eſt teſtamentum impugnare. expreſſius videtur. j. de leg. preſtan. l. filius. et iſtud puto verum.

14 Septimo eſt † vidēdum qua actione petuntur legata ꝛ fideicommiſſa ex iſto teſtamēto rupto ex cauſa preteritionis vel exheredatiōis. Quidam dicunt actione ex teſtamento. Alij dicunt condictione ex. l. dia. ꝛ iſta fuit opi. Hug. que ponitur in auẗ. ex cauſa. in vlti. glo. Cy. tenet eam qd̄ reprobatur quia quando illud qd̄ per ſe eſt inutile cōfirmat̄ agitur ex cōfirmante non ex cōfirmato: vt. l. poſthumus. §. fi. ſ. eo. ꝛ. j. ad trebel. l. ſi quis prior. j. de here. inſti. l. alſe. hoc tenebat Pet. ꝛ Dy. alij dicunt qd̄ agitur actione ex teſtamento. qd̄ tenet Jac. de are. et Jac. butr. ꝛ hoc puto veriſſimum. Nam tex. in corpore vnde ſumitur. d. auẗ. dicit tanq̄ꝫ non reſciſſum id obtineat teſtamentum: ꝛ ſic appareat quod ipſum teſtamentum ſit validum quo ad legata. vt ſic non naſcatur condictio ex. l. propter teſtamentū: ſed ex

a ¶ Sed errore. Uide cōcordantias.j.§.pri.in apoſtil.et ſic no.hic optimam.l.ad excuſationem notariorum.et tene menti ſingu.quod notarius in dubio preſumitur erraſſe non falſum commiſiſſe.⁊ adde q̄ dixi poſt Bar.in.l.ſi quis obrepſerit.C.de fal.et vide Ange.in.l.inter eos.de re iudic.et in.l.iuriſgentium.§.quod fere.de pac.et adde Bar.⁊ doct.in.d.aut.qđ ſine.Bal.in.l.verbum volo.C.de fideicom.et ibi an ſyllaba poſſit ꝓ dictione poni.et adde Ange.in.l.lucius.in prin.ff.de teſta.mili. Quid in errore indictionis an poſſit corrigi per notarium exemplum notarius in originali ⁊ ſic in prothocollo non appoſuit indictionem.ſed in extenſione inſtrumenti ſic an poſſit corrigi: certe ſic.qđ probo nam in publico inſtrumento cōtinentur duo.vnum qđ ſpectat ad notarium vt anni domini indictio dies ⁊ alie ſolennitates: ſecundum eſt ſubſtantia contractus. Si enim eſt erratum in eo quod vitiat inſtrumētum.vt quia deficit indictio.vt in auten.vt prepo.no.impe.in prin.et in aut.qui.mo.natu.effi.legi.in.§.quantū.et in.c.inter dilectos.de fi.inſtru.⁊ gloſ.in.l.generali.C.de tab.lib.xj.poterit corrigi ille error ne ſcribentis error noceat partibus.l.ſi quis in nomine.⁊.l.errore.C.de teſta.⁊ hoc ſi cōſtat de errore ſed ſi eſt erratum et non cōſtat in quo vt quia fuit omiſſa dies.et ſic fuit erratum et iſto caſu notario dicēti ſe recordari debet credi.quia officiali creditur in officio ſibi commiſſo.l.ſi quis decurio.C.de fal.magis puto.§.ne tū.ff.de re.eo.⁊ ꝓcedit hoc qn̄ eſt erratum hic q functus eſt officio ſuo ſicut iudex.vt.l.iudex omittēdo.ſed cū eſt erratū q poſuit vnam diem vel menſem cum deberet ponere alium iſto caſu nō poterit ſe corrigere.niſi de errore cōſtet per teſtes vel alijs modis.l.quicquid aſtringende.de verb.obli.⁊ poſtq̄.de re iud.⁊ ſicut teſtes.et ſi indictio eſt poſita in inſtrumēto.et eſt erratū non vitiat inſtrumentum.vt in hoc.§.⁊ licet preſumatur dolus in annis domini quando in eis erratur.quia communiter omnes ſciunt annos domini.ideo culpa lata vel dolus eſt eos ignorare.l.late.ff.de verbo.ſigni.ſed indictio neſcitur ab omnibus.ita ideo probabilius preſumitur error in indictione.facit ad hoc glo.in.l.ſi quis in fundi vocabulo.de leg.j.⁊ in.l.penul.de re.du.ita formaliter dicit Bar.in.l.ſi librarius.ff.de reg.iu.quicquid dicat glo.in.c.inter dilectos.de fi.inſtru.⁊ dicit Bar.in.d.l.ſi librarius.q ſi ſolennitas non fuit ſcripta nec ſeruata in inſtrumēto punitur notarius vt falſarius ſecus ſi fuit ſeruata licet non fuit ſcripta.⁊ ſic per predicta patet qđ error in indictione eſt tolerabilis et excuſabilis.vt hic per Dy.⁊ Bar.⁊ facit in ſimili qđ voluit Inno.in.c.qualiter.el.ij.de accu.in gloſſ.vbi dicitur qđ teſtis magis debꝫ recordari de perſonis et loco q̄ de die.nam error teſtis in tempore excuſabilis eſt.vt voluit Archid.iij.q.ix.c.nihilominus. Et Bald.in.l.preſbyteri.C.de epiſco.et cleri. Error tamen in annis domini non eſt tolerabilis ſecundū Barto.in dicta.l.librarius.ſed Guil.de cu.et Barto.in lege imperator.de ſta.homi.dixit qđ poſt inſtrumentum publicatum et poſtquam data eſt copia parti non poteſt tabellio ſuum errorem corrigere.argu.eius quod dicimus de teſte.et habetur in Specu.de inſtru.edi.§.poſtremo.ver.ſed nunquā.quamuis Bartol.in dicta.l.ſi librarius.indiſtincte velit quod poteſt notarius corrigere errorem ſuum circa indictionem. Alij dicunt quod error qui iuris preſumptiōe corrigitur vt error indictionis ſemper per notarium corrigi poteſt.ſecus ſi non corrigitur iuris preſumptione.quia tunc eſſet notarius ſibi cōtrarius.item quia equiparatur teſti.ſed teſtis autoritate iudicis facta priꝰ fide de veritate: pōt corrigere.igit ⁊c. Sꝫ ego in hoc diſtinguo ſic.aut tabellio nō reſtituit inſtr̄m partibꝰ.et pōt tūc illud corrigere et aptare vt vult.vt.l.ſi quis decurio.C.de fal.aut reſtitui inſtrumentum in publica forma.et tunc aut vult corrigere eodem modo quo corrigit lex et poteſt.quia habet iuris preſumptionem pro ſe.aut circa aliud circa quod lex non preſumit.et tunc non poteſt.tamen dicit ibi Baldus quod addere poteſt quod per errorem omiſiſſet ſicut teſtis.argumentum eorum que not.in autent.de teſtibus.paragrapho.quia vero.errorem autem partis tabellio corrigere non poteſt.lege ambiguitatem.C.de teſtamentis.lege illa inſtitutio.infra eodem.et ibi dicit quod poteſt addere que per errorem omiſit.ſed conſuluit Dyn.conſilio trigeſimoquarto.quod

inſtrumentum nō vitiant. Cōtra hoc tamē videtur. j. de bo. poſ. l. ſed cum patrono. §. fi. ⁊. C. de teſt. auť. qđ ſine. et in corpore vnde ſumitur. ⁊ in. j. conſti. ffoꝝ. §. pe. ⁊ in. ij. conſti. C. circa fi. et de vete. iur. enu. l. ij. §. pe. Rn̄. quedaꝫ ſunt note q̄ nō ſunt in vſu: vt quedam litere ꝯglutinate inſimul: quib⁹ vtunť quidā notarij ꝓ eoꝝ ſignis: ſicut faciūt amātes qui portāt quaſdā literas in quib⁹ cōtineť nomen dn̄e q̄ non poſſunt legi niſi a ſciētib⁹: et ille

omiſſio indictionis vitiat inſtrumentū. ſed error in computatione non vitiat ex eo: quia error in cōputatione eſt aliud ꝙ̄ omiſſio indictionis ⁊ ideo dicebat idem Bal. in. d. l. imperator. qđ ſi notarius vult corrigere errorem. puta circa indictionem valet inſtrumentū quia indictionis error non nocet, qꝛ trahit ad cōmutatiōeꝫ certi tꝑis i. mēſis et diei. ergo notarius poteſt illum corrigere. quia idē facit ipſe qđ lex. et dicit Bal. qđ opi. Dy. eſt verior. quia maior eſt defectus omiſſionis ꝙ̄ cōmiſſio erroris. l. titius. et. l. gallus. §. in omnibus. de liber. et poſthu. et licet Bal. ibi ita dicat tamen contrarium dixit in. d. l. j. ſcilicet qđ notarius poteſt addere inſtrumento illud qđ omiſit. ⁊ idem Bal. in rub. C. de fide inſtru. in. ix. col. in verſi. ſed pone qđ tabellio in imbreuiatura. quem vide omnino vbi diſtinguit in iſta materia prout. ſ. ſed idem Bal. in. l. cum proponebatur. ff. de iudi. dixit circa iſtum paſſum qđ aut notarius vult emendare errorem non mutata ſubſtantia actus et poteſt. l. actorum verba. ff. de re iudi. ſed ſi mutando ſubſtantiam. ⁊ tunc aut nondum redigit contractum in publicam formam et poteſt: quia ipſe eſt talis ad cuius fidem recurritur. l. ſi qs decurio. C. de fal. dummodo nō mutet ſubſtantiam per id quod habetur in. l. ſempronius. de leg. ij. Si autem iam eum redigit in publicam formam et eū tradidit partibus. ⁊ tūc ſi error eſt manifeſtus quia inſtrumentum caret indictione. vel quia diſcordat indictio cum annis domini. tunc poteſt emendare: quia non cēſetur in effectu tradidiſſe ex quo ita manifeſte eum imperfectū tradidit. ſi autem error nō eſt ſic patens. vt quia forte dixit die tertio ⁊ debuit dicere die ſecundo. et tunc ſecus. ſequitur hic Jmo. et per conſequens male conſuluit Dy. et iſtam partem contra Dy. ſequitur do. Cardi. in. d. c. inter dilectos. in ver. ſed contra. in. iij. q. vbi dicit ꝙ error indictionis eſt error notarij ideo non vitiat cum poſſit corrigi. et allegat et ſequitur dicta Bart. in. d. l. ſi librarius. idem voluit Jmo. in. c. ex literis. de fide inſtru. et facit quod voluit Bar. in. l. fi. ff. de tab. exhi. et ſi quis opponeret. et de eo quod voluit Bald. in l. poſt diuiſionem. C. de iur. et fac. igno. vbi voluit ꝙ ſi notarius omittit ſolennitatem incumbentem officio ſuo punitur de falſo. reſpon. quod loquitur quando fuit omiſſa in inſtrumento ⁊ prothocollo. nos loquimur quando in prothocollo qđ poteſt eam ſupplere in inſtrumento. Jtem Bal. ibi loquitur quando omiſit ſolennitatem in teſtibus. et in indictione vel annis domini. ⁊ ſic non loquitur quando omiſit indictionem dūtaxat. et iſtam partem etiam ſequitur Jmo. in. l. actorum. de re iud. dum remittit ſe ad Bar. in dicta. l. ſi librarius. Et Pe. de ancha. in. d. c. inter dilectos. facit quod voluit Joan. and. in data. lib. vj. ⁊ qđ no. Spec. in titu. de inſtrumen. edi. §. inſtrumentum. ver. ſed nunquid confecto. ⁊ ibi Joan. and. et quod voluit Archi. xxv. q. ix. §. j. vbi voluit quod notarius poteſt ſuum errorem corrigere. ⁊ ſic illa eſt communis opinio quod poteſt notarius corrigere ſuum errorem circa ſolennitatem incumbentem ſuo officio commiſſum. et facit quod voluit Anto. in. l. errore. C. de teſt. vbi allegat barto. in dicta l. ſi librarius. et allegat bal. ī ſuis apoſtil. in dicta. l. imperator vbi dicit quod ſi cōſtat qđ eſt erratum ⁊ in quo tunc poteſt corrigere. quia non habet quis iuſtam cauſam cōtradicendi. aut eſt erratum quia diſcordat indictio ab annis et tunc aut vult corrigere illum errorem ante redditum inſtrumentum partibus ⁊ poteſt. quia lex ad plenum confidit de tabellione. l. ſi quis decurio. de fal. aut poſt. ⁊ tunc ſecus. quia notarius functus eſt officio ſuo. l. iudex poſtꝙ̄. de re iudica. ſed alibi Bald. dixit aut ſubſtantia et vis eſt in tempore vt in hypothecaria. et tunc non poſſit corrigi niſi probato errore. aut nō eſt vis in tempore niſi quo ad ſolennitatem inſtrumenti. et tunc poteſt quia aptare inſtrumentum ita quod valeat de iure pertinet ad officiū tabellionis: vt no. in capitu. fraternitatis. de hereti. et ſi nō adaptauit aptare debet: vt no. in ſimili in. l. ſerui ele. de legatis primo. non obſt. dicta. l. iudex poſtꝙ̄. quia ibi loquitur in ſententia. vide Bald. in dicto capit. inter dilectos. vbi allegat illud conſilium Dyn̄. contra gloſſ. ibi vbi querit quid ſi notarius dixit in inſtrumento de indictione et non ſcripſit de qua indictione ſed dimiſit ſpatium vacuū cauſa poſtea ſcribendi de qua indictione vtrum vitietur inſtrumentum vide ibi et per docto. in lege ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium. in repeti. de eden. ⁊ ad predicta facit quod voluit Bartol. in. l. gallus. §. idem credendum. de libe. et poſth. dum tractat de ver. ⁊c. an poſſit aliquid addi et extendi. vide ibi ⁊ ad id quod dicit Bar. hic per illum textum quod non preſumitur quod notarius ſcripſerit falſum. adde quod dixit Bal. in. l. ij. C. de fal. vbi dixit quod ſi notarius erat perſona fide digna quis non admittitur ad dicendum inſtrumentum falſum. et Tancre. de corneto in ſua compendioſa in. viij. rubric. queſtione. x. dixit quod ſi notarius omiſit ſcribere prothocollum in totum vel in partem vel ſubſtantialia vel ſolennia quod potius preſumitur qđ per ſimplicitatem quā per dolum et malitiam hoc fecerit capi. ad audientiam. de preſcrip. vbi habetur qđ preſumitur qđ notarius fideliter et diligenter exercuerit officium. et facit quod voluit Bald. in. l. prima. C. communia de leg. vbi dicit qđ ſi in inſtrumento dicitur qđ omnes conſiliarij vniuerſitatis interfuerunt in illo actu. et reuera certi conſiliarij exempti non interfuerunt quod non videtur notarius ſcripſiſſe falſum ideo non eſt mirandum ſi Cyn̄. dixit in lege tranſigere. C. de tranſacti. quod per maculam falſitatis homo venit ad nihilum inter homines. ideo falſitas de-



a litere nihil probant[a]: vt. l. ſed cum patrono. in fi. de bono. poſ. Quedā ſunt 1 litere: ⁊ note que ſunt in cōmuni vſu: vt. v. pro quinqꝫ. ⁊. x. pro decē. ⁊ ſimiles. ⁊ he litere probant vt hoc. §. fallit in caſib⁹ in quibus lex ſpecialiter diſponit vt ſcribatur extenſe ⁊ non per figuras literarum: vt in legibus. ſ. in contrarium allegatis. b Notas autē[b] ſignificantes numerum ponit Hug. ſub litera. D. quibuſdam: tamen ex illis ſignis non vtimur.

1 ☞ Quando deſtinatū fieri non fit intelligitur per errorem omiſſum et quando vitiat.

2 Error probatur quādo in tractatu de faciendo actum aliquid exprimitur poſtea aliud eſt factum.

**Tantundem.** Error in conditione quaꝫ quis deſtinauit inſerere inſtitutionē vitiat. h. d. in verſi. ſed ſi conditionē. ſi habes literam nollet: dicas qđ mutat caſum. nam contrarium loquitur quando volens addere conditionem non addit. hic quando nolens addere addidit. ¶ Opp. C. de inſti. ⁊ ſubſti. l. penul. ⁊. j. de leg. ij. l. cū pater. §. fi. gl. dat plures ſolutiones. prima ꝙ non habetur pro inſtituto ſecundum 2 qđ deſtinauit. c Alij dicūt qđ ibi deſtinauit tm̄ in animo hic expreſſe. d Dy. dicit qđ erit inſtitutus non pure nec ſm quod ſcriptum eſt ſed ſm qđ teſtator deſtinauit. 1 Tu dicas† quādo ꝙ quis deſtinauit adijcere conditionem: ⁊ hoc expreſſit: quando autē venit ad actuꝫ perficiendi teſtamentū: per errorem illud omiſit. tunc inſtitutio vitiatur. hic eſt caſus. hic. ſimile in cōtractibus inter viuos. vt. l. ita ſtipulatus. in princ. ⁊ ibi dixi. j. de verb. obli. quandoqꝫ teſtator non dixit ſe expreſſurū conditionem tunc cū inſtitutionem faceret licet poſtea: tunc ſi omittatur diſpoſitio non vitiatur: vt l. penul. C. de inſti. ⁊ ſubſti. ⁊. l. cum pater. §. fi. j. de lega. ij. ⁊. l. ij. ſ. eod. ratio apparet. quia in primo caſu deſtinauit facere diſpoſitionem ⁊ inſtitutionem cōditionalē ꝙ non fecit poſtea. ⁊ ſic errauit in ſubſtātia inſtitutiōis. vt. l. j. §. ſi quis ſimpliciter. j. de verb. obli. ¶ In ſcđo caſu non deſtinauit facere inſtitutionem cōditionalem. ⁊ ſic in ſubſtantia inſtitutionis non errauit. ſed in ver. idem tractat. teneo opinio. Dy. ꝙ intelligitur ſubſtitutio ſm quod teſtator dicit. non ſm quod notarius ſcripſit. non enim errauit teſtator ſed ſcribens. ⁊ error ſcribentis non vitiat teſtamentum in aliquo: vt C. de teſt. l. errore. ¶ Ultimo † not.[c] ſingulariter quod error ꝓbatur[d] qn̄ in tractatu de faciendo teſtamentuꝫ vel cōtractū aliquid exprimiť poſtea

bet non preſumi faciliter imo difficulter. et videtur probari in. c. accedens. de accu. ſatis em̄ dicitur eſſe probatum pro inſtrumento ſtatim qđ producitur. ideo debet contrarium probari. arg. eius qđ voluit gl. in. l. ſi tutor: C. de peri. tu. ⁊ gl. in. l. j. C. de teſta. mili. ⁊ in. l. ſuper. C. qui milit. non poſ. ⁊ in. l. creditorē. C. de pig. act. ⁊ gl. in l. i teſtō. C. de teſt. mili. ⁊ in. l. iij. C. de peti. here. et in l. ij. de erro. aduo. ⁊ in. c. ꝓpoſuiſti. lxxxij. diſ. in. c. ſup eo. de teſt. cog. ⁊ in. c. ſicut. el. ij. de iureiur. et in c. penul. ſ excep. ⁊ in c. iij. de p̄ſcri. ⁊ in. c. j. qđ met. cau. ⁊ in. c. illud. de p̄ſum. ⁊ in. c. ad falſariorum. de crimi. fal. ⁊ gl. in. l. j. C. de fi. inſtr. et iur. haſt. fiſ. lib. x. ⁊ in dubio p̄reualet ꝓbatio que fauet inſtrumento: vt eſt caſus ſingu. in. l. iul. de manu. ita etiā preualet preſumptio que fauet teſtamento arg. illius. l. que ad hoc eſt elegans tale enim preſumitur inſtrumentum quale apparet. ⁊ in prima ſui figura. vide que dixi poſt Bal. in. l. cum precib⁹. C. de fi. inſtr. ⁊ dicit Bal. in. l. ſatis aperte. C. de fal. qđ quidam notarius fuit cōdemnatus de falſo quia in inſtrumento addiderat penas. ⁊ contra illam opin̄. Dy. facit ratio. quia potentius eſt delictum in committendo ꝙ̄ in omittendo. vt eſt gl. fi. iuncto tex. et ibi dixi in. l. auxilium. de mino. ſed video quod error ſi exprimatur ⁊ cōmittitur a notario eſt tolerabilior et poteſt corrigi vt hic. ⁊ per Bar. in. d. l. ſi librari⁹. ergo multomagis ſi omittatur indictio. quia eſt error conſiſtens in omittendo. Et iſtud dictū ſolet allegari quod ſi notarius in teſtamento vel in inſtrumento aliquid omittit vel ſcribit aliter ꝙ̄ cōtrahentes dixerint potius preſumitur per errorem illud facere vt euitet penam falſi ipſe notarius quam falſuꝫ fabricare. Ad idem facit dictum Spe. in titu. de inſtru. edit. §. reſtat. circa fi. ⁊ in. §. ſeq. per Jo. and. et Anto. de but. in. c. cum contra. de pigno. facit glo. in l. ius qui in prouincia. in ver. defuncti. ⁊ ibi Bar. ſ. ſi certum peta. vbi ſi notarius dicit in inſtrumento titius filius ⁊ heres ſempronij qui ſempronı⁹ ſit mortuus ne notarius videatur appoſuiſſe falſum in inſtrumēto dꝫ ſubaudiri verbū quondaꝫ. hoc eſt filius quondā ſempronij.

a ¶ Nihil ꝓbāt. Facit qđ habeť i. l. ij. §. penulti. C. de vete. iur. enu. Bal. tū hic limitauit iſtud dictū et in dicta auť. qđ ſine. de teſt. vt ꝓcedat ſolū in teſtō in ſcriptis. ſecus in nuncupatiuo redacto ad ſcripturā per notas vſitatas: qꝛ licꝫ ex tali ſcriptura non aſſumatur ꝓbatio tū valet teſtamentum ex ſe ſicut valeret ſi nulla ſcriptura eſſet cōfecta. Et ſequiť Jmo. in hoc. §. facit qđ voluit idem Bal. in. d. auť. qđ ſine. dū dicit ſatis eſſe ſi vſitato modo ſcribatur: item quia conſuetudini eſt ſtandum. d. l. ſed ſi cum patrono. §. fi. ⁊ Ange. hic.

Andreas Pomate.

b ¶ Notas autem. Vide de hoc per doc. in autē. qđ ſine. C. de teſtā. Alex. conſi. ccxciiij. inci. videtur prima conſideratione. in. ij. volu.

Andreas Pomate.

c ¶ Ultimo no. Vide Are. in. l. ita ſtipulatus. in. iiij. col. iij. notabili. ff. de ver. obli.

d ¶ Tantundem. error probatur. no. qualiter ꝓbetur error: quia ſi primo tractatum eſt vt res ſic agatur ⁊ poſtea aliter actum eſt preſumitur error. facit. l. ſi finita. in prin. cum ibi no. maxime per Jmo. de dam. infe. Et dixi poſt Bar. in. l. ita ſtipulatus. in. iiij. col. de ver. obli. ⁊ ſcripſi in. l. itē. §. fi. ſ. de pac. ⁊ omnino vide gl. no. ⁊ ibi Bar. in l. cum proponeretur. de ſe. iij. quā alle. pro no. in. l. ſi librarius. ad fi. de reg. iur. ⁊ ad intellectum eius qđ hic no. Bar. ⁊ ibi an ſit verū vide Jmo. in. d. l. cum proponeretur.

⸿Si quis ita. Adde qđ Pau. de ca. refert qđ Bal. hic per gl. in verbo heres. dicit qđ ſi accuſatur vel inquiratur aliquis qđ occiderit hominem ignotum cuius nomen ignoratur ⁊ quis eſſet: ⁊ vnde eſſet qđ procedat accuſatio dummodo de corpore occiſi ſit certum. q̄ ſufficit certitudo iſta qđ maleficiū ſit cōmiſſum: et dicit Pa. habuiſſe dñ fcrō bono. et q̄ iudices poteſtatis allegabant dictū Bal.

b ⸿Si duo. inteſtati. Et hāc ē ſniam q̄ illo caſu ſucceſſio redu catur ad cauſam iteſtati firmat p iſtum tex. Frā. tigri. in cōſi. ſuo inci. Iaco. alle. etiam d. l. pe. de iniu. teſt. ⁊ l. ⁊ poſthumus ħ alleg. ⁊ habetur p bar. in ꝯſi. inci. Mattheo lus gratioli.

Andreas Pomate.

aliud eſt factum. nam intelligitur per errorē vt hic de eo qui deſtinauit cōditionē inſerere qđ de neceſſitate intelligitur ante cum de teſtamento faciendo tractauit: poſtea ſequitur et nō addidit ſcilicet tunc cum teſtamētum faciebat. ideꝫ probatur. ī. proxi. §. qđ intellige. vt dixi in. l. ſi q̄s in fundi vocabulo. ī. de leg. ij. plenius in. l. ſi ita ſtipulatus. §. chryſogonus. ī. de verbo. obliga.

## Sed ſi cuꝫ primum.

Perſona inſtitutioni adiecta per errorem heres non erit. h. d. ⸿No. id quod dixi in precedenti. §. q̄ ſi in tractatu vnum eſt deliberatum et aliud poſtea factum preſumitur per errorē et non ſimulate factum.

## Si quis nomen.

Sufficit heredem demōſtrari aliter q̄ʒ nomine ꝓprio. hoc dicit.

## Si quis tamē ita dixerit

a. Sufficit perſonas eſſe certas. licet diſtributio portionuꝫ ex futuro euentu dependeat. h. d.

## Heredes.

Hic incipit ſecūda pars principalis q̄ tractat de inſtitutiōis effectu. et per inſtitutionē ſucceditur in ius defuncti. ⁊ plures ī dubio intelligunꝶ equaliter inſtituti. h. d.

c Inſtitutus in fundo ⁊ prohibit⁹ plus petere nō poſſe nullo alio herede inſtituto quod non ſit heres inſolidum.

c ⸿Nam ibi teſtator. ⁊ circa intellectum huius. §. vide Bar. in conſil. lxxxvij. incipi. Faciolus gratioli. de prohi. iuris accreſ. et vide Bar. conſi. cxvij. inci. Iacobutius maneti de Perusio. vbi loquiꝶ de iſto iure accreſcendi prohibito a teſtatore. ⁊ in conſi. inci. Nellus. ⁊ in conſil. incipi. Mariolus. et Ange. in conſilio. ij. incipien. nemo ad preſens dubium. in vlti. colum. et vide Bal. in. l. quoties. C. de here. inſtit. et in. l. prima. C. quando non pe. par. vbi concordat opi. Sali. in dicta. l. quoties. ſequitur Dy. et temperat qđ teneatur reſtituere venientibus ab inteſta. Ioan. de imo. in. l. prima. §. ſi ex fundo. ſupra eodē. reprobat opinionem Ange. et ſequitur opinio. Dy. damnata opini. Barto. hic et idem etiam tenet hic Ludoui. roma. in dicta lege prima. quando non pe. par. ſequitur ſimpliciter opini. Dyñ. et tunc pendet de facto.

2 Teſtator poteſt prohibere ius accreſcendi.
3 Bar. iuit ad commentum Bal.
4 Si teſtator inſtituto herede in re certa aliū vniuerſalem heredem quē putabat viuere inſtituit q̄ erat mortuus vel deceſſit anteq̄ʒ adiret qđ inſtitutus in re certa habebit totum.
5 Quid ſi in caſu predicto adiecit illa verba qđ plus petere non poſſit.
6 Clauſula: quod plus petere nō poſſit adiecta in inſtitutione quid operetur.

## Si duo.

Plures inſtituti in re certa diuidunt ſibi hereditatem equaliter niſi teſtator manifeſtiſſime aliud voluit. h. d. ⸿Principium huius. §. declarabo. ī. l. proxi. finem vero nota dum dicit ſi modo voluntas patriſfamiꝶ. manifeſtiſſime non refragatur. ⸿Ex quo dico † q̄ ſi teſtator inſtituit te heredeꝫ in fundo ⁊ adiecit quod plus de bonis ſuis petere non poſſis: quod licet nō ſit alius heres inſtitutus in teſtamento: tamen non eris inſolidum inſtitutus: quia voluntas teſtatoris tibi manifeſtiſſime refragatur vt hic. ſed reduceꝶ res ad cauſam inteſtati b, quod probo primo per hūc tex. ſecūdo per rationem. quando ex verbis teſtatoris colligitur perplexitas ſeu repugnantia inſtitutio vitiaꝶ: vt. l. ſi titius. de condi. inſtit. ſed hic eſt huiuſmodi. voluit enim ipſum eſſe heredem in fundo. ⁊ non habere plus. quod eſt impoſſibile nullo alio exiſtente herede: quia ius noſtrum non patitur ⁊c. vt. l. ius noſtrum. de regu. iur. ⸿Preterea ſicut inſtitutio facta in fundo preſumitur facta in toto. ita ſeruo inſtituto ſimpliciter preſumitur inſtitutus cum libertate: vt l. cum quidam. §. j. C. de neceſ. ſeruis hered. inſti. ſed ſi teſtator expreſſit contrarium qđ eum inſtitueret ſine libertate non erit liber. vt. ī. ea. l. no. §. fi. ⁊ inſtitu. de heredi. inſti. in prin. ⁊ vitiabitur inſtitutio: vt l. quia ratio. ī. de condi. inſti. ita in propoſito quando adijcit quod plus petere non poſſit. non videtur inſtitutus in totum et inſtitutio vitiabitur. probatur etiam per. l. penulti. ſ. de iniuſt. teſta. et de libe. et poſthu. l. ſi poſthumus. verſic. nam et cum duobus. Nam ibi teſtator c dando ſubſtitutum in parte videtur prohibere ius accreſcendi: et rupta illa ſubſtitutione rumpitur teſtamētum in totum. vt dixi in dicta. l. penul. pro hoc facit † quia teſtator poteſt prohibere ius accreſcendi: vt no. in. l. dominus. §. primo. ſ. de vſufru. coniuncta gl. in vna ſolutione. 2
⸿Reſtat reſpondere ad ea que poſſunt allegari in contrarium et hic eſt finis. Vadamus † ad commentum domini Baldi. 3 ⸿Et primo cōtra hoc videtur caſus. ī. eod. lege ſi ita quis heres inſtitutus fuerit excepto fundo. vbi exceptio nil operatur. ita et illa verba et plus petere non poſſis nihil debent operari. ⸿Et ad iſtum text. poteſt reſponderi vt ſit ſenſus quod duo inſtituti ſint heredes equis partib⁹: niſi voluntas teſtatoris manifeſtiſſime refragetur. quia tunc quando voluntas teſtatoris refragatur eſſent heredes ex diſparibus partibus non autem quod res deducatur ad cauſam inteſtati. Reſpondeo primo iſte intellectus non eſt bonus. nam in diſtributiōe partium nō eſt neceſſaria manifeſtiſſima voluntas defuncti. ſufficit enim qualitercūq̄ʒ de mēte appareat etiam ſi in teſtamēto aliter ſit ſcriptum



ſupra ea. l. §. j. ſed hic requiritur manifeſtiſſima volūtas defuncti ad hoc quod res deducatur ad cauſaꝫ inteſtati. ⁊ hoc etiam eſt probatum ſupra alijs rationibus. Ad legem ſi ita quis. reſpondeo ibi dicit qđ ſit heres excepto fundo. q. d. omnia alia tibi do excepto fundo quem non do. que verba important vt expreſſa conceſſione defuncti non habeatur. quod autem non accreſcat ſibi: hoc non ꝓhibuit teſtator manifeſte. vel dic ibi preceſſit inſtitutio ſimplex: ⁊ ſequitur illud excepto fundo quod cōtinet ademptionē fundi. Sed ſibiipſi a ſeipſo adimi non poteſt vt ſupra. e. l. ſed ſi in cōditione. in fi. ergo ⁊c. ſed in queſtione propoſita nunq̄ʒ dedit niſi rem certam et prohibuit eum plus petere vel habere. Secundo ob. dicte determinationi quod nemo poteſt facere quod leges non haberent locum in ſuo teſtamento: vt. l. nemo poteſt. ī. de leg. j. Rñ. quedam ſunt que dependent ex voluntate defuncti expreſſa: vel preſumpta. et in his poteſt facere teſtator quod vult exprimēdo ſuam voluntatem: vt. ſ. probatum eſt in iure accreſcendi et in libertate que tacite ſequitur ſeruum inſtitutum. et probatur. ī. de condi. et demon. l. in conditionibus. in prin. et. §. j. vbi leges que dicunt qđ conditio que tacite ineſt nihil operatur procedūt niſi de voluntate defuncti aliud appareat. hoc etiam ꝓbatur in hoc. §. et ita loquitur lex noſtra. ſed in ſolennitatib⁹: et in alijs que non dependent ex voluntate defuncti nemo poteſt facere quod leges non habeant locum in ſuo teſtamento. ⸿Tertio ob. quod dicta verba. et plus petere non poſſit ⁊c. videntur adiecta fauore inſtituti: ergo alio inſtituto non exiſtente nihil operantur: vt. l. peto. in prin. ī. de leg. ij. reſpōdeo queſtio propoſita loquitur ſolū quando inſtituit vnū in re certa: et alium vniuerſalem heredem non facit: tunc enim illa verba plus petere non poſſit ⁊c. videātur adiecta fauore venientis ab inteſtato. vt dicta lege peto. ver. idem dicemus. ſin autem alium heredē inſtituiſſet qui defeciſſet. Quid iuris ſit dicam in ſequentibus queſtionibus. ⸿Quero † teſtator a inſti-
4 tuit quendam in fundo nec adiecit quod plus pete-
a re non poſſit alium inſtituit vniuerſaliter qui tempore teſtamēti erat mortuus. licet teſtator crederet eū viuere. vel deceſſit poſtea anteq̄ʒ adiret. an ille inſti-
b tutus b in fundo ſit heres inſolidū. Videtur q̄ nō: q̄r alio inſtituto vniuerſaliter habeꝶ loco legatarij: vt l. quoties. C. eo. ⁊ no. ſ. eo. l. j. §. ſi ex fundo. ⸿Preterea licet ille ſit mortuus tamē q̄r teſtator putabat eū viuere debet haberi perinde ac ſi viueret: vt. l. quo loco. §. j. ī. co. Contrarium credo q̄ ille habeat totū iure accreſcendi. nam licet teſtator dederit alium heredem vniuerſalem: nō eſt manifeſtiſſima voluntas eius quod plus petere non poſſit ſi portio illius deficiat. ergo habebit. arg. l. ſi miles. de teſta. mili. ⁊. l. ex militari. §. fi. cū. l. ſeq. eo. ti. Et hoc tenet Guil. de cu. ſ. de condi. indebi. l. ſeruo. ⸿Sed contra predicta facit. ſ. de iniuſt. teſt. l. pe. vbi nō fuit manifeſtiſſima teſtatoris voluntas ſolum enim prohibet accreſcere dando ſubſtitutum ſicut hic dando coheredem: tñ ibi nō accreſcit ſed totum reducitur ad cauſam inteſtati. Reſpondeo ibi ſubſtitutio rūpitur ex cauſa preteritiōis ⁊ volūtas legis eſt manifeſtiſſima ideo poſthumus rūpit, vt ſibi locū faciat ⁊ ſibi rem dedu

cāt ad cauſam inteſtati: vt. l. nā ⁊ ſi. in fi. ſ. de iniuſt. teſta. dixi in. d. l. penult. † ⸿Sed quero q̄d ſi teſtator adieciſſet q̄ talis inſtitutus ex fundo pl⁹ petere vel habere non poſſit an hoc caſu herede inſtituto deficiente ſibi accreſcit. reſpondeo dicta verba q̄ pl⁹ petere vel habere nō poſſit videntur referri ſcilicet rebus ſic ſe habentib⁹ prout teſtator diſpoſuit. arg. l. qđ ſeruius. ſ. de condi. ob cau. ⁊. l. fi. §. item queſitū. ſ. de condi. inde. vide. l. paulo callimacho. §. j. ī. de leg. iij. Sed ſi heredis inſtitutio deficeret tūc dicta verba non videntur operari: vt. l. paulo callimacho. §. j. † Et ideo eſt aduertendum quia quandoq̄ʒ in inſtitutione ex re certa teſtator adiecit dicta verba: ⁊ quod plus petere vel habere non poſſit. ⁊ nullum alium fecit heredem vniuerſalem. ⁊ tūc ſine dubio videtur dixiſſe illa verba fauore venientium ab inteſtato vt dictum eſt. et ſic res reducetur ad cauſam inteſtati. Nūq̄ʒ teſtator prouidet ſibi inſtituendo heredem vniuerſaliter de eo qui ſm cogitationem defuncti in oēm caſum poterat eſſe heres. vt inſtituendo hominem iam natū. et tūc 5 6

Andre. Poma. ⸿Si teſtator. Vide Alex. conſi. clxij. in vlti. col. ij. volu. ⁊ que poſui poſt Barto. in. l. j. §. ex fundo. ſ. eo. Barba. conſi. ij. colum. j. al's. vij. et ſeq. j. volu.

⸿An ille inſtitutus. de hac materia vide plene per Angel. in conſil. ſuo ccccix. et hanc cōcluſionem tenet Salic. in. l. q̄ties. C. eodē. et Imol. §. ſi ex fundo. ſ. eo. in repeti. quam ponit. ī. eodem. in fi. titu. ⁊ ideo dixit Sali. in. l. ſancim⁹. ī pñ. C. de inoſſi. teſta. q̄ teſtator ñ poterit ꝓhibere petitionē ſupplemēti legitime et de hoc dico qđ eſt tex. ī. §. ceterū. in auten. vt cuꝫ de appel. cog. ⁊ an poſſit ius accreſcendi prohiberi. vide aliquid per Bald. in. l. j. in. ix. col. C. qñ non pe. par. ⁊ plene in. xix q. ⁊ an prohibitus a iure accreſcēdi videatur eſſe prohibitus a ſucceſſiōe inteſtati vide Bal. poſt gl. in. l. j. C. de teſta. mili. ⁊ Ange. ibi ponit materiam de quo hic ſcꝫ an teſtator poſſit ꝓhibere ius accreſcendi. ⁊ per Bal. in. l. quoties. C. e. circa primam col. vbi limitat in caſu. d. §. ceterum. not. per Bar. in. d. conſi. incip. Mattheolus. ⁊ Ange. in conſi. cxliij. cum quo concordat Salic. in lege quoties. C. eodem. ſed Imol. eum reprehendit in dicto §. ſi ex fundo. et in capi. Raynu. et vide Bald. in lege ſi quis ita inſtituatur ſi legitimus. ī. eo. et Federi. de ſeñ. in conſi. cxxxj. et no. per Salice. ī. l. j. C. quādo non pe. par. in. viij. queſtio. ⁊ etiam per Ange. in l. prima. C. de teſta. mili. et per Imol. in. c. primo. in pe. colum. de teſt. et per Bald. in repeti. l. in ſuis. circa vltimam chartam. de lib. et poſthu. et vide Baldum in repeti. ca. ſi pater. de teſta. in. vj. charta. xiij colum. et vide not. per Imolam plene in capitulo. Raynu. de teſta. et per Sali. in lege quoties. in. iiij. queſtio. C. eodeꝫ. per Imo. in repe. dicti. §. ſi ex fundo. ad finem.

ADDE pulchre roma. cōſi. lxxxj. ⁊ an teſtator poſſit prohibere ius accreſcendi. vide Baldum conſi. lxxxiij. libro. v.

¶ Dicta videantur. Imo in repe. §. ſi ex fundo. quã ponit ĩ. eo. in fi. tenet contrarium.

ADDE quid ſi inſtitutus in re certa quod plus ⁊c. dato herede vniuerſali cui heredi iniunctũ fuit onꝰ capelle faciende ⁊ ſi nõ faceret priuet̃ hereditate an ita heredi tas accreſcat ipſi in a ſtituto ĩ re certa an vero ↄueniat ad venientes ab inteſtato. an vero applicabit̃ capelle Bal. cõſil. ccccxxxvj. lib. iij.

Andreas Pomate.

b ¶ Not. ꝙ vide qd ex hoc infert Ol. ↄſ. xlv.

c ¶ Pater famil. i pñ. et no. modũ petẽdi. qa ſi dico 1 duas ptes non intelligit̃ de duabꝰ tertijs. Sed ↄtra 1 iſtud dictũ b Barto. eſt text. in. c. in dennitatibꝰ. §. ſi vero. de elec. lib. vj. vbi due ptes intelliguntur reſpectu totius ⁊ ibi. d. pe. allegat illũ tex. contra Bar. ⁊ vide ibi ⁊ etiã. d. Dominicũ et idẽ etiã tꝫ do. Pet. in c. extirpande. de pre. bẽ. ſed Jo. de imo. ibi ſoluit bar. hic. ⁊ vide do. Abb. ⁊ do. Pet. in

fauore inſtituti illa verba dicta videantur:[a] vt dicta lege peto. in princi. infra de leg. ij. et intelligerentur ſic plus petere vel habere nõ poſſit inſtituto adeunte: vt dicta lege paulo callimacho. §. primo. Quandoqꝫ teſtator ſibi prouidit de aliquo qui etiam ſecundũ cogitationem ſuam heres non poterat eſſe niſi in vno caſu tantum: vt qa inſtituit ventrem vxoris ſue ſi pgnãs erat et ſi ad lucem peruenerit. ⁊ eo caſu quo pregnãs non eſſet: et ad lucem non peruenerit: nihil diſpoſuit. tũc dicta verba dicuntur dicta fauore inſti- 1 tuti ſi erit. ſi non erit fauore venientiũ ab inteſtato. vt dicta lege peto. in pñ. ver. idem dicemus. maxime quando teſtator ſubiungit quod vult voluntatem ſuam valere etiam iure codicillorum. et ſic etiam prouidit venientibꝰ ab inteſtato.

☞ Dictio poſtea de neceſſitate nõ inducit interuallum.

**Si quis ita.** Dictio poſtea non impedit 1 diẽ hereditatis et libertatis ſimul cedere. hoc dicit. ¶ † Not. quod[b] dictio poſtea nõ ſignificat de neceſſitate interuallum tẽporis. et ſic facit ad queſtionem notatam per Dyn. ſupra ſolu. ma. l. fructus. Et poſſumus dicere quod hic non eſt neceſſe quod detrahatur dictio poſtea. nam eſt quidam ordo temporis et quidam ordo 1 nature. ordo temporis patet. de ordi- 2 ne nature do exemplum vt primo eſt ignis poſtea calor non ordine tempo 1 ris ſed nature. ita in propoſito primo ſeruus poſtea liber poſtea heres non ordine tẽporis ſed ordine nature. qr ĩ pmo perſona debet eſſe habilis que fit 2 heres: vt. l. ſi queramus. ſ. de teſta. et de iure codicil. l. quidam referunt. qꝺ ergo iuriſconſultus dicit ꝙ detrahat̃ poſtea. ſ. quo ad ordinem tpis: quia ſimul ⁊ ſemel tpe cedit vtrũqꝫ. ſed ſm ordinem nature ſeu intellectus prece dit libertas. 1

**Si ſeruus.** Primo ponit que 2 ſtionem. ſecundo 3 determinat duas alias queſtiones. reaſſumit primam. ſecunda ibi ⁊ qui- 4 dem. tertia ibi. ſed ⁊ ſi pure. ¶ Opponitur. C. de neceſ. ſer. l. cum quidaꝫ. c Solutio ibi loquitur quando nullam 1

mentionem fecit de libertate hic ſic. ¶ Alterius dicitur hic quod quando eſt alienatus vel manumiſſus poſſet eſſe heres. contra. ĩ. de acquirenda hereditate. l. placet. ⁊ l. cum proponas. in principio. C. eod. Solũ. quidam dicunt ꝙ eum heredem exiſtere loquitur quando fuit manumiſſus. vel dicitur aliũ eſſe heredem per ipſum ſeruũ. dic tertio ꝙ heres eſt iuſſu noui domini. ⁊ iſta eſt vera. ⁊ vide gl. que incipit voluntarium ibi. Vel dic etiam non manumiſſus ⁊c. domini doct. dicunt contrarium in. l. cum proponas. C. eo. ſed damno eos per iſtum tex. vt plene ſcripſi in. l. cum filio ĩ. de lega. j.

**Si alterius.** Plures inſtituti ex diuerſis rebus admittũtur equaliter vt inſtituti. h. d. hoc intellige q̃ꝫtũ ad hereditatẽ ſed in fundo habebũt partes nominatas: vt. l. ex facto. la grande. ĩ. eo. Et ita oportet intelligi. ſ. l. proxi. §. ſi duo. ¶ Opp. ĩ. l. proxi. Sol. vt glo. ibi.

☞ Copula que cadit inter diuerſas orationes nõ inducit coniunctionem.

**Titius.** Coniuncti ex re certa habentur pro vno quo ad diuiſionẽ hereditatis faciendam cũ alio inſtituto. h. d. ¶ Op. ĩ. l. proxi. Sol. iſtud ꝓpter cõiunctionem duorũ in eadẽ re vt not. ſ. l. pxi. vlteriꝰ ſcias qꝺ vltramonta. videntur dicere ꝙ teſtator hic appoſuit copulam dicendo titius fundi corneliani heres eſto: ⁊ duo titij illius inſule heredes ſunto: qꝺ quilibet habet tertiam. quia omnes eſſent cõiuncti verbis. Ita dicit Cy. in. l. fi. C. de impu. et alijs ſubſti. in prima oppo. ꝙ non eſt verum. nam † copula q̃ cadit inter diuerſas orationes non inducit coniunctionem verbalem: vt. ſ. qui. mo. vſuſfruc. amit. l. ſicut in annos. §. ij. dicam. ĩ. eo. l. item qꝺ ſabinus. dixi plene in. l. re coniuncti. ĩ. de lega. iij.

**Si in equalibus.** Etiam in diſtributõe partium vltimum dictum preualet. hoc dicit.

☞ De dictione eque ⁊ equis portionibus.

Et cõiuncti per nomen collectiuũ ſunt plus coniuncti quam illi qui cõiunguntur per copulam. nu. 2.

**Interdum.** Dictio † eque facit vt coniuncti cum diſiunctis equaliter admittantur. h. d. ¶ Not. diligenter de virtute huiꝰ dictionis eque et equis portionibꝰ. ¶ Scꝺo no. † qꝺ coniuncti per nomen collectiuum ſunt plus coniuncti quã illi qui coniunguntur per copulam in eadem oratione. naꝫ hic primus et fratris filij in eadem oratione per copulam ſunt coniuncti. tamen quia illi filij ſunt cõiuncti per nomen collectiuum habentur loco vnius niſi eſſet dictio eque.

1 ☞ Res eſt diuiſibilis in infinitas partes.

2 Res in dubio intelligitur diuidi in. xij. partes.

3 Qui petit duas partes in dubio intelligitur de duodecim niſi dicat totius.

4 Quilibet fundus diuiditur in duodecim partes ſicut hereditas.

**Paterfamilias.** [c] Not. † ꝙ res eſt



a ꝙ res ẽ diuiſibilis[a] i ĩfinitas ptes[b] vt ibi ꝙ voluerit. b Ad idẽ. l. ſi cui. ꝺ ſer. Itẽ no. † ꝙ[c] res ĩ dubio ĩtelligit̃ 2 diuidi in duodecim partes. et per hoc ſis cautus in c libello ⁊ ſentẽtijs ſi eñ petis † duas partes dicas de 3 tribus rei totius: ſi eñ peteres ſimpliciter duas partes in dubio intelligit̃ duas partes ſcꝫ de. xij. vt hic. 4 niſi aliud appareat. Et † ſi dicis hic loquitur in hereditate: certe eo modo quilibꝫ fundus diuiditur. vt. l. quoties. §. ſi duo. ſ. eo. C. de leg. l. cum queſtio. Sed ſi diceres peto duas tertias vel duas quartas illud eſt indubitabile: vt. ĩ. ea. l. §. fi.

**Deniqꝫ.** Hic primo loquitur quando teſtator legauit vni partem et alteri partem. Secundo quando legauit vni totum et alteri partẽ. f Tertio quando vni totum et alteri totum. Quarto qñ pluribus totũ et alteri partẽ. Secunda ibi. ſed ſi exceſſerit. Tertia ibi. ſꝫ ſi duos. Quarta ibi. in alio. ver. ſed ſi duos. ¶ Opp. ad ver. ſed ſi exceſſerit de. l. 1 cũ queſtio. C. de leg. multa dicuntur pro ſolutione huius cõtrarij. veritas eſt quod hoc debet intelligi qꝺ hic conſtat ꝙ teſtator voluit tranſire ad dipondiũ quod apparet ſi teſtator dixiſſet titiũ inſtituo. in. xij. vncijs in alijs. vj. inſtituo ſemproniũ. Ex hoc quod dixit in alijs apparet quod voluit ad dipondiũ tranſire. licet hic in tex. non declaret. diſtingue ergo quãdoqꝫ teſtator relinquit vni partem et alteri partem infra aſſem et loquitur hic. §. in princi. Quandoqꝫ relinquit vni totum et alteri totum et non eſt dubiũ ꝙ concurrunt vt hac. l. §. ſed ſi duos. quandoqꝫ relinqt vni totum et alteri partem. et tunc aut conſtat quod illud quod dabat ſecundo voluit adimere a primo et ſtamus certo. aut non conſtat quod voluit adimere. et ita loquitur ver. ſed et ſi. Aut eſt dubium et tũc eſt diſtinguendũ. aut primo relinquit partem et poſtea totum. aut primo totum ſecundo partem: vt no. in. l. cum queſtio. C. de leg. facit qꝺ dicã. ĩ. ad trebel. l. marcellus: et. l. qui quadringenta. et vide glo. que incipit ex aſſe inſtitutos ⁊c. dicit glo. not. q̃ꝫtum ad ſubſtantiam rei hereditarie. qr in qualibet vncia erit tãtum de ſubſtantia hereditatis q̃ꝫtum erat primo licet habeat pauciores vncias.

**Si quis ita.** Oppo. ſ. de. l. proxi. vbi illa verba tertia: quarta et ſimilia ſignificãt modũ portionũ nõ ordinem. Rñdeo hoc ꝓpter precedẽtia verba. ſcꝫ prima: et ſecunda que ſunt mere ſignificatiua ordinis: ſecꝰ ſi illa verba non eſſent appoſita: ſed alia tunc eſſent modificatiua. vt. ſ. l. proxi. in fi.

1 ☞ Quando relatiuum quis vel qui faciat veram relationem non ſimplicem.

**Iulianus.** Relatiuum quis vel qui in dubio facit veram relationem non ſimplicẽ. hoc dic. ¶ Not. quod dixi in ſummario facit. l. 1 triplici. de ver. ſigni. ¶ Oppo. † ꝙ faciat ſimplicẽ relationẽ non verã. vt. l. dñm. C. de in- c iur. ⁊ l. iij. de neg. geſt. reſpondeo de ſui natura facit veram vt hic. ſed vbi reſultaret iniquitas debꝫ intel d ligi quod faciat ſimplicem relationem. vt in contrarijs et in ſacra ſcriptura mulier damnauit que ſalua e d uit quod nota. quia facit id ad ſaluandum[d] dicta te- e ſtium.[e] ¶ Vltimo no. gl. ſuper verbo quindecim par f

c. cũ omnes. de ele. et vide que dixi in. l. j. de acquir. here. in gloſ. ij. et vide Bar. in. l. plures. ff. de dã. infe. vide ibi Lud. vbi alleg. Bar. hic et trãſit cũ Barto. hic et vide Ange. in. l. ſi in rem. ff. de rei vendi. et in. l. etiam. ff. de vſufru. et vide in conſi. Joan. de Imo. in conſi. cl. et clij. et cliij. vbi ſũt plura conſilia quãdo ſtatutum dicit lucretur tertiã partem de eis an intelligatur reſidui vel totius integre. Vide ibi qr ſunt plura conſilia. ⁊ Jo. de Imol. ibi videtur ↄſulere cõtrariũ. Andre. Barba.

tes. in fi. gloſſ. Tu dic quod cum cuilibet ex primis reliquerit minus: ſecundo plus: quod hec lex hodie non eſt correcta: vt no. per glo. in dicta. l. cum queſtio. C. de leg.

**Item quod Sabinus.** [f] Hic incipit tractare aliam materiã quãdo aliquis eſt inſtitutus ſine parte.

☞ Coniunctio que cadit inter orationes non inducit coniunctionẽ realem.

**Unde idem.** Iſte ver. eſt fortis. caſus eſt qꝺ quoſdam inſtituit ex. xj. vncijs. ⁊ duos ſine partibus. illam vnciam habebũt illi qui ſunt ſcripti ſine partibus. et ſi vnus ex eis repudiat ſemiunciam omnibus accreſcit. hoc dicit. ¶ Oppo. ꝙ ille ſolus ſine parte ſcriptus ad illã ſemiunciam vacãtem admittat̃. vt. l. j. §. ſi vero quidam ex heredibꝰ. C. de cadu. tol. Sol. dicit glo. intelligas qꝺ a hi duo inſtituti ſine partibus nõ erãt verbis cõiuncti. ponendũ eſt ergo qꝺ quilibet erat inſtitutꝰ in diuerſis orationibus. Sed cõtra hoc oppo. de. l. ſi ita quis heredes. ĩ. eo. Gl. ſoluit optime. Sed op. licet iſti non ſint cõiũcti verbis vt dictũ eſt. ſunt tñ cõiuncti re. qr ad vnã portionẽ vocantur. gl. dicit fateor ꝙ ſunt cõiuncti re inter ſe. ⁊ etiã b ſunt re coniuncti cum alijs inſtitutis in. xj. et ſic oẽs admittuntur. vt hic in fi. glo. quam vide. iſtud quod alij ſunt coniũcti re eſt manifeſtiſſime falſum. nam diſtinctio partiũ facit ceſſare cõiunctionẽ realem: vt. l. re coniuncti. ĩ. de leg. iij. ſed hic pmis diſtinctim aſſignauit. xj. vncias. Alij ĩſtituti ſine partibus vocant̃ ad vnciã vacantẽ. et ſic non ſunt re cõiuncti. Petrus in. d. § ſi vero quidã. dicit ꝙ hic non erant coniuncti re: ſed oẽs verbis. et intelligebat ꝙ inter inſtitutionem factam de

Andreas Pomate.

¶ Quõ res diuiſibilis. Vide Fede. conſil. cclxxxviij. incipiẽ. caſus talis. Corſ. ſingu.

¶ In infinitas partes. Adde Bald. in. l. codicillis. §. j. de vſufru. leg. et adꝺ quod legitur et no. in. l. cũ queſtio. C. de leg. Ange. contra. in lege defuncta. de vſu.

Andreas Pomate. ¶ Item not. ꝙ. adde Aret. in. l. plane. in fi. de leg. j.

¶ Ad ſaluandum. Et hoc ſequitur ro. in. l. j. in prin. ſupra de ope. no. nuntia.

¶ Ad ſaluãdũ dicta teſtiũ. vide Alex. ↄſi. cxxij. ver. pterea. col. iij. vol. ij. Roma. ↄſi. xxx. col. ij.

An. Po. ¶ Itẽ ꝙ ſabinꝰ. §. ſꝫ ſi. viꝺ car. ↄſ. lxviij.

Item q fabinus. §. ſed ſi. Not. iſtū tex. in ver. aliter atq ſi ita ſcripſiſſet. in ver. ex reliqua parte. q cōcordat cū tex. in. l. ij. de here. inſti. et cū. l. ſi miles. la. ij. ff. de teſta. mili. de verbo reſiduū. aliquid dixi in. d. l. ij. et vidi de hoc verbo reſiduū als dubitari ſup vno reſcripto impetrato a ſummo pōtifice p quēdam priorem cuiuſ- 1 dā monaſterij quod poſſit teſtari de fructibus ⁊c. cū alias ſine tali impetratiõe nō poſſet vt aliquid dixi poſt bal. in. l. fina. §. non autē. C. de bo. q libe. in rectore eccleſie. nam in reſcripto continebatur q conceſſa fuit gr̄a ſacerdoti ſeu priori. quod poſſit teſtari in qua dicebatur prout tibi placuerit ordinare et diſponere ac ſuper hoc teſtamentum facere et concedere libere et licite valeas plenam et liberam concedimus facultatem volumus aūt qd̄ in diſpēſatione bonorum dicti prioratus ⁊ aliorū beneficiorū iuxta quātitatē reſidui erga ipſum prioratū et alias eccleſias a quibus illa percepiſti te liberalem exhibeas prout conſcientia tibi dictauerit: et anime tue ſaluti videris expedire. ſtat dubium nunc propter illud verbū reſidui pro quota parte papa conceſſit q teſtaretur iſte prior et reſiduum relinqueret eccleſijs a quibus percepit prout conſcientia dictauerit et anime ſaluti viderit expedire qm̄ quo ad iſta verba īferiora papa voluit dicere qd̄ reſiduū bonorū q perceperit ab eccleſijs relinquat eis ſm qd̄ ab eis percepit. q voluit papa q illud qd̄ percepit ab vna eccl'ia illi eccleſie relinquat iſtud important iſta verba inferiora. et ſic apparet q lꝫ papa cōcedat plenā ⁊ liberā facultatem teſtādi de bonis queſitis intuitu beneficiorū. tñ reſtrinxit illā liberā facultatē in reſiduo: ideo eſt aduertendū q erit illud reſiduū. nā cum iſta gratia ſit preiudicialis eccleſijs a quibus percepit bona et ad inſtātiā ſui emanauit dicta cōceſſio. ideo iſta gratia reſtringi dꝫ inq̄ſtum poteſt vt euitetur preiudicium tertij. vt in. c. ſuper eo. de offi. dele. c. q̄uis. de reſcri. in. vj. l. ij. §. ſi quis a principe. et. §. merito. ff. ne quid in lo. pub. et in. l. nec auus. C. de emācι. lib. et. c. in corrigendis. de offi. ordi. et ſic licet beneficia principū ſint late et latiſſime interpretan[illegible]. l. beneficiū. ff. de conſti. prin. c. cū dilecti. de dona. c. viſis. xvj. q. ij. tñ illud eſt verum quādo agitur de preiudicio ipſius cōcedentis vt dictis iuribus ſed quando agitur de preiudicio tertij tunc ſecus. quia nō eſt de intentione cōcedentis preiudicare tertio. niſi quatenus eſt expreſſum in gratia ſeu priuilegio. et cum ad impetrationē iſtius prioris dicta gratia fuerit conceſſa ſequitur q in dubio debet fieri interpretatio contra ipſum priorem impetrantem. vt in. c. contra eū. de reg. iur. in. vj. et. l. veteribus. de pac. et. l. quicquid aſtringende. de verbo. ob. licet enim in dicto reſcripto dicatur ⁊ de quibuſcūq bonis tā ratione dicti prioratus quā ratione aliorum beneficiorū tuorum que ꝟ preſenti obtines et in poſterū obtinebis. tamen papa non cōceſſit quod ꝟ omnibus illis bonis poſſit teſtari. ſed duntaxat voluit declarare de quibus bonis poſſit teſtari. q cum habebat bona queſita ex pluribus beneficijs papa indulſit et qd̄ de bonis quibuſcūq tam prioratus q̄ aliorum beneficiorū hoc apparet ex verbis inferioribus dum dixit iuxta quantitatem reſidui. vnde voluit q reſiduū dictorum bonorum teſtetur erga prioratum et beneficia. Et ſic nō cōceſſit qd̄ poſſit vni vł pluribus relinquere omnia bona que acq̄ſiuit ex dictis beneficijs. vt iam fecit dictus prior inſtituendo conuentū in quo erat prior qm̄ reſiduum debuit diſponere ⁊ diſtribuere alijs eccleſijs a quibus illa bona percepit. ergo non potuit teſtari de omnibus bonis inſtituendo dictū monaſteriū vnde vr̄ velle qd̄ illud verbū reſiduū importet lucrum q dictus prior acquiſiuit de dictis eccleſijs vt ſic in illis diſtribuere et relinquere debeat vel ſaltem dimidiā omniū bonorum. et de hoc eſt tex. valde ſolēnis in. l. ij. C. de heredi. inſti. in ver. nam reſidui. commemoratio etiam totum admittit vbi ſi teſtator inſtituit incapacem in certa portione et alterū heredem inſtituit in reſiduo ille inſtitutus in reſiduo videtur inſtitutus in totum patrimoniū defuncti. q propria ſignificatio illi⁹ verbi reſiduū vel verbi reliqua importat totū patrimoniū defuncti. facit qd̄ hr̄ in. l. q̄cq̄. C. de teſt. mili. et. l. amiſſi. in prin. ff. de fideiuſ. et. l. ei qui. ff. de do. cauſa mor. et. l. ceterorū. ff. de ver. ſig. tex. hic ⁊ que in ſimili dixi in. d. l. ij. et ſic iſta verba adaptantur ad totum ſi ergo non apparet pro quota parte papa voluerit iſtum poſſe teſtari de bonis eccleſiarū videtur q totū qd̄ ex dictis eccleſijs fuerit perceptū veniat reſeruandum ipſis eccleſijs et qd̄ remaneamus in diſpoſitione iuris cōis. l. ſi extrane⁹. ff. de cōdi. ob. cau. l. ſi cū dotem. in prin. ſolu. ma. cū ſi. et illa verba de quibuſcūq bonis: non intelligūtur q omīa bona poſſit relinquere. vnde nō intelligunt de generib⁹ ſingulorum. ſed de ſingulis generum iſto modo loquendi vtitur glo. in. l. j. in ver. omnibus. C. cōmunia de leg. et in. c. nō cōcupiſcentiā. de cōſti. ⁊ ſic papa voluit q poſſit teſtari de bonis cuiuſcūq beneficij. ſed nō de omnibus oīm ſuorū beneficiorū. vide alias rōnes ad hūc caſum lꝫ nō ad materiam quas poſui in. d. l. demonſtratio. in vj. colū. de cōdi. ⁊ demon. ergo licet dicat de q̄buſcūq bonis ⁊c. tñ reſtringit ad eccleſias in quibus fuit beneficiat⁹ ⁊ ſic nō de omnibus bonis dicti prioratus et ſic dicatur reſiduū importat medietatē toti⁹ vt voluit glo. iūcto text. in. l. ſi reſiduū. C. de diſtr. pig. vbi dr̄ reſiduū debiti ſi pars eſt ſoluere. ⁊ glo. in ver. reſiduū exponit. i. partē quo caſu appellatione partis venit reſiduū. i. mediū toti⁹. vt pbat in l. nomē filiarū. §. portiões. ff. de ver. ſi. niſi reſtringat p adiūctū. q dicat ps aliqua. q tūc importat min⁹ dimidia. vt eſt gloſ. valde ſing. in cle. j. de fo. compe. ADDE de hoc verbo reſiduum quod ipſe cōſuluit conſi. xxvj. iiij. volu.

1 illis qui ſunt inſtituti in. xj. vncijs: et inſtitutionem factā ſine partibus eſt copula: ex qua reſultaret coniunctio verbalis: quod eſt falſū manifeſtiſſime. nam † coniunctio que cadit inter orationes non inducit coniunctionē verbalem: vt. ſ. qui. mo. vſufruc. amit. l. ſicut in annos. §. primo. C. de ca. tol. l. j. §. vbi autem. ibi ſermonis vnitas ⁊c. infra de leg. ij. l. meuio. in prin. et ibi dixi. vnde igitur eſt hoc quod omnibus accreſcit. Reſpon. debemus intelligere quod hic non ſunt cōiuncti verbis. vt dixi: item nō ſunt coniuncti re cum primis inſtitutis in. xj. vncijs. vt dixi: nec inter ſe. licet enim vocentur ad eādem vnciam hoc non ſufficit ad inducendam coniunctionē realem: ſed ita demum dicuntur re coniuncti quādo ad eandem portionem vocantur inſolidum ex expreſſa diſpoſitione defuncti. vt. l. j. in fi. et. l. ij. cū ſua gloſ. et. l. inde neratius. in princ. ſupra de vſufruc. accreſ. Sꝫ iſti nō vocant expreſſa volūtate defūcti. q eos inſtituit ſine partib⁹. et ſic nō ſunt re nec verbis cōiuncti q̄tum ad ius accreſcendi. et hoc vult dicere text. ſi bene aduertat. ſed q portio hereditatis deficiēs accreſcit inſtitutis: ideo accreſcit omnib⁹. hoc vult dicere tex. hic dū dicit quātū ad ius accreſcēdi accreſcit oībus.

**Sed ſi.** Not. q ille cui relinquuntur reliqua ſi nihil reperitur nihil habebit et ſic eſt finis p hoc mane.



**Sabinus.** Inſtitutus ſine parte habebit quod deeſt ad diſponendium.

**Ex facto.** Verba enuntiatiua cōditionaliter prolata non inducunt diſpoſitionem. h. d. Dixi plene i. l. ex hac ſcriptura. j. de do. Hic eſt duplex litera vna quē nō inſtitueram. alia quē inſtituerā. ⁊ ſunt verba teſtātis. ⁊ ſm illā poſui caſum ſummariū. Ad quā opp. de. l. ex hac ſcriptura. j. de dona. Solu. ibi verba enuntiatiua proferebātur principaliter propter ſe. hic incidēter ꝓpter aliud q conditionaliter. Scd̄o debes ſcire q hec lex legitur duob⁹ modis. quidā formāt queſtionē an ſeruus qui dicebatur inſtitutus admittatur: ⁊ rn̄debat q nō et 1 ſm iſta poſui ſummariū. Alij ponunt q fiat queſtio in ſubſtituto. ⁊ illam reprobat glo. imo dicit ſubſtitutum admitti. ad hoc oppo. conditio de preterito falſa vitiat inſtitutionem: vt. l. ij. ſ. eo. ergo hec ſubſtitutio non debet valere. Sol. dic q hec cōditio erat de futuro. ſ. ſi heres nō erit lꝫ implicet aliqd̄ preteritum ſcꝫ q eū inſtituerat. ſimile in. l. cum tale. §. pe. de condi. ⁊ demon. ad idē op. q illa verba ſi heres nō erit. debeant intelligi de eo qui pōt eſſe ⁊ nō vult eſſe. vt l. pater ſeuerina. in prin. de cōdi. ⁊ demon. ſed hic ille qui dicebatur inſtitutus nō pōt admitti. ergo nec ſubſtitutus. Sol. vt dixi in contrario.

ius reſidens in perſonam heredis. ſꝫ interim poteſt alienare vt curator datus bonis. ⁊ hoc puto verum per. l. j. j. de iur. deliber. Sed cōtra hoc facit tex. qui dicit diſtrahi tāq heres. So. fateor q etiam curator diſtrahit tāq heres. ⁊ eodē modo pōt a creditore conueniri ſm eundem Jaco. de aret.

1 ¶ † No. etiam diligenter q boñ. poſ. que datur pendēte cōditione tribuit adminiſtrationem illam que competit curatori bonorum. ¶ Oppo. quilibet poteſt vendere rem alienam: vt l. rem alienam. de contrahen. empti. Solut. poteſt alienare rem alienam. ¶ Alterius oppo. q vere vendat rē alienam. vt. l. ij. §. ſi ſub conditione. j. de bono. poſ. ſm tabu. Sol. ibi in omnem euentum habiturus erat filius hic non erat heres habiturus in omnem euentum.

**Vo loco.**

**Si iam mortuo.** Verba teſtatoris debent intelligi perinde ac ſi eſſet illud qd̄ teſtator putauit. h. d. pulcher caſus eſt. No. p gl. in. l. ſeruo. ſ. de cōdi. inde. Et not. iſtud qd̄ dicit gl. q verba debēt intelligi prout teſtator putauit. dixi vobis in. l. quoties. §. ſi duo. ſ. eo.

Cũ. l. ſequenti. ¶ Opp. cõditio mixta ſi impeditur p̃ caſum diſpoſitio deficit: vt. l. in teſtamento. de condi. ⁊ demon. ⁊. l. legatũ. C. de condi. inſer. Solu. hic erat inſtitutio pura ſed diuiſio poꝛtionum conditionalis. vt. j. l. pꝛoxi. ¶ Opponitur ſi vnus fratrũ ducit conſobꝛinam in vxoꝛem matrimonium eſt illicitum: ⁊ ſic conditio eſt turpis: vt extra de conſanguinitate ⁊ affinitate. c. non debet. Solu. de iure canonico mr̃imoniũ tale eſt pꝛohibitũ: ſed ſʒ has. ll. eſt permiſſum. ¶ Quero quid ſi vnus de fratribus duxit illã ⁊ alius erat paratus ducere ⁊ illa noluit? ¶ Quero qualiter diuidantur ipſa bona. Gloſſ. dicit ille qui ducit habebit dodrantem: alter quadrantem: quia certum erat quod duobus nubere non poterat. vide gloſſ. que incipit quid ſi alteri ⁊c. Iſtud quod † dixit lex quando conditio non ſtat per me habetur pꝛo impleta. eſt verum niſi voluntas defuncti repugnet voluntati alioꝛum: ſed hic repugnat voluntas defuncti: quia permittendo quod nubat vni videtur pꝛohibere quod alij nubat. et ſic habes quod leges que dicunt quod conditio que non ſtat per heredem habetur pꝛo impleta eſt verum niſi voluntas defuncti repugnet. ita vidiſtis in. l. in conditionibus. in pꝛincipio. infra de conditio. ⁊ demonſtratio. et hoc idem not. per gloſſam. j. de verboꝛum obligatio. l. in executione. §. finali.

1 ☞ Ex qualitate ſermonis quis pꝛeſumitur furioſus: ⁊ qualiter talis ſuſpicio ſubmouebitur.
2 Cautela qđ notarius ſcribat in teſtamento cauſam quando teſtatoꝛ apponit cõditionem inhumanam vel fatuam.
3 Quid ſit dictũ in memoꝛiam humane conditionis.
4 An ex poſſeſſione quis pꝛeſumatur dominus.
5 Fama an ſufficiat ad pꝛobationem dominij.

# Quidam in ſuo.

[c] Conditio que cõtinet inhumanitatem reſpuitur ⁊ ex ſermonibus incongruis pꝛeſumitur quis nõ ſane mentis: niſi pꝛobetur cõtrarium. h. d. No. † qđ ex qualitate ſermonis quis p̃ſumitur furioſus ſimile de tut. ⁊ cur. da. ab his. l. is qui. §. j. ⁊ habuiſtis in. l. apud iulianũ. in fi. al's in. l. ideʒ iulia. j. de leg. j. ¶ Opp. dꝛ hic ꝙ iſte qui talem cõditionem appoſuit pꝛeſumitur furioſus. cõtra. j. de cõdi. et demon. l. meuius. dicit gl. hic ſpeciale fauoꝛe humane religionis: vel dic vt ibi dixi. ¶ Quero quõ poteſt iſta ſuſpicio ſubmoueri ⁊ pꝛobari[d] qđ ſit ſane mentis vt ex his verbis non pꝛeſumatur furioſus. Reſpon. hoc magis conſiſtit in facto q̃ʒ in iure: quia erat iocularius qui cauſa ludendi talia teſtamenta faciebat. vel faciebat cauſa humanitatis. ⁊ reduct⁹ eſt ad magnam cõtritionem ⁊ ſuũ coꝛpus deſpiciebat vnde conſulo † ꝙ notarius cauſam inſerat in teſtamento qñ talia ſcribuntur. ¶ Item quero † quid vult dicere tex. in memoꝛiam humane conditionis. Rñdeo duobus modis quia homo fuerat de terra creatus. ⁊ ideo in terra ſepelitur ⁊ in terrã reuertit̃. vel dic ꝙ ille qui tradit eũ terre facit in memoꝛiam conditionis humane. ¶ Vltimo gl. inducit ad qđ nem hic in ſermonib⁹ ſtultis pꝛeſumitur ſtultus ſeu furioſus. Dicit glo. † ꝙ eodem modo pꝛeſumit̃ dñs ſi vtatur poſſeſſione: licet non vere ſit dñs qđ tenementi. Sed gl. alibi dicit cõtrarium: vt no. in. l. ij. C. de pꝛoba. ⁊. l. cum res. eo. titu. vbi dicit qđ ex poſſeſſione quis non pꝛeſumitur dominus. Sed Iaco. de are. diſtinguit plene. Sed ego dico[e] ⁊ ſum alibi ſolitus



diſtinguere ſi queratur vtrum dum quis poſſideat tanq̃ʒ dominus pꝛeſumatur dñs. Diſtingue aut dominium deducit in iudicium per modũ actionis: aut per modum exceptionis. Pꝛimo caſu aut p̃ncipaliter intentatur: vt in rei vendicatione in qua p̃ncipaliter venit dominium: aut incidenter quia eſt talis actus in quo venit dominium incidenter. Pꝛimo caſu dominium debet pꝛobari directo[a] de iure gentium vel ciuili vt. l. in rem. ſ. de rei vendi. et. l. ita vt ſi fur. ſ. cõmo: et ibi no. et. C. de non numera. pecu. l. j. et quod ibi no. fallit quando agitur contra eum q̃ violenter accepit. vt. l. ſi quis emp. ver. ſed hec contra ſuper illis. C. de pꝛeſcrip. xxx. anno. Secundo caſu quãdo dominium in iudicium inducitur incidẽter: ⁊ tũc aut quis ad pꝛobationem dominij inducit poſſeſſionem de pꝛeſenti et pꝛeſumitur dominus.[b] Ita hic intelligitur glo. et expꝛeſſe no. in. l. ſicut. §. ſed ſi querat̃. ſ. ſi ſer. ven. et eſt tex. cum glo. ſ. fa. erc. l. j. et facit qđ no. per Cy. C. que ſit long. conſue. l. ij. in. iiij. q. pꝛin. in fi. ñ. q. Nec ob. ſ. ad. l. aquil. l. item mella. §. pe. vbi dominium venit in iudicio incidenter: et tamen bonefidei poſſeſſoꝛ non habetur pꝛo domino: q: ibi conſtabat contrarium: ſcilicet eum non eſſe dñm: et ſic pꝛedicta intelligo niſi cõtrarium appareat. Aut ad pꝛobationem dominij inducitur poſſeſſio de pꝛeterito. et iſto caſu poſſeſſio nõ facit quem pꝛeſumi dominũ. vt. l. et que nondum ſunt. §. quod dicitur. ſ. de pigno. et not. per glo. in. l. ñ. C. de pꝛoba. facit quod ſolet dici p̃ doc. in. l. cum res. C. eo. ti. et quod ſolet notari per doc. inſti. de ac. §. item ſeruiana. Si vero dominium deducitur in iudicium per modum exceptiõis: ⁊ tũc aut poſt fundatam intentionem actoꝛis et non pꝛeſumitur dominus vt. C. de pꝛobatio. l. ſiue poſſidetis: aut ante intentionem actoꝛis fundatam: et tunc pꝛeſumitur dominus vt. l. ob maritoꝛum. et ibi glo. C. ne vxoꝛ pꝛo ma. et. l. j. quod ibi no. C. de pꝛiu. fiſ. facit infra de ſol. l. titia et ibi tetigi. Ad pꝛedicta etiam facit C. de ag. et cenſi. l. litibus. libꝛ. xj. et ſic debet intelligi quod no. in. d. l. cum res. C. de pꝛoba. et. l. iiij. eo. titu. facit † ad hoc quedam glo. que videtur velle qđ etiã fama quandoq; ſufficit ad pꝛobationem dominij vt no. in. d. l. iiij. C. de pꝛoba. et. l. at qui natura. §. cuʒ me. ſ. de nego. geſt.

# Quem teſtamento.

Sed quero an ſine effectu cogitauerat. Gloſſ. dubitat. veritas eſt quod ſine effectu cogitauerit, vt Azo dicit in lege diuus. C. de iure codicil. et inſti. de codicil. §. fi.

1 ☞ Filius inſtitutus ſub conditione que non poteſt vltimo vite ſpiritu impleri ꝙ non debeat in eius defectum exheredari.
2 Pꝛoximioꝛ vt quis dicatur quod tempus inſpiciat̃.
3 Filius an poſſit poſt moꝛtem exheredari.
4 Quando nepotes admittunt̃ in actu moꝛiẽdi an acquirant patri ipſoꝛum.
5 Vtrum inter moꝛtem et aditionẽ in ſuo ſit dare medium.
6 Inſtitutio facta de filio ſi intrauerit monaſteriũ an valeat.

# Si filius.

Filio inſtituto ſub cõditione poteſtatiua que non poteſt impleri vltimo vite ſpiritu decedente anteq̃ʒ impleat cõditionem fit locus ſubſtituto vel venientibus ab inteſtato ipſo viuo. ſecus ſi in ea conditione que vltimo vite ſpiritu poteſt impleri: quia tunc ipſo moꝛtuo admittunt̃. hoc dicit. Et diuiditur. Pꝛimo ponit thema et queſtionem. Secundo queſtionem auget ponendo dubium bimembꝛe. Tertio reſpondet pꝛimo dubio et illud pꝛobat per ſimile. Quarto reſpondet ſecundo dubio. Quinto ponit vnum caſum ſimilem pꝛime reſponſioni. ſecunda ibi cum non ſufficit. tertia ibi: nam ſuperioꝛ. quarta ibi altera vero. quinta ibi quemadmodũ et iſta eſt valde difficilis lex. ¶ In tex. heres erit. ſcilicet inſtitut⁹. ibi ſubſtituatur. ſcilicet vulgariter et ſi filius decedat anteq̃ʒ pareat cõditioni. queritur an nepos admittatur eo moꝛtuo vel eo viuo. ¶ In tex. ibi quemadmodum ⁊c. ideſt ſicut nepotes viuo filio. ⁊ in actu moꝛtis exiſtente admittãtur ad hereditatem aui in pꝛimo caſu. et ita hic ⁊ ita hec dictio quemadmodũ non ad pꝛoxima ſed ad pꝛecedẽtia refertur ſecundum Dyn. Dicitur hic qđ nepotes admittuntur filio viuo cõditione defecta. opponitur filius illo caſu reperitur pꝛeteritus et ſic teſtamentum eſt nullum. vt. l. cõmodiſſime. ſupꝛa de libe. et poſthu. et. l. penul. eodẽ titu. Dicũt quidã † ꝙ filius qui inſtituitur ſub cõditione q̃ non poteſt impleri vltimo vite ſpiritu: debet in eius defectũ exheredari. hoc eſt cõtra caſum l. ſi libert⁹. §. exiſtimo. de bo. lib. ⁊ not. per doc. in. l. ſi pater. C. eo. ad contrariuʒ reſponde qđ imputet ſibi filius q̃ conditionem non impleuit. vt. l. ſuus quoq;. de her. inſti. Dicitur hic ꝙ legatum cedit eo moꝛiente et trãſit ad heredem. Cõtra. in. l. miles. §. pꝛo parte. j. de leg. ij. Solu. vt ibi dicam. et facit ad hoc ꝙ habuiſtis in. l. vlti. j. qñ di. le. ce. et. l. ab omnibus. §. cum quidam de leg. j. ¶ Item dicitur hic in verſic. altera. ꝙ nepotes erant legitimi. Cõtra † ille eſt legitim⁹ qui eſt pꝛoximioꝛ tempoꝛe moꝛtis. vt. §. cũ aũt. inſti. de here. que ab inteſt. ſed hi nepotes nõ erant legitimi tempoꝛe moꝛtis. Gloſſ. reſpondet quando quis decedit nullo condito teſtamento: tunc inſpicitur quis eſt pꝛoximioꝛ tempoꝛe moꝛtis: ſʒ ſi decedat condito teſtamento tunc ille pꝛoximioꝛ dr̃: qui eſt ꝑximioꝛ tp̃e quo teſtm̃ deſtituit̃. vt hic not. et ꝑbatur inſti. đ legi. agna. ſuc. paragrapho pꝛoxi. et habuiſtis in lege ſi quis poſthumos. paragrapho ſi filium. ſupꝛa de libe. et poſthu. Sed pꝛimum mem

a ¶ Pꝛobari directo. ⁊ vid̃ circa hãc materiam dom. abb. in. c. cũ ad ſedẽ đ reſt. ſpo. in. vj. charta. et plus dicit in. d. c. allegãs. d. Inno. in c. illud. de pꝛeſcri. vcʒ ꝙ ſi teſtes deponerẽt ꝙ talis a tãto tp̃e, cõtra poſſedit talẽ rẽ ꝓ ſua et tãq̃ʒ ſuam. ꝙ non pꝛopter h̃ pꝛobat̃ dñiuʒ de quo ẽt dixi in. l. cũ res. C. đ ꝓbatio.

b ¶ Pꝛeſumitur dñs. vide in. l. apđ trebatiũ. §. neq; et ibi dixi de aq̃ plu. arcen.

bum qñ decedit inteſtatus intellige q̄ ille intelligitur proximus qui eſt proximior tēpore mortis vel cū hereditas defertur. vt ſi aliquis deceſſit relicta vxore pregnante inſpicitur quis eſt proximior tempore quo partus naſcitur abortiuus: vt. ſ. de ſuis et leg. l. inteſtato. §. peñ. et. l. item. §. primo. quod maxime eſt verum. vt inſti. de legi. agna. ſuc. §. placebat. ¶ Op
3 po. † dicitur hic quod valet exheredatio quando heres eſt inſtitutus cum filius morietur. Cōtra hoc eſt expreſſum in. l. ſi ita. §. finali. ſupra de libe. et poſthu. Huius contrarij timore iſte verſic. quemadmodum. legitur tribus modis principaliter. Primo ſic quod tex. non dicat. quod teſtamentum valeat imo quod non valeat: et hoc caſu teſtamentum deſtituitur. id eſt non valet et ſic refertur ad proximum: et ſic ſicut ſupra deſtituit̄ ſic hic licet non eodem modo nec eodem tempore. vt in glo. ¶ Alia lectu. principalis eſt q̄ valet teſtamentum. Ad contrarium reſpondet gl. quod hic habebat alium coheredem extraneum pure inſtitutum: cuius aditione poterat confirmari exheredatio et fuit confirmata: ſed in lege cōtraria nō
5 habebat coheredem. hec ſolu. eſt vera in ſe licet contineat diuinationem: ſed eam ſuſtinendo inſtatur ſecundum hoc quomodo teſtamentum deſtituitur. vt innuitur in litera. quemadmodum. ꝛc. Gloſſ. reſpondet: deſtituitur. id eſt irreuocabiliter firmatur morte filij: quia amodo non habet locum querela. vel dic deſtituitur. id eſt. annullatur viuo filio et querela intentata: vt tangitur in fine gloſſ. Alij dicunt in lege contra. dicitur quod filius non poteſt exheredari poſt mortem. hoc eſt verū ſi filius inſtituatur ſub conditione caſuali. ſecus ſi ſub poteſtatiua. et in eius defectum exheredatur: quia tunc poteſt exheredari poſt mortem: vide gloſſ. ibi vel dic: ꝛ cetera. Iſta ſolu. eſt falſa contra text. l. ſuus quoq̄. paragrapho ſed et ſi filio. ſupra de heredi. inſtitu. vbi text. dicit quod filius non poteſt exheredari in defectum conditiōis mixte vel poteſtatiue. quare dic quod ver. quemadmodum refertur ad primum caſum non ad proximū ſecundum Dyn. et ſic ceſſat cōtrarium. ſcilicet quod ſi filius exheredetur et alius inſtituitur cum fili⁹ morietur: non dico poſt mortem: et tunc valet exheredatio: quia filio viuente et in actu mortis exiſtente ille poteſt adire: nec vitiatur teſtamentum in vita. Nec ob. l. ſi ita. quia ibi poſt mortem filij fuit alius inſtitutus hic cum morietur ſecundum Iaco. de are. Et ex hoc habes tria membra: quia quando quis exheredatur et alius inſtituitur poſt mortem eius: et tunc aut habet coheredē et tunc valet vt hic. ſm vnā lec. aut nō habet coheredē et tunc nō valet. vt. l. ſi ita. in fi. aut filius exheredatur ꝛ alius inſtituitur cū filius morietur: non dico poſt mortē: tunc valet exheredatio et viuo filio et in actu moriendi exiſtente admittitur heres inſtitutus: poſt mortem vero non poſſet
4 adire vt hic dicit̄. ¶ Sed quero ſi† admittunt̄ nepotes cū eſt in actu moriendi an querant ipſi filio patri eorū: et ſic poſt ex perſona eius habeāt: an vero ipſi nepotes habeant iure ſuo. Glo. arguit pro et cōtra vide gloſſ. que incipit ſubſtitutus ibi ſed an ꝛc. Ia. de are. tenet q̄ nepotes in actu moriendi nō querunt patri per. l. ſi iſſi. C. de bo. que lib. allegatā in gl. Ego puto contrariū ad quid eñ eſſet facta diſputatio in hac. l. an viuo filio vel eo mortuo nepotes admittantur. quare puto q̄ querant filio et ex perſona filij habeāt. Rñdeo ad. l. fin. in fi. C. de bo. que lib. qa dico ibi loquitur in vſufructu qui nullius eſt cū incontinenti recedere ſperatur quod eſſet in eo qui incōtinenti debet mori. hic loquitur in proprietate que affert vtilitatem ei qui incontinenti debet mori: quia tranſmiſit ad heredes ſuos. hoc probat tert. in lege ij. in fin. et. l. ſeq. infra quando dies lega. ce. Sed tūc inſtatur: filiusfa. non poteſt acquirere hereditatem niſi iuſſu patris: vt. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. infra de acqui. heredi. ſed filius dum eſt in actu moriendi non poteſt iubere. ergo non eſſet poſſibile q̄ iſtis nepotibus queratur hereditas in vita filij. Reſpondeo dico q̄ filius eſt ſu⁹ heres aui nec requiritur iuſſus et filius efficitur heres patri ſuo per mediā perſonam nepotis velit nolit: et eſt neceſſari⁹ heres. vt l. filius patroni. ſ. de bo. libe. et infra de acquir. here. l. qui in aliena. §. interdum. ¶ Et ſi tu dicis an per ſe vel per alium titius fuerit heres ad quid pdeſt. Re-
5 ſpondeo ad multa. ¶ Et ſecundum hoc† q̄ro vtrū inter mortem et aditionē in ſuo herede ſit dare medium. Iſtam queſtionem format Dynus in. l. nā nec emancipatus. ſ. de le. j. et gloſ. ſunt contrarie. nam in l. ſi alienum. §. in extraneis. de heredi. inſtit. dicit q̄ non eſt dare medium. contrariū notatur in. l. iulian⁹ ſ. de condi. et demon. et hic videt̄ caſus q̄ inter mortem et aditionem in ſuo herede eſt medium. nā hic nepos eſt heres ſuus patri nō ſtatim ſed qñ pat morietur. Itē videtur tex. ad hl. l. j. §. ſi pater. et ibi tetigi. in contrariū videtur tex. in. l. ſi poſt mortē. ſ. de lega. j. et. l. queſitum. §. preſenti. eo. titu. ¶ Aduerte. habes diſtinguere quatuor caſ⁹. Aut q̄ris de ſucceſſione ex teſtamento aut ab inteſtato. Primo caſu aut filius eſt inſtitutus pure: et inter mortē et aditionem nō eſt dare mediū. ita loquitur glo. in. l. ſi alienum. et tex. in. l. ſi poſt mortē. §. j. et. l. queſitum. §. preſenti. ſ. de leg. j. et. l. ſi quis omiſ. cau. teſt. l. j. §. qui ſunt in poteſtate. et alia glo. ſ. ad. l. fal. l. ſi creditor. Aut eſt inſtitutus ſub conditione et poteſt eſſe mediū inter mortem et aditionem vt. l. in conditionibus. ſ. de condi. et demon. et hic: ſed ſi loqueris de ſucceſſione ab inteſtato: et tunc aut nullū eſt conditū teſtamētū: ꝛ nō eſt dare mediū. vt in. §. ſui. inſti. de hef. quali. ꝛ diffe. q̄ intellige. ſ. q̄ nō eſt mediū. an ſit heres in certa parte: ſed in alia parte poteſt eſſe mediū. pone q̄ deceſſit vxore pregnante. antequā eñ partus ſit in ventre formatus filius iam natus nō eſt heres: niſi pro quarta: q̄ plures pñt creari. Aut eſt iā creat⁹ part⁹ ita quodāmodo per naturam plures creari non pñt: et tūc eſt heres ſm veritatē: q̄ ſi vn⁹ eſt cōcept⁹ eſt heres pro dimidia. vt. l. ſū quidā. §. ſuum. de acquir. here. vnde in illa parte eſt mediū illud tēpus q̄ pēdet an partus formet̄. Itē ſi poſt cōceptū moritur partus in ventre erit heres in totum: et ſic fuit medium in illa parte. Idem ſi fuerunt duo fratres quorum vnus poſtea abſtinuit: ꝛ hoc verū de iure cōi: ſz per reſcriptum poſſet poſt mortem effici ſuus: et dixi in. l. gallus. §. et quid ſi tantum. ſ. de libe. et poſth. et ibi tangitur per gloſſ. Aut aliquod eſt teſtm̄ et tunc poteſt eſſe medium: q̄ ille eſt ſuus heres qui eſt proximior tp̄e quo teſtm̄ deſtituitur: vt hic. et. l. ſi filius



qui patri. ſ. tit. proxi. ꝛ hoc habito reſpectu ad ius ci a uile: ſed ſm ius pretorium ſm q̄ filius pōt abſtinere non eſt dubiū: q̄ eſt dare mediū: vt. l. nam nec emancipatus. ſ. de leg. j. Et hūc reſpectū certe habuit glo. in. l. iulianus noſter. ſ. de condi. ꝛ demon. tamē ſecuta aditione videtur a tp̄e mortis fuiſſe heres poſtq̄ nō abſtinuit. vt. l. j. §. qui ſunt in ptāte. ſi q̄s omiſ. cau. a teſt. Et predicta vera ſi q̄ratur de medio tp̄is: ſed de medio perſone ſecus etiā quo quis eſſet ſuus per
1 mediā perſonā alterius vt. ſ. de acquiren. heredi. l. ſi b
6 quis in aliena. §. interdū. ¶ Sed† quero pater inſti 2 tuit filiū ſub cōditione ſi monaſterium intrauerit an poteſt inſtitui ſub tali conditione. Et videtur quod ſic: quia eſt poteſtatiua ꝛ ſic valet vt hic. ꝛ. l. ſu⁹ quoq̄. Dy. tenet contrarium quia non ſufficit q̄ ſit pote 3 ſtatiua ſolum: ſed oportet quod ſit facilis: vt hic: ꝛ. l. ſuus quoq̄. ſecus ſi ſit difficilis: vt. l. hec conditio. ſ. de condi. ꝛ demonſtra. l. ij. eo. tit. ꝛ quod ingredi monaſterium ſit difficile allegat Dy. in auten. de monachis. §. j. col. ij.

¶ De iure deliberandi. Rubrica.

1 Seruo non datur tempus ad deliberandum licet poſſit nolle adire.
2 Patri ꝛ filio ſimul datur tempus ad deliberādum.
3 Monachus inſtitutus equiparatur ſeruo in tēpore ad deliberandum.

1 SI ſeruus. Opp. † ꝛ videtur q̄ ſeruus debeat habere tempus ad deliberandū: 5 quia ipſe poteſt non adire: vt. l. cū c proponas. C. de heredi. inſtituen. Sol. ſeruus non poteſt adire nec repudiare. Adire non niſi precedat iuſſus. vt. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ſ. de acq d ren. here. Itē repudiare nō pōt. vt. l. j. §. per ſeruum. ſ. de ſuc. edic. ſed pōt nolle adire: ſed propter hoc nō
2 datur tp̄s ad deliberandū. ¶ Quero† quid in filiofa. Credo q̄ dz dari patri ꝛ filio ſimul quia neuter ſine altero pōt repudiare: vt. l. is qui heres. §. fi. ꝛ. l. ſe. ſ. tit. ij. ſed aliud in ſeruo q̄ ſolus poteſt repudiare: vt. l. j. §. per ſeruum. ſ. de ſucceſ. edic. dixi in. l. legatū.
3 in. ſ. char. ſ. de lega. j. ¶ Quero† quid in monacho inſtituto vel ſuccedente ab inteſtato: an equiparabim⁹ ſeruo vel filio. Effectus eſt magnus quia ſi filius repudiat pater poteſt adire: vt. l. ſi. §. vbi autem. C. de bo. que libe. ſecus in ſeruo. de hoc ſcribo in materia vulgaris ſubſtitutionis tamen in hoc puto q̄ equiparetur ſeruo cum non ſit ſpes quod ſibi facto ſui iuris poſſit queri.

1 Tempus vbi non datur certum eſt arbitrariū. b
2 Heredi nō legatario datur tēpus ad deliberandū.
3 Fideicommiſſarius vniuerſalis q̄ habeat tempus ad deliberandum. c
4 Fideicommiſſarius vniuerſalis poteſt facere inuentarium ex perſona ſua. d
5 Quantum tempus detur citato ad reſpondendum an vel ꝛ eſſe heres.
6 Si iudex dat ſecundam dilationem cauſa non cognita factum in ea quando teneat.

Andre. Poma. ¶ Ait pretor. ad iſtum text. vide Alexan. conſi. xvij. in. j. colum. in. iiij. vol. ꝛ adde multos caſus in quibus ſtatur arbitrio iudicis vt p̄ barba. conſi. xx. in fi. in penul. col. in. ij. volu. Item ſtatur arbitrio iudicis an aliquid ſit iniquum vel ver⁹. Ita Ioan. cal. ſ. c. quoniā cōtra de p̄ba. itē ſtat̄ arbitrio iudicis an amicus poſſit teſtari p̄ amico. ita Sal. in l. eos. C. de teſt. adde Barb. cōſilio. lj. in ij. colum. ſ. volu. item ſtatur arbitrio iudicis an aliq̄ dicātur vicini. Alex. in. l. iiij. §. ſed cum vicinū. ff. de dam. infec. item ſtatur arbitrio iudicis an iniuria ſit grauis vel leuis ſ̄m Bal. in auten. ſi dicitur. C. de teſt. itē ſtatur iudicis arbitrio an conſtitutio ſit rationabilis vel non vt dicit glo. in. c. j. de conſtit. adde etiam alium caſum per Barto. in. l. ſi conſtate. in. iiij. col. ff. ſol. mat. ꝛ tale arbitrium imponitur ſm quod in ſimilibus eſſet conſuetū vt dicit glo. in. l. dd ergo. §. pena grauior. vbi Bar. in. iij. col. ff. de his qui not. infa. ꝛ tale arbitriū in penis extenditur viſq̄ ad mortem ſm glo. in. §. in ſumma. inſtit. de iniurijs. ꝛ de qua gloſ. vide tote Feli. in. c. in literis. columna. x. de conſtitu.

Ait pretor. a Nota † text. hic dum dicit tēpus ꝛc. quod vbi tempus non dicitur certum: relinquitur arbitrio iudicis. b
¶ † Quero cui datur tempus ad deliberandum. Dicit glo. q̄ heredi non legatario cum damnum non contineat. vt. l. ſi hereditatem. ſ. mandati. j
¶ † Quid in fideicommiſſario vniuerſali. Ex ratione gloſſe videtur q̄ debeat habere tempus ad deliberandū quia cōmodū ꝛ incommodum habet vt habetis inſtit. de fideicom. hered.
4 §. ſi quis. ¶ Et ex† hoc concluditur ad queſtionem vtrum fideicommiſſarius vniuerſalis poſſit ex ſua perſona inuentarium facere. Et dixi quod ſic: quia inuentarium fit ad hoc vt ceſſet deliberatio: vt. l. fina. §. ij. C. de iure deliberan. ſed deliberatio cadit non ſolum in heredem: ſed etiā in fideicommiſſarium ergo ꝛc. ita dixi in. l. in ratione. §. q̄ vulgo ad. l. fal. ꝛ in ſpec. de inſtru. edit. §. edicto. verſi. quid ſi heres non fecerit. ¶ Quero† tota c die citantur heredes inſtituti vel venientes ab inteſtato: ꝛ iudex ſtatuit terminum intra quem debeāt rñdere an velint eſſe heredes vel non. quero quantum tempus⁹ debeat dari. Habes in l. itaq̄. tex. no. q̄ debet dari ad min⁹ tempus centū dierū. ꝛ expreſſius in. l. j. §. largius. de ſucceſ. edic. ꝛ ex hoc reprobaui gloſſ. ſ. de hered b. inſtitu. l. ſi quis inſtituatur. ſed hoc examinat

¶ Arbitrio iudicis. ꝛ vide. d. Abb. in. c. nonnulli. de reſcrip. vbi in non diſpoſitis a iure committitur arbitrio iudicis.
Andre. Poma. ¶ Quero tota. vide Iaſ. in rubr. de ſuc. edicto. in. iij. col.
¶ Quantum tempus. adde tu q̄ Bal. poſt Ia. but. in rubr. de ſuc. edic. ꝛ idem Bal. ꝛ Pau. de ca. hic tenent q̄ iſtud tempus erit arbitrarium. ꝛ hanc opin. dicit d. Alexā. de Imo. magis cōmunem in cōſi. ſuo iiij col. iij. in fi. in. ij. volu.

laſius per glo.ſ.de acqui.her.l.quan
6 diu.⁊ ibi dicā. ¶ Itē † quero dicit hic ꝙ ſcōa dilatio dꝫ dari cauſa cognita: hoc facit ad materiā.l. in pecuniarijs ſ.de ferijs. Sed querit gloſſ.ſi iudex dedit dilationem ſine cauſe cognitione vtrum ſit ipſo iure nullum: quod ſub illa dilatione fit: an vero annulletur per appellationem ab interlocutoria de iure canonico; vel per appellationē a diffinitiua de iure ciuili. Rñ. vt dixi in.l.ij.de re iudi.

1 ☞ Creditoribus hereditarijs ꝑ heredem ꝙ fiat copia inſtrumentorum ad fundandā replicationē ⁊ ſic actori eduntur per reum inſtrumēta ad fundandam replicationem.
2 Remedium vt edantur inſtrumenta heredi per creditores: ſcilicet vt fiat proclama.
3 Notarius debet dare copiam inſtrumenti in quo habeo obligatū nomen debitoris.

Andreas Pomate.
a ¶ So. hāc ſol. ſequit Pano. in c. edocerī. in iij. col. ver. nō obſt. de reſcrip.

ARiſto ſcribit. Opp. ꝙ qs nō debeat edere inſtrumenta aduerſario. vt in.l.is apud quē. C.de edē. ⁊.l.j.ſ⁊.l. q̄ accuſare.e.tit. ſed hic cogit qs edere inſtrumenta creditoribus. ¶ Sol.
1 dicit † gl. hic loq̄tur ante aditā hereditatem. quo caſu fit copia creditorꝰ hereditarijs: ſed poſt aditionē nō fit copia: quia creditores incipiūt habere aduerſarium: ⁊ hoc non ad fundandam intentionem: ſed ad fundandā replicationem ſic: vt.l.fi.C.de eden. lꝫ ibi de hoc ſint opiniones. ⁊ eſt caſus in.l.pe.§.fin ad.l.fal. ¶ Quero hic fit
2 † copia inſtrumentorū heredi. de qbꝰ inſtrumentis loquitur. Rñdeo de hereditarijs vt.l.ariſto.de acquir.hereditate: vel etiam de inſtrumentis exiſtentibus penes creditores hereditarios ſm quoſdā: vt gl. dicit ꝙ fiet ſic: q: iudex faciat ꝓclamari ꝙ quicunqꝫ hꝫ inſtrumēta hereditaria vel dꝫ aliqua habere ab hereditate oſtendat ſ. talē diē alias ſibi preiudicat vt eſt tex.in.l.j.§.cū dicitur.ſ.ſi cui pluſqꝫ ꝑ l.falci.facit optime.ſ.de acqui.here.l.
3 ariſto. ¶ Ultimo hec lex ꝓbat † vnū vcꝫ ego creditor habeo obligata oīa bona mei debitoris; ⁊ volo quod notarius det mihi inſtrumētum in quo continetur nomen debitoris mei dico quod debet dare copiam: vt hic ⁊.l.fina.ſ.de bo.aut.iudi.poſſ.

Si maior. In tex. ibi ſine preiudicio. ſcilicet aditionis: adeo preſumendū eſt ꝙ ꝑ hoc nō videtur adire ſm Dy. ¶ No. ꝙ pendente dilatione permittatur heredi vēdere res hereditarias. Cōtra.ſ.eod.l.ait pretor. vbi videtur ſpeciale in pupillo non in maiore quod venditio impediatur. Solu. vt ibi dicam.

1 ☞ Qui non poteſt alienare quando poterit actiones exercere.
2 Deliberans adire quando poſſit pendente deliberatione ad adeundum alienare.

AIt pretor. Not. tex. ibi eſt enim abſurdum ⁊c. dicitur hic ꝙ ille qui non poteſt alienare nō poteſt actiones exercere. ¶ Contra de.l.ꝓcurator to-
1 torū.ſ.de procu.ſol. † fateor in eo qui non poteſt alienare ſuo nomine: ſed in eo qui nō poteſt alienare nomine alterius non ſequitur. ergo non poteſt actiōes intentare nomine illius: quia poteſt habere mandatum ad agendum non ad alienandum. Ad quod facit text. et gloſ. in.l. eius eſt nolle.ſ.de reg.iur. ¶ Itē oppo.de.l.ariſto.§.ſi maior.ſ.eo.tit. vbi indiſtincte in perſona cuiuſlibet deliberantis non admittit alie
a natio niſi cauſa cognita. So.[a] ibi loquitur in magna hereditate: hic in parua. Preterea hic pōt diminui
2 cauſa veſcēdi pupillū: ibi nō. ita dicit glo. tu † autem aduerte qualiter iſte leges procedant: quia ſi maior deliberet de adeunda hereditate. ipſe deliberās nō poteſt alienare deliberatione pendente niſi cauſa cognita: vt.l.ariſto.§.j.ſ.eod. ſed ſi eſſet datus curator bonis ipſe vel alius tunc poteſt alienare ex cauſa ſine decreto iudicis res tēpore perituras vt.l. ſi quis inſtituatur.§.fi.⁊.l.ſeq.ſ.de here.inſtitu. ſed ſi pupillus deliberat etiam curator datus bonis non poſſet alienare aliquas res etiam tempore perituras niſi cauſa cognita: ⁊ idem puto in qualibet perſona infirma niſi cauſa cognita. hic eſt caſus in.l. ſi quis inſtituatur.§.fina.ſ.de here.inſti. ⁊ ideo hic dicit pretor diminui vetabo. ⁊ ſic loquitur imperſonaliter a quocūqꝫ ſed in.l.ariſto.§.ſi maior loquitur perſonaliter: ſcilicet de perſona eius qui deliberat.

1 ☞ Maior ꝙ poſſit reſtitui de eo quod geſſit intra quadriennium quod datur ad reſtitutionē et eſt ſingulare.
2 Subſtitutus vel legitimus adeundo hereditatē ꝙ non excludit ſuum ab hereditate paterna.
3 Diſpoſitio huius legis quod habeat locum etiā in nepote.
4 An hec lex habeat locum in filio emancipato.
5 Filiꝰ qui repudiauit hereditatem maternā an poſſit penitere.
6 Qui ſemper tacuit intra quantum tempus poſſit adire.
7 Ille qui repudiauit volens adire qñ audiatur imperpetuum ſiue ſuus ſiue extraneus.
8 Si quis dixit nolo repudiare vel ꝙ hereditas ſibi nō expedit qñ inducatur repudiatio. ⁊ nu.11.
9 Repudiatio an inducatur dicendo nolo adire.
10 Repudiare an videatur ille cui eſt ſtatutum certum tempus ad adeundum vel repudiandū: ⁊ nihil facit.

SI quis ſuus. Nota notabilem.l.⁊ menti tenendā: ⁊ cōcordat.l.fina.C.de repu.here. ¶ Oppont. de illa.l.fina.C.de re.here. hic dicitur quod



permittitur poſt repudiationē. Cōtra. imo intra triēnium: vt.l.cōtraria. Solu. intellige iſtam ſm illam vt poſſit adire intra triēnium cōputandū a tēpore repudiationis ſi fuit maior. vel intra triēnium computan
1 dum a tempore vtilis anni ſi fuit minor: et ſic eſt † caſus ſingularis quod poteſt reſtitui minor de eo qꝺ geſſit intra quadriennium quod datur ad reſtitutionem quod eſt ibi ſpeciale: ſed regulariter contra regulariter: vt.l.doli mali.§.diuerſum. infra de noua. ¶ Item oppo. de.l.ij.ſ.de iur.et fac.igno. vbi poſt repudiationem non poteſt adire. Quidam dicūt qꝺ ibi tacendo hic expreſſe repudiando. Alij dicūt ecō
2 tra. vide glo. ibi. vel † verius ibi erat ſubſtitutus vel legitimus qui adijt vnde filius excluditur ab hereditate materna: vt.ſ.ad tertul.l.filij.§.primo. ſuū autē heredem adeundo ab hereditate paterna nō excluderet intra dicta tempora. ita loquitur hic ſm Iaco. de areti. et ſecundum hoc hic loquitur de hereditate paterna: ibi de hereditate materna. et hec eſt ve-
3 ra ſol. ¶ Quero ergo † et reuoco in dubium vtrum hoc habeat locū in quolibet ſuo tam in filio qꝫ in nepote. Dic vt.l.finali.de repu.here. que loquitur tātū de hereditate paterna: ſed iſta lex loquitur in quolibet ſuo: ⁊ ſic intelligo: et ita ſentit gl.in.l.nonnunqꝫ.ſ. de col.bon.et.l.iuſta interpretatione. circa finem. infra de verbo.ſigni. vbi patris appellatio intelligitur de auo. ſic.l.fina. que loquitur de hereditate pater-
4 na intelligam de auita. ¶ Quero: † quid de emancipato? glo. hic et in lege finali de repu.here. dicit idē quod in ſuo per.l.nōnunqꝫ.infra de col.bono. Solu. l.nonnunqꝫ non loquitur de repudiante: ſed nolente conferre. Eſt ergo dicendum de filio emācipato qꝺ dicam de filio repudiante hereditatem maternam vt probatur expreſſe. C.de iur.et fac.igno.l.ij.et.iij.⁊ ibi no. et dixi in dicta lege nōnunqꝫ. lꝫ q̄dā dicāt idē in filio emancipato quod ſuo per.l.pro herede.§. papini.de acquiren.here. que lex modicum facit: vt ibi
5 videbitis. ¶ Quid in hereditate † materna? vtrum poſſe penitere: ſi repudiauit? Gloſſ. quod ſic in lege finali de repu.heredi.per.l.filij.§.primo.ad treb. aduerte.l.filij.§.primo.non loquitur in repudiante ſed in eo qui dicit nolo adire. nam ille qui deliberat poteſt dicere nolo adire: ideo non preſumitur repudiare dicēdo nolo eſſe heres: niſi ſit elapſus annꝰ poſtqꝫ dixiſſet: vt dicta lege filij.§.primo. ſed ſi repudiaſſet nūqꝫ poſt poſſet adire. vt.d.l.ij.et.iij.C.de iuris ⁊ fac. igno.et.l.ſicut.C.de repu.here. circa qꝺ dic vt dixi in
6 lege filij.§.primo.ad tertullia. ¶ Quero † intra quā
a tum tempus[a] poſſet adire ille cui ſemper tacuit. Reſpondeo vſqꝫ ad.xxx.annos ſi viuit: ſed ſi deceſſit intra annum tranſmittit ius deliberandi. alias ſecus: vt.l.quoniā ſororē et ibi no.et.l.cum antiquioribꝰ.C. de iure deliberandi. de cuius iuris deliberandi trāſmiſſiōe plene dicam infra de rebus dub.l.qui duos
7 in principio. ¶ Sed quero: † vtrum ille qui repudiauit: audiatur imperpetuum: volens adire in ſuo? dic vt hic. et.l.finali.C.de repu.heredi. in extraneo ſi eſt maior nō auditur. vt.l.ſicut.C.de rep.here. beneficio fideicōmiſſarij poteſt cogi. vt.l.nam qꝺ.§.fi.ſ.ad trebellia. ſi vero eſt minor: tunc debet audiri niſi bona fide ſint alienata a ſubſtituto vt lege quod ſi minor. paragrapho ſceuola. ſupra de minori. et ibi gloſſ.

8 ¶ Quero † quid ſi aliquis dixit volo repudiare vel dixit hereditatē ſibi nō expedire? Dic aut hoc ipſe dixit poſt tempus datū ſibi ad deliberandū: et tunc iſta verba inducūt repudiationē:
b vt.l.ſed ſi alio.[b] §.j.et.l.omnes qui.ſ. ad treb. Aut hoc dixit ante petitā deliberationem: et tunc iſta verba cum curſu trium menſiū inducunt repudiationem. tex. eſt no. et ſingularis in.l.fi. §.ſimiliqꝫ modo circa.j.col. cū ſua gl.
9 C.eodem titulo. ¶ Sed † quid ſi dixit nolo adire? Dico quod in illo qui dicit nolle ſe adire cum curſu anni inducit repudiatio: vt.l.filij.§.primo infra ad tertullia. et ita tenet Cy. in.l.ſecunda. C.de iuris et fac.ignoran. licet Pe. ibi aliter dicat. facit quod no. C.vnde lib. l.qui ſe patris. vbi videtur quod idem ſit dicere nego me eſſe heredem. ⁊ nolo eſſe heres. et eſt ratio differentie inter hec et ea que dixi in precedēti queſtione: quia hec verba ſunt abnegatiua voluntatis deficientis: nec ponunt voluntatem ad aliquid tendere vt ſi dico nolo eſſe heres: non tamen dico quod habeam animum repudiandi:
a ſed magis differendi: vt no. in.d.l.ſecūda.C.de iuris et fac.igno. Idem ſi nego me heredem: vt not. in.l.qui ſe patris. ſed in queſtiōe precedenti verba ponunt aliquam voluntatem adeſſe: cum dico volo repudiare hereditatē:
b vel dixit ſibi non expedire hereditatē vel ſimilia: et ideo vel inducitur repudiatio ſtatim vel inducitur cum curſu minoris temporis: eadem ratiōe iſta verba volo adire vel puto mihi hereditatem expedire ſi proferantur poſt tempus datum ad deliberandum inducerent aditionem vt dicta lege omnes qui. ad trebellia. alias poſt lapſū
c ſpatium trium menſium. vt dicto paragrapho ſimiliqꝫ modo. quia dicta verba ponunt aliquam voluntatem: ⁊
10 iſta ſunt vtilia et ſingularia. Sed †
c quid[c] ſi pretor ſtatuit certum tempus intra qꝺ debeat adire vel repudiare: et nil facit? Dic quandoqꝫ illud tempus ſtatuitur ei qui eſt inſtitutus ſub conditione poteſtatiua vel mixta: et tunc elapſo tempore habetur pro repudiante: ſed pro adeunte non poteſt haberi cum conditio non ſit impleta: vt lege ſi quis inſtituatur ſupra de heredi.inſtitu. et in lege ſeruus. infra de bonis auto.iudi poſſ. Quandoqꝫ illud tempus ſtatuitur ei qui eſt inſtitutus pure: et tunc aut ſtatuitur ad petitionem filij exheredati qui vult intentare querelam. et dic vt lege ſcimus. paragrapho finali. C.de inoffi.

Andreas Pomate.
a ¶ Quātū tp̄s. ſeq̄tur Are. ꝯſ.cl. in fi.

Andreas Pomate.
b ¶ Sed ſi alio. vide ibi ꝑ alex. in.l.q: poterat. in ꝓncip.e.ti.

Andreas Pomate.
c ¶ Sꝫ qd. ⁊ vide per ange.et.d. meū in.d. l.ſi qs inſtituat. ſ. de here. inſti.

teſtamen. Quandoq; ſtatuitur ad pe-
titionem creditoris et tunc elapſo tp̄e
habet pro adita. vt. l. fi. §. ſ; q̄a q̄dē. ⁊
§. ſeq. C. eodē. Aut ſtatuitur ad peti-
tionem ſubſtituti: et tunc elapſo tem-
pore habetur pro repudiata: vt lege
quādiu. et ibi not. infra de acquiren.
here. et ſic iſta lex non corrigitur. l; gl.
dicat eam corrigi in dicta lege finali.
§. ſed quia quidam. et male. et ibi doc.
11 reprehendunt ipſam. ¶ Ego dixi † ꝙ
ille qui dixit hereditatem non expedi
re vel nolle adire. iſta verba non indu
cunt repudiationem niſi cū curſu cer-
ti temporis. vt ſupra dixi. hoc verum
niſi ſit compulſus adire: vel ſi patitur
ſe compelli tunc quantum ad ſuum dā
num habetur pro repudiante: et ſic
non poteſt adire: vt. l. nam quod. §. ſi
quis compulſus. et. l. ita tamē. §. ſi pa-
tronus. j. ad treb. et ibi dixi. ⁊ habetur
in lege generaliter. C. de inſti. ⁊ ſubſti.

**Si filium.** De hac mate-
ria vidiſti plene in lege ex
facto. §. ſi quis rogatus. ad
treb. et in lege generaliter. C. de inſti.
et ſubſti.

¶ Incipit liber quintus. De teſtamē
to militari. Rubrica.

¶ Querit Dyn. ſup hac rubrica quot
ſunt militis priuilegia que latius dic
in lege neq;. §. ij. j. eo. titu.

1 ☞ Stante ſtatuto q̄d in maleficijs
poſſit perueniri ad condēnationem
non obſtante vlla iuris ſolennitate dū
modo de maleficio conſtet: quod ſi te
ſtes ſunt examinati in die veneris ſan
cti quod poterit perueniri ad condem
nationem.
Clauſula non obſtante vlla iuris ſolē
nitate quid importet.
2 In probanda voluntate militis teſtā
tis debent teſtes in iudicio examina-
ri iuris ſolennitate ſeruata.

**Militibus.** Oppo. quod miles
debeat teſtari iure
communi vt. C. eo.
l. penult. Huius cō
trarij timore gloſſ.
ſoluit diſtinguendo tres caſus: vide
glo. que incipit a ſolennitate. et iſtam
legem induci ſemel ad pulchrā q̄ſtio-
a nem. Cauetur[a] ſtatuto † ciuitatis aſſi-
1 ſij quod in maleficijs poſſit perueniri
ad condemnationē non obſtante vlla
iuris ſolēnitate. dūmodo conſtet de

☙ Andreas Pomate.
a ¶ Cauet ſtatuto. et vide Bar. in cōſi. ſuo clxxij. inci. q̄ſtio eſt talis vtrū ſtatutū vbi diſputat ſtatutū aufert ſolēnitatē vtrū intelligat de ea que eſt ad bene eſſe.
☙ Andreas Pomate.
b ¶ Si miles. circa hūc tex. vide Fel. in c. ex officij. in. ix. ⁊. xij co. ꝺ pſcri. barb. cōſi. lviij. in. xiij co. i. ij. vo. Panor. cō. xciij. in. ij. co. ij. volu.
☙ Andreas Pomate.
c ¶ Qui iure. vid cor. ſing. i. ver. ſubſti. inci. vbicunq;.

maleficio. modo teſtes fuerunt examinati in die ve-
neris ſancti. queritur an poſſit perueniri ad cōdēna-
tionem. Ego fui imaginatus quid vult dicere nō ob
ſtante iuris ſolēnitate. Et reſpōdeo ꝙ tm̄ eſt dicere
quantum ad iura prima naturalia redeamus: probo
hoc. De iure naturali omnes liberi naſcebātur ⁊ po-
ſtea ſuperuenerunt bella et concupiſcentie et inde ſe
quuta ſunt matrimonia. et quidam ſunt legitimi et
quidam nō: quidam liberi et quidam ſerui: vt in auē.
quibus modis nat. efficiuntur legitimi. §. liceat. mo-
do q̄n imperator reſtituit natalibus reſtituit ad pri-
ſtinum ius non obſtante iuris obſeruatione: vt. d. §.
liceat. et in autentica quibus mo. na. efficiūtur ſui. §.
illud. modo in propoſito cū dicit nō obſtante iuris
obſeruatione: tm̄ eſt dicere quātū redeamus ad pri-
ſtina iura naturalia: ſed de iure naturali in ore duoꝝ
vel trium ſtat omne verbū: vt. c. nouit. extra de iudi.
Itē ſolēnitas feriarum eſt de iure ciuili non naturali
vt. l. oēs. la. ij. et. l. actus. C. de ferijs. que pōt per. l. tol
li etiā ſi eſſet in honorē dei inducta: vt. l. prouinciarū
preſides. C. de ferijs. et ibi dixi. Item iuramentū eſt
de iure ciuili. vt. l. iuriſiurandi. C. de teſt. dummodo
parti defenſio nō auferatur quia defenſio eſt de iure
naturali. l. vt vim. de iuſt. et iur. et. c. paſtoralis. extra
de re iudi. et in clemen. et hoc probatur in tex. vbi mi
lites poſſunt teſtari qualitercūq; volūt: quia remiſſa
eſt eis iuris ſolēnitas debet tm̄ duobus teſtib⁹ pro-
2 bari ad idē. C. fami. erc. l. fi. Sed an † q̄n iſti teſtes ex
aminabūtur in iudicio req̄ritur iuris ſolēnitas. R̄n̄.
ſic vt. l. lucius. j. eo. ibi legitimis probationibus. naꝫ
in eo quod venit expediendum per ipſum militem
eſt remiſſa ſolennitas vt hic. ſed in eo quod venit ex
pediendum per iudicem vel per heredem ſecus: vt
j. eo. l. in fraudem. §. fi.
1 ☞ Qui poteſt contrahere tanq̄ tutor et tanq̄ pri
uata perſona ſi contrahit ſimpliciter quomodo vide
tur contrahere: remiſſiue.
2 Qui poterat vt arbiter ⁊ arbitrator procedere ſi ele
git viam arbitri an poſſit redire ad aliam viam. re-
miſſiue.

b **Si miles.** [b] Illud quod ex noſtra vo
luntate dependet intelligi
mur facere eo iure quo melius facere poſ
ſum⁹. hoc dicit. ¶ Not. tex. ibi neq; eīm ⁊c.
1 Sed quid in cōtractibus vbi † quis pōt contrahere
tanq̄ tutor et tanq̄ priuata perſona et contraxit ſim
pliciter. de hac queſtione dicam in lege poſt mortē.
2 §. primo. quando ex facto tutoris. Dy. † inducit hāc
l. ad queſtionem compromiſſi in titium tanq̄ in arbi
trum et arbitratorem et elegit viam arbitri an poſ-
ſit redire ad aliam viam. Dixi in lege ſi dominium.
j. de furtis. et Spe. ponit in titu. de arbi. §. ſequitur.
verſi. quid ſi compromiſſum.

c **Si iure.** [c] Idem intelligo in auē. ex
cauſa. quod illa autētica nō
habet locum vbi teſtator facit legata ma-
gna: et nō cogitat de filijs. vel ignorat vxo
rem pregnantem probatur. j. eo. l. militis. §. miles et
probatur in auē. ex cauſa. C. de lib. prete. et. ſ. de iniu
ſto rup. et irri. teſt. l. filio preterito.
1 ☞ Sermo intelligitur ſm conditionē perſone ad
quam dirigitur. et nu. 3.



2 Iudex ex cauſa ꝙ poſſit reſeruare notario condem
nato de falſo vt poſſit inſtrumenta facere.

a **Ex militari.** [a] Sermo † debet in
1 telligi ſm conditio
nem perſone ad quam dirigitur. h. d.
¶ Not. tex. ibi nam cum oppo. ꝙ con-
demnatus de crimine capitali non poſ-
ſit facere teſtamentum: vt. l. ſi quis filio exheredato.
§. irritum. ſ. de iniuſt. teſta. Solu. intellige hoc iudi-
ce vel principe permittente in ſententia: vt. l. ſi quis
in prin. §. miles. j. de leg. iij. ⁊. j. de vetera. mi. ſuc. l. j. ⁊
no. in. l. ex militibus. C. eod. facit ad queſtionē an iu-
dex poſſit reſeruare notario cōdemnato de falſo vt
2 poſſit facere † inſtrumentū. Et videtur ꝙ ſic. docto-
res dicūt ꝙ cauſa cognita pōt: al's nō vt. l. nō pōt. j.
de furtis. ⁊ l. diuus. j. de iniu. ibi videtur caſus. Cyn.
ponit in. l. ex militibus. C. eo. ¶ Oppo. de. l. ſi quādo
C. de inofficioſo teſta. vbi debet facere de iure com-
muni. Solu. hoc ideo quia ſi cum milite loquebatur
3 intelligitur ꝙ facit de iure militari. nam † ſermo de-
bet intelligi ſm cōditionem perſone ad quam diri-
gitur vt hic ⁊. l. plenum. §. equitij. ſ. de vſu et habi. et
per Dy. in. c. ea que a iure communi. extra de re. iur.
lib. vj.

1 ☞ Hereditas patris non adita a filio ſuo exiſten
te in poteſtate an tranſmittatur ad quēlibet ſucceſſo-
rem vbi quod ſic.
2 Differentia inter extraneum ⁊ ſuum quo ad trāſmiſ-
ſionem hereditatis non adite.
3 Heres filij repudiantis ꝓpter exiſtentiā ſuitatis an
poſſit adire ꝙ filius heres repudiauit. remiſſiue.

**Si filius.** Cum. l. ſequenti. vſq; ad. §. depor-
1 tati. Quero an hereditas † patris
non adita a filio ſuo exiſtente in poteſtate tranſmit-
titur ad quemlibet ſucceſſorem vel non. Gloſſa dicit
quod tranſmittitur ad ſuos vt hic not. ⁊ dicit text. in
l. prima. C. de his qui ante aper. ta. p. l. apud hoſtes.
C. de ſuis ⁊ legiti. ⁊ videtur caſus ibi. ⁊ idem tenet in
l. ij. C. ad officia. ad extraneos non. vt not. glo. in. l. ſi
infanti. C. de iure deliberan. ⁊ idem ſentit in. l. ſi fra-
tris. eodem titulo. hoc dictum videtur contra caſum
legis noſtre. ⁊. l. hereditate. §. filius. j. de caſtren. pec.
et. l. qui duos. §. cum in bello. j. de reb. dub. et. l. luci⁹.
j. de iure fiſci. ⁊. l. apud hoſtes. de ſuis ⁊ legi. In qui-
bus. ll. videtur expreſſum ꝙ tranſmittitur ad quem-
libet: quare Mar. ſyl. ⁊ Iacob. de bel. dicunt glo. eſſe
veram niſi filius impediatur adire iuſta ignorantia
vel alio iuſto impedimento: tunc enim ad quoſcunq;
tranſmittitur. nam omnes. ll. allegate in gloſſ. viden
tur loqui vbi filius impeditur adire propter iuſtum
impedimentum. Ita tenet in autentica de triente et
ſemiſſe. §. primo. Alij doctores tenent indiſtincte q̄d
tranſmittitur ad quoſcunq; per preallega. ll. et hanc
opinionem tenent Iaco. de aret. ⁊ Pet. et vltramon-
tani. ⁊ Rich. mal. et Pet. in. l. apud hoſtes. ⁊ Ray. de
forli. et idem Rayn. de monte vbiano tenuit conſu-
lendo. hanc opinionem puto veram et ſepius ſic de
facto cōſului: et iſta diſtinctio iuſti impedimenti non
placet per. l. liber homo. §. fina. infra de ſtipu. ſer. vbi
eſt text. quod etiam ille errauit in iure: tamen exiſten
tia ſui heredis hereditatis paterne acquiſitionem
operatur. et probo hac ratione. bene-
ficium abſtinēdi fuit introductum in
fauorem filiorum vt non teneātur cre-
ditoribus non in odium ſuum: ſed ſi
hereditas non adita non tranſmitti-
tur ⁊ ſic priuaretur a lege tranſmiſſio-
ne quam habebat de iure antiquo tā
illud beneficium eſſet in eius odium
inductum quod eſſe non debet: vt. l. ſi
filius qui patri. ſ. de vulga. ⁊ pupil. et
l. apud hoſtes. C. de ſuis ⁊ legi. ibi di-
cit ſua ⁊ cetera. dices tu hoc poſſet eſ-
ſe odium filij. quid enim ſi hereditas
filij ſoluendo non eſſet? Dico quod nō
eſt odium: quia ſicut filius viuens ha-
bebat poteſtatem abſtinendi vel im-
miſcendi: ita tranſmittit vt infra titu.
primo. l. ſi quis filium. §. primo. et ibi
nota. ¶ Contra hanc opinionem fa-
cit. j. ad tertullia. l. ij. §. ſi quis ex libe-
ris. vbi videtur caſus: ſed tene ſecun-
dam lecturam poſitam in glo. ⁊ facit
contra. j. de iure deliberand. l. ſi infan
ti. vbi dicit omnes hereditates. intel-
ligas. ſ. extraneorum ⁊ eodem modo
C. de cadu. tollen. l. prima. §. in nouiſſi
mo. vbi dicit hereditates non aditas
non tranſmitti intelligas ſcilicet ex-
traneorum. ¶ Item contra hoc facit
l. prima. C. de his qui ante aper. tabu.
vbi ex ſpeciali beneficio trāſmittitur
hereditas et tamen loquitur de pater
na. Solut. illa lex loquitur de heredi-
tate aſcendentium: ⁊ etiam eorum qui
in poteſtate non habent: ⁊ inquantum
loquitur de paterna hereditate q̄ ha
bet eum in poteſtate illa. l. nullum in-
ducit ſpeciale. Item facit contra pre-
dicta. l. cum antiquioribus. C. de iure
deliberand. vbi videtur dici idem in
filio quod in extraneo quod decedēs
2 trāſmittit ius deliberādi: ſed tu † dic.
ſi filio eſt ſtatutum certum tempus
ad deliberandum: et decedit interim
eſt idem in ſuo quod in extraneo: ſed
ſi nullum tempus eſt ſtatutum tunc
remanet differentia inter ſuum et ex-
traneum: quia ſuus ad quoſcunq; et
quandocunq; trāſmittit: ſed extrane⁹
3 intra annum tantum ¶ Item † quero
b cum filius [b] repudiās remanet heres:
vtrum exiſtentia ſui heredis opera-
tur vt heres filij poſſit adire illud q̄d
ipſe filius repudiauit. Textus quod
nō in. l. prima. C. de his qui ante aper.
tabul. Iſtam materiam latius tracta-
bo. j. ad tertullianum. l. ſecunda. §. ſi
quis ex liberis.

1 ☞ Clauſula nō obſtante iuris ſolē-
nitate operatur q̄d videtur res redu-
cta ad primū ius naturale gentium.

☙ Andreas Pomate.
a ¶ Ex militari. Vide Barb. conſil. ij. in. iiij. colum. al's xiiij. in. ij. volu.
☙ Andr. po.
b ¶ Quero cū fili⁹. Vide Iaſo. in l. q̄ ſe p̄ris. co. ij. ⁊ ſeq. C. vñ libe.

2 Iuſgētiũ duplex: ⁊ qđ cadit in ſeruũ.
3 Priuilegia militum in teſtando circa formam ⁊ ſolennitatē teſtamenti ſunt nouem.
4 Priuilegia in teſtamētis militum circa perſonam teſtantis.
5 Priuilegia cōcernentia perſonam inſtituti.
6 Priuilegia militis circa ſubſtantiam diſpoſitionis.

**Neqꝫ enim.** Ad euidentiā nota qđ circa teſtamentũ ſunt multe ſolennitates: quedaꝫ circa formā teſtamēti ⁊ ipſuꝫ teſtm̄: quedā circa perſonā teſtantis: quedā circa ꝑſonā inſtituti ſeu legatarij: quedā circa ſubſtantiam diſpoſitionis. ⁊ circa quodlibet illorũ videtur diſpenſatum per illa verba poſita. ſ. eod. l. j. ſcilicet teſtentur quomodo velint: ſed hic loquitur de ſolennitate que eſt circa perſonam inſtituti qui debet eſſe capax tribus temporib⁹: vt. l. ſi alienuꝫ. §. in extraneis. de her. inſt. ⁋ Op. de ver. ſi ſeruũ: ad ꝟſi. deportati. nā in primo ver. dicitur quod nō capax poteſt inſtitui: in ſeq. non. gl. ſuper verbo fere. dicit quod verbum fere tollit contrarium. gloſſ. bene ſoluit ſed nō per hec verba: ſed ſolue per illa verba poſita. ſ. eod. l. j. per que in militibus omnis ſolennitas iuris eſt remiſſa. videtur conceſſum qđ poſſint inſtitui oēs qui ſunt capaces de iure gentiũ: ſed ſi nō ſunt capaces de iure gentiũ nec de iure ciuili: tunc nō poſſunt inſtitui. ⁊ hoc
1 tene menti: † quia facit ad illud quod dicunt ſtatuta: non obſt. iuris ſolennitate. que verba intelliguntur: q: reditur ad primum ius naturale: vt dixi ſ. eo. l. j. Et intelligas naturale: id eſt de iure gentium. Et ius gentium eſt
2 † duplex[a]. Primum qđ fuit eoipſo qđ
a gentes fuerunt: non tamen commune cum brutis: vt quod promiſſa ſoluuntur. ⁊ iſtud ius gentium adhuc eſt in ſeruis: q: naturaliter obligant̄. Qđdam eſt ius gentium quo oēs gētes vtuntur introductum vſu gentium: vt in l. j. in fi. ſ. de iuſti. ⁊ iure. ⁊ iſtud ius non cadit in ſeruũ: quia per ius gentium eſt introducta ſeruitus que impedit hoc: vt. l. manumiſſiones. ſ. de iuſti. ⁊ iure. Et ideo illa verba remiſſa omni iuris ſolennitate reducuntur ad ius gentium. non enim ad primuꝫ tantum quod fuit eoipſo quod gentes fuerũt ſed etiam ad id quod fuit introductum ex vſu gentium. vnde id quod non cadit in ſeruum non videtur remiſſum vt hic. ⁋ Ultimo videamus priuilegia militum. Dynus enumerat. ſ. eodem. ſuper rubrica. Tu vero lati⁹ et melius dic quod in teſtamento ſunt conſideranda quatuor priuilegia militum. Primo
3 ipſa forma † et ſolennitas teſtamenti. Et circa hanc videtur diſpenſatum in nouem. ⁋ Primo in numero teſtium. Secundo quia non requiruntur rogati ſecundum diſtinctionem poſitam. ſ. eodem. l. j. Tertio quod non tenetur filium inſtituere vel exheredare dumtamen facit ſcienter: vt. j. eodem. l. qui iure. et l. militis. §. miles. ⁊ C. eodem. l. ſi cum vel in vtero. et l. ſicut certi. Quarto: quia agnatiōe ſui heredis que fit per. ſ. l. velleiam non rumpitur: licet ſit preteritus: vt. j. eodem. l. idem. Quinto: quia poteſt inſtituere in codicillis: vt. l. militis codicil. in principio. j. eodem. Sexto: quia facilius teſtamentum confirmatur: vt. j. eodem. l. in fraudem. §. j. ⁊ l. militis. §. veteran⁹. Septimo: quia in ſubſtitutione pupillari non requiritur quod ſibi fiat teſtamentum: vt. l. miles ita. in fine. j. eodem. Octauo quod ad confirmationem tabu. pupillarium non requiritur aditio: vt dicta. l. miles ita. in fine. Nono: quia poteſt decedere cum duobus teſtamentis: vt. j. eodem. l. querebatur. Et circa omnia iſta diſpenſatum videtur per illa verba poſita. ſ. eodem. l. j. ſcilicet faciant teſtamentum quomodo ve-
4 lint. ⁋ Secundo eſt † conſideranda perſona teſtantis circa quam videtur diſpenſatum. Primo in damnato de crimine capitali: vt. l. ex militari. ſ. eodem. Secundo in dubitante de ſtatu ſuo vt. ſ. eodem. l. ex militari. §. ſi miles. Tertio in muto ⁊ ſurdo. vt. ſ. eodem. l. iure militari. in eo vero qui eſt ſeruus hoſtiũ: vel qui eſt pupillus non eſt diſpenſatum: vt. ſ. eodē. l. facere. et. C. eodem. l. finali. Ratio eſt: quia impedimentum ſeruitutis eſt iuris gentium. Item impedimētum diſcretionis: quod eſt in pupillo ſimiliter eſt iuriſgentium. vnde ad hoc non porrigitur diſpenſatio que inducitur per illa verba poſita. ſupra eodem
5 titulo. l. prima. ⁋ Tertio eſt conſideranda † perſona inſtituti ſeu legatarij. ⁋ Et hic eſt aduertendum quandoqꝫ quis eſt impeditus de iure communi propter defectum iuriſgentium: vt quia ſeruus: et tunc in hoc non videtur diſpenſatum cum milite: vt infra eadem. l. §. ſi ſeruum. et quod ſupra dixi. aut propter impedimentum iuris ciuilis: ⁊ tunc aut ſi eſſet diſpēſatum tolleretur ius alterius: et non intelligitur diſpenſatum: vt. j. eo. l. in fraudem. in prin. ⁊ l. dotalem. quod no. ad ea que ibi dixi. Aut non tolleretur ius alterius: ⁊ tunc intelligitur diſpenſatum in tribus. Primo: quia poteſt inſtitui ille qui alias non poteſt: vt hoc. §. deportat. Secundo: quia ſufficit quod ſit capax tempore mortis: vt hoc eodem. §. tertio quod fauore militis eſt conſtitutum quod non poſſit relinquere mulieri in qua eſt turpis ſuſpicio: vt. l. miles ita. §. mulier. ſ. eodeꝫ. ſed hoc non eſt vigore illorum verborum poſitorum. ſ. eodem. l. j. ſed ex reſcripto diui adriani. vt dicto. § mulier. ⁋ Quarto debem⁹
6 conſiderare † ipſam diſpoſitionis ſubſtantiam. aut quis eſt prohibitus diſponere ne auferat ius alterius: et tunc hec prohibitio durat etiam in milite vt. j. eodem. l. cum filius. et dicta. l. miles ita. §. mulier. aut ius alterius nō aufertur: ⁊ tunc aut ideo eſt prohibita diſpoſitio: quia contra edicta pretoris; vel

↪ Andreas Pomate.
a ⁋ Ius gētiũ eſt duplex. de veritate hui⁹ doctr. vid Iaſ. in l. j. in princip. gl. mag. ff. de acquir. poſ.



2 ¶ Secūdo quero: † quo iure eſt introducta hereditas? Uidetur quod iuregentium. nam omnes gentes iſto iure vtuntur. tranſmittunt enim hereditates ſuas ad poſteros z hoc habemus in veteri teſtamento in pluribus lo- d cis. ¶ In contrarium quod ſit de iu- 4 re ciuili romanorum tantum: eſt tex. in decretis. diſt. j. ca. ius quiritū. facit de e ver. ſig. l. lege obuenire. et. l. tutelas.

in princip. de cap. dimi. et quod nota. infra eodem lege tertia. z. C. de acqui. poſſeſ. l. prima. z hoc apparet: quia deportati qui non ſunt capaces eorum q̄ ſunt iuris ciuilis non ſunt capaces hereditatis: vt lege prima. C. de heredi. inſtit. et iſtud eſt verum quod hereditas dicto modo ſumpta ſcz ius quoddam quod ſuccedit in omnibus bonis que defunctus habuit eſt ſolum ciuium romanorum z nullius gentis alterius. Et ex hoc[b] ſequitur deciſio vnius queſtionis quam decretiſte et theologi formant † vtrum in foro conſcientie[c] heres teneatur ad debita vltra vires hereditatis. Reſpondeo qd non: quia in foro conſcientie non aſſumitur iſto modo quo ſumitur de iure ciui. ideo nō tenetur niſi quatenus patiuntur hereditatis facultates. Ita tenet Hoſtieñ. in ſumma. titu. de teſta. paragrapho penulti. verſic. quid ſi bona. et ita tenet Joan. andre. de vſu. c. q̄q̄. lib. vj. in nouel. Idem tenēt theologi[d] vt vidi in multis ſententijs eorum. ¶ Et ex hoc † apparet aliud que eſt differentia inter hereditatem z bona vacantia.[e] Reſpondeo: quia ſi ſuccedit in vniuerſum ius zc. tenetur vl-

a Andreas Pomate. ¶ Tertio quero. vide Alex. conſi. lxxxvij. penul. col.

b Andreas Poma. ¶ Hoc premiſſo. vide Alex. conſi. xx. in. iij. colū. in fi. j. volu.

c Andre. Poma. ¶ Alicui eſt. Et vide Bar. in ↄſ. ſuo. lxxvj. inci. factū ſuper quo dātur cōſilia. vbi dicit qđ iure adeūdi nō pſcribit ſi qs immiſcuit ſe hereditati paterne q̄ vt facere i habitādo domū paternā. ad hoc alle. l. j. C. đ repu. here. et dicit ibi Barto. qđ habitando ſoror cum fratre qđ non currit ſibi preſcriptio petitionis hereditatis: q̄ vt poſſidere cū fratre et poſſidēti nō currit preſcriptio. l. pe. C. de ſer. fugi. et vide Bar. in ↄſ. ſuo. clxxix. inci. quidā habuit vxorem.

tra vires hereditatis: ſed quando q̄s capit ſub hoc nomine tanq̄ bona vacantia non dicitur in hereditate ſuccedere: vt. l. iiij. §. eadem cōſtitu. de fideicō. lib. cū gloſſ. ibi poſita. et ideo nō tenetur vltra vires hereditatis: vt. l. j. §. an bona. et. l. non poſſunt de iure fiſci. ¶ Tertio quero[a] † qualiter hereditas acquiratur. Reſpon. duobus modis. Aut facto hominis: aut ipſo iure. ſi facto hominis et hoc eſt dupliciter. vel de iure ciuili: vel de iure pretorio. de iure ciuili: et hoc vel per aditionē: et habemus iſtum titu. et de hoc loquitur rubrica dum dicit de acquirē. heredi. vel per reſtitutionem trebellianicam. et habemus titu. ad trebel. vel per bono. poſſeſ. inductam a iure ciuili: et habemus titu. vt ex. l. vel ſenatuſcōſu. bono. poſſeſ. detur. ¶ Ex predictis ergo habes quod † aliud eſt hereditas: aliud ius acquirendi: aliud ipſe actus acquirendi. Secundo modo acquiritur ipſo iure: vt in ſuo herede et neceſſario vel in neceſſario tantum. ſed quia heres ſuus et neceſſarius habet a pretore beneficium abſtinendi: ad hoc vt in effectu dicatur heres: eſt neceſſe qđ illam acquiſitionē a iure introductā acquirat: hoc eſt approbet: quod fit per immixtionem. et de hoc loquitur rubrica dum ſubdit. et de admittēda hereditate: vt habes per d: ſed prout habes ſine d: debet intelligi: ideſt perdēda ſeu repudianda. Tractat enim hic titulus tam de acquiſitione q̄ de repudiatione hereditatis. Ego autem hic pro declaranda materia huius tituli: quatuor intendo principaliter. ¶ Primo de iure ſeu poteſtate acquirendi hereditatem: quod dicam in. l. is poteſt. j. eo. vbi glo. ponit. ¶ Secūdo de ipſo actu acquirendi hereditatem quod iuriſconſul. examinat in lege pro herede. per totā. l. j. e. ego tractabo in. l. gerit. j. eodem. ¶ Tertio vtrum hereditas non adita traſmittatur: quod tractabo in. l. ventre. j. eod. ¶ Quarto vtrum hereditas pro parte haberi poſſit et pro parte repudiari: et in hoc paſſu glo. extendit ſe multum in. l. quidam elogio. C. de iure delib. quod Dy. tractat in. l. j. j. eo. tñ q̄a illa materia fundatur ex multis. ll. huius titu. vt prius videatis leges tractabo eam in. l. fi. j. e. vide glo.

1 In adeundo partem quis acquirit totum: et ſi dicit partem adeo partem repudio: et ſi partem repudiat partem defert.

2 Iuri adeundi et iuri accreſcendi renuntiari poteſt: de hoc late. per do. maria. ſozi. in. c. ſi diligenti. de foro competenti.

Ius accreſcendi non eſt perſone: ſed portionis.

3 Repudians partem an videatur alias partes repudiare.

4 Ratio quare aditio partis trahit ad ſe totum nō autem repudiatio.

5 Legatum an poſſit pro parte adiri et pro parte repudiari.

6 Si volens mihi donare poſuit ante me magnā quātitatem florenorum et accepit partem an poſtea poſſum agere ad totum.

7 Ille cui aliquid defertur ex legis diſpoſitione nō poteſt pro parte agnoſcere.

Qui totam. Aditione partis totum qđ poteſt queritur ſiue ſimul ſiue diſcretis partibus hereditas deferatur. hoc dicit cum. l. ſeq. Diuide. Prima pars loquitur quando hereditas fuit delata per partes pluribus: ſed per repudiationem deuenta eſt ad vnum: et hoc ſecundū primam glo. que in prima lege ponit caſum per. l. teſtamento. C. de impube. et alijs ſubſti. Secundo q̄ñ hereditas per partes fuit delata vni. ſecunda pars eſt in lege ſecunda. Vel aliter et melius. Primo loquitur quando hereditas tota fuit delata vni ſine diſtinctione partium. Secundo vni per diſtinctionem partium. Et iſta eſt ſecunda lect. gloſ. in lege prima. que eſt verior: et magis applaudet litere. Ad euidētiam ſcias quod naturaliter et de iure eſt quod vnā rem quis nō poſſet tenere in manibus pro parte: exiſtente vnitate: vt. l. vulgaris. in princip. infra de fur. et l. an pars. infra pro derelicto. Sed diuidendo vnitatem et frangendo rem poſſet partem abijcere et partem tenere: vt dictis legibus. Hoc premiſſo[b] pone caſuz in terminis. Alicui[c] eſt delata hereditas in totum. Quero an poſſit pro parte agnoſcere et pro parte non. Reſpond. iuriſcon. quod non. nō enim poteſt eā ſcindere: et ſcindendo partem habere. vide text. Sequitur. l. et ſi quis. Sed quero: quid ſi teſtator eā diuiſit et ſcindit per partes et relinquit partes vni: vtrum poſſit quaſdam partes adire et quaſdam repudiare? Et dicit quod non. hoc dicit: vide literam. ratio in prima lege eſt: quia hereditas non eſt heredis anteq̄ adeat: ideo non poteſt eam ſcindere. ratio in ſecunda lege eſt: quia lex multum pro inconuenienti hʒ qđ illa pſona que repreſentata eſt in hereditate repreſentetur pro parte tantum et pro parte non. et ideo legiſlator introduxit quod per aditionē partis inq̄ntum poteſt adiri per adeuntē videt̄ eſſe aditū in totum: vt hic. et in. l. ſi ex aſſe. et. l. ſi ſolus. in princi. infra eodem. ¶ Opp. j. eodem. l. ſi ſolus. ver. item ſi ſeruus. Sol. dicit glo. hic q̄ñ deferuntur plures partes vni per ſe ibi quādo per alium. Iſtud eſt verū ſi primo quis adijt partē ſibi delatā per ſe tunc non acquirit partē delatā per ſeruū vel filium. ratio: quia non poteſt ipſe ſolus ſua voluntate acquirere: ſed requiritur conſenſus ſerui vel filij qui poteſt non



conſentire: vt. l. cum proponas. C. de heredi. inſtituē. et. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum j. eo. Sed ſi primo ſibi acquireret partem ſibi delatam per ſeruum ſeruo adeunte ex iuſſu ſuo: tunc ſtatim acquireretur ſibi altera pars ſibi delata: quia poteſt ſua voluntate ſibi acquirere: vt. l. ſi ego. j. eo. Item quando ſunt plures partes mihi delate per me aditione vnius acquiro totum ſi poſſum: ſi non poſſum ſecus. vt ſi eſſem inſtitutus in parte pure et in parte ſub conditione. vt. l. ſi te ſolum. ſ. de heredib. inſtituen. Remanet ergo firma regula quā dedi in ſummando ſcilicet per aditionem partis totum acquiritur quod poteſt: ſiue ſi-

1 mul ſiue ſeparatim differatur. ¶ Quero † vtrū adeū- a

do partem acquiram totum. gloſſ. dicit quod ſic: vt 4

j. eodem. l. ſi ex aſſe. et intelligit gloſſ. etiam ſi ſtatim dicam partem adeo: partem repudio. et quod ſic intelligat patet ex eo quod poſtea querit. Quid ſi partem repudiat: partem differat. Iaco. de aret. iſto caſu dubitabat: quia iſta verba videntur tenere repugnantiā: et ſic actus vitiet̄: vt. l. vbi repugnantia. j. de regu. iur. puto quod gloſſ. verum dicat: nec cōtineat repugnantiam: vt patebit ex. j. dicendis ſtatim. Dico ergo quod quandoq̄ heres adijt partem: et vtruz plus deferatur ſibi: ignorat. et dic vt. l. ex ſemiſſe. j. eodem. Quandoq̄ ſcit plures partes ſibi deferri: et tūc ſiquidem vnaz partem adijt et de alia nihil dicit eſt heres in totum ſi poteſt: vt. l. ſi ex aſſe. j. eodem. Si vero adijt vnam partem: et alias partes repudiauit tunc ſimiliter eſt heres in totum: vt hic ſecundū glo. probo: quia poſito quod repudiatio valeret in partibus repudiatis: tamen per ius accreſcendi in totum ſuccederet: nec continebit repugnantiam ſi repudio 5

ex inſtitutione: et volo ex iure accreſcendi: vt. l. ſi tu ex parte. in fine. j. eodem. et not. in. l. nec is. j. eodem.

2 Sed ſi poneres † quod renuntiauit iuri adeundi et iuri accreſcendi. adhuc dico idem quod eſt heres in totum. Ius enim accreſcēdi non eſt perſone ſed portionis: vt. l. ſi titio. §. primo. ſ. de vſufruc. et. l. ſi totaz. j. eodem. et ſic perſona ei iuri renuntiare non poteſt. et hoc eſt quod dicitur quod res accreſcit inuitis: vt C. de cadu. tollendis. l. vna. §. is igitur. Item dico qđ ſi ipſe diceret adeo iſtam partem ita tamē quod mihi ex hoc non obueniat alia pars aliquo modo ſeu iure: non valeret per legem primam. ſ. ſi vſuſfruc. petа. Sed ſi dicta verba proferret cōditionaliter adeo iſtam partem ſi per hanc alia mihi non accreſcit aliquo iure: tunc aditio non valet. et hoc caſu eſſet vera opinio Iacob. de are. quia eſt facta ſub conditione de preſenti que deficit in. l. cum ad preſens. ſi certum petatur. Ad idem. l. actus legitimi. j. de regulis

3 iuris. ¶ Secundo quero: † quid ſi partem repudiat? vtrum videatur alias partes repudiare? Gloſſ. ſentit quod non. et probatur in. l. ſi ſolus. in principio. j. eodem. imo repudiatio partis nihil valet. ¶ Sed contra: qui vult vnum vult aliud ſine quo illud eſſe non poteſt: vt. l. nec is. §. primo. et. l. illud. j. eodem. ergo repudiando partem video repudiare oēs alias ſine quarum repudiatiōe illaz repudiare nō poſſum. pro hoc in. l. ſi quis vi. §. differentia. de acquiren. poſſeſſio. et quod ibi not. per Dynum. et alios ſuper glo. ſcilicet habendo pro derelicto dominium videor relinquere poſſeſſionem ſine qua dominium pro derelicto haberi nō poteſt. Reſpon. ſi vno iure repudiaui: tamen poſſum illam partem alio iure habere ſcilicet per ius accreſcendi. et ideo dicitur illa repudiatio nullius effectus. vel poſſum dicere vt gloſſ. hic videtur ſentire q̄ illa regula quando quis vult vnum et cetera. loquitur quando quis vult aliquid acquirendo ſecus ſi repudiādo. ad quod facit quod not. in dicta. l. ſi quis. §. differentia. per gloſſ. licet alia opi. teneatur ibi cōmuniter. ¶ Quero que eſt ratio[a] † quod aditio partis trahit ad ſe totum: non autem repudiatio partis? gloſſa dicit quod aditio eſt fauorabilior. et eſt ſatis bona ratio: tamē aſſigno meliorem. Iſtud quod eſt aliquid poſitiue recipit augmentum: illud quod nihil eſt non poteſt augmentum recipere: vt. l. adeo. §. quod ſi toto. j. de acquiren. rerum domi. et quod not. in. l. prima. ſ. de iuſ di. Modo ad propoſitum adire hereditatem pro parte eſt aliquid acquirere. et ponit aliquid in perſona acquirentis. ideo trahit ad ſe aliud: vt dictum eſt. repudiatio vero nil ponit in repudiante imo priuat: ideo non trahit ad ſe totum. ¶ Querit gloſ. quid ſi partem repudiat et aliarum aditionem differt? Dic vt in gloſſ. ¶ Que-

5 rit gloſſ. quid in lega? † Dic vt in gloſ. et eſt tertia gloſſa. l. j. Gloſſa ponit duas regulas et vnam exceptionem a qualibet regula. Dicit gloſſ. in legato vnius rei eſt idem: quia non poteſt acquiri pro parte et pro parte repudiari. et verum dicit. ratio patet: quia ſtante vnitate non poteſt fieri diuiſio. nam non poteſt diuidere legatarius diſpoſitionem teſtatoris. Dicit gloſſ. fallit in herede legatarij: vt. l. legatarius. infra de legatis primo. et eſt bona exceptio. ratio quia inter heredes per legem. xij. tabula. eſt diuiſum ius legati: vt lege prima. C. ſi certum petatur. merito poteſt heres pro parte agnoſcere et pro parte repudiare: nec eſt in legato illa inconuenientia que eſt in hereditate: ſcilicet quia non repreſentaretur perſona in totum: quia in legatis non cadit. Sequitur in gloſſa. alia regula ſcilicet ſi plura legata ſunt poteſt vnuz amplecti aliud repudiari. Iſta eſt bona regula. ceſſat enim in his ratio que eſt in hereditate quando per plures partes defertur. Ponit gloſſa exceptionem niſi onus eſſet iniunctum vni legato alteri non: vt lege ſed duobus. infra de legatis ſecundo. bona exceptio eſt quia eſt eadem ratio que eſt in he

Andreas Pomate. a ¶ Que eſt ratio. vide Bal. in ſimili in. l. j. in. iij. q. C. de li. p̄te. pau. de caſ. in. l. heres inſtituto. in fi. C. de nup. vbi p alex.

a ¶ Perfecta. Adde ibi ꝙ cum eo concordat Imol. ⁊
Raph. Bal. ⁊ Pau. de ca. qui dicūt hoc dictū ſubti
le ⁊ ſingulare ſm Bald.
b Andreas Pomate. ¶ Quādiu. Amplia iſtum
text. procedere non ſolum quando quis eſt certus de
viribus te
ſtamenti ſꝫ
etiam quā
do dubita
tur. tex. eſt
in. l. j. ⁊ ibi
Pet. Joā.
bap. ⁊ Lā.
C. de bon.
poſſeſ. ſm
tabu.
Andreas
Pomate.
c ¶ Aduer
te. Adde
Bartol. in
l. j. in. v. co.
ff. de vulg.
* Pro cōcor
dia. aduer
te qđ mu
tus et ſur
dus qui ali
quid intel
ligunt poſ
ſunt adire
heredita
tē. ita bar.
i hac. l. mu
tum. ⁊ in. l.
mutum. ff.
de bono.
poſſeſ. fur.
Sed contrarius alle. ꝑ do Alex. ibidē in. l. j. in princ.
ff. de verb. ob. vbi videtur Bar. dicere qđ nō poſſunt
verbo ſtipulari ſed per epiſtolā. Itē dicit qđ equipa
rātur pupillo ſꝫ pupill⁹ ſine tutore nihil agit. igit ⁊c.
Tu dic. Bar. idē dicit vbiqꝫ ⁊ idē ꝯcludit dn̄ vbiqꝫ al
legat ꝓ bart diſtinctionē ſuā i. l. ſeruo inuito. §. ſi pu
pillo. ff. ad tre. quā allegat pro ſingulari ad hoc nō
ob. quod nō poſſit ſtipulari: q: reſpondetur ꝙ oīa po
teſt mut⁹ intellige cū cōgruentia recti ſermonis ſcꝫ
in quibus exigitur animus. nō enim fuit ita ſimplex
Bar. ꝙ voluerit ꝙ mutus poſſet loqui ⁊ debet intel
gi cum autoritate tutoris vel curatoris vt probat il
le tex. quem allegat.
d Andre. Poma. ¶ Extra glo. vide Alexan. ⁊ are.
in. l. j. ff. de verb. obli. in prin. Barb. conſi. lix. colum.
viij. ij. volu.
e ¶ Oia gerere. adde Bart. qui tenet cōtrarium in. l.
j. in prin. de ver. ob. ⁊ vide ibi omnino que dixi.
f ¶ Qualiter ſcribat. De hoc vide ꝑ Bart. in. l. mutū.
de leg. iij ⁊ per Ang. in. l. itē quis. ſ. de pac. ⁊ ꝑ Bal.
in. l. ſi pater naturalis. ſ. de arbi. ⁊ in. l. mut⁹. in princ.
ſ. de procu. ꝑ Ang. in. l. ex facto. in prin de vulg. ⁊ pu
pil. et per Bal. in. l. diſcretis. qui teſt. fa poſ. ⁊ vide q̄
dixi in. l. j. in prin. de verb. obli.

reditate ſcilicet vt illud onus in totū
ſubeatur. ¶ Quero. quidam voluit
6 tibi † donare ⁊ poſuit ante te magnā b
quantitatem florenorum dicēs ſe do
nare tibi totum: et tu accepiſti partē:
et poſtea penitet te et dicis qđ agno
ſcendo partem videris agnoſcere to
tum. et ſic vis petere totum. Ille ex
aduerſo dicit quod non potes pro ꝑ
te acceptare. et ideo vult a te repete c
re quod accepiſti: querit quid iuris.
Et videtur dicendum idem quod in
legato: quia legatum eſt donatio: vt
l. legatum. ſ. de legatis ſecundo. Con
trarium puto ſcilicet quod pro illa ꝑ
te quam acceptauit valeat pro alia
non poſſit aliquid dici: vt. l. prima. §. ſi
ſtipulanti. ſ. de verborum obligatio.
et argumen. l. ſancimus. C. de donat.
Non obſt. quod dicitur de legato: q:
legatum eſt quedam diſpoſitio per
a fecta[a] ab ipſo teſtatore: ⁊ ſic eo mor
tuo queſitum eſt ipſi legatario domi
nium vel ſaltem obligatio. non ergo
poteſt repudiare pro parte illud: vt. l. 1
an pars. ſ. pro derelicto. ſed donatio
eſt contractus qui non perficitur niſi 2
conſenſu duorum: tamen anteqꝫ con
ſentiam poſſum impedire: vt non per
ficiatur niſi in certa parte: cum ex hoc
3
donans non ledatur nec donatarius. vt. l. prima. §. ſi
ſtipulanti. ſ. de verb. oblig. ¶ Quero quid ſi aliquid
deferatur alicui ex. l. diſpoſitione non iure heredita
rio: an poterit pro parte agnoſcere. Certe non vt. l.
iiij. C. de omni agro deſer. lib. xj. ¶ Ex predictis po
tes diſtinguere cum aliquid defertur alicui aut a te
ſtatore aut a. l. ſi a teſtatore: aut iure legati aut iure
inſtitutionis.

**Quamdiu.** [b] Seipſam ſummat. ¶ Querit gloſ. intra
quantum tempus poteſt inſtitut⁹ adi
re. Dic vt in gloſ. ¶ Opp. de. l. ſi pater.
de heredi. inſtituen. Soluit gloſſa. hec
regula fallit in caſibus qui ponuntur in glo. Certe in
caſu dicte. l. ſi pater. verum eſt quod fallit. in alijs ve
ro non vt in eis videbitis. Aduerte[c] tamē quod iſta
lex debet intelligi quamdiu primus poteſt adire de
iure communi. Si enim poteſt adire per reſtitutio
nem: tunc ſubſtitutus non expectabitur. ſiue ſit reſti
tutio que concedatur per pretorem viuentem. vt. l.
iiij. §. primo. de fideicommiſſa. li. ſiue cōcedatur ipſo
iure: vt. l. finali. de repu. here. et quod not. in. l. ſecun
da. C. de iur. et fac. ignoran. ⁊ l. ſi quis ſuus. de iur. de
liberan. Alia dicenda ſuper hac regula videbitis. ſ.
eo. l. quamdiu.

**Nolle.** Hec regula formatur hic nega
tiue in. l. is poteſt. ſ. eo. ponitur
affirmatiue quam repetā ibi. ⁊ ibi exami
nabo hanc regulam.

Mutus ⁊ ſurdus reguntur conſilio curatoris et
que poſſint gerere ſine curatore.
Notarius qualiter ſcribere debeat aditionem factā
per mutum.
Notarius non habet neceſſe ſcribere omnia verba
et actus cōtrahentium: ſed ſufficit quod ſcribat effe
ctum iuris.
3 Qualiter probetur per teſtes mutum voluiſſe adi
re hereditatem.
Conſanguinei ⁊ domeſtici muti preſumuntur ſcire
actus ⁊ conſuetudines eius.

* **Mutū.** Seipſam ſummat. rationem
huius legis aſſignat gl. ¶ No
ta ſm gl. qđ nō ſufficit volūtas ſola in
aditione: niſi declaretur per actū. qdā
moderni ꝯtra vt refert Cy. in. l. potuit.
C. eo. dicā in. l. gerit. ſ. eo. ¶ Querit glo. vtrū mutus
et ſurdus poſſint iubere alium adire. Dico vt in gl. ⁊
d bene. ¶ Opp. extra glo.[d] Mutus † ⁊ ſurdus regunt
1 conſilio curatoris: vt. l. j. in fi. cū. l. ſeq. de poſtulando
et. ſ. de cura. fur. in rub. ⁊ in. l. j. in fi. de muneribus et
honoribus. ergo non poſſunt adire ſua ſponte: vt. ſ.
proxi. §. ſo. quidā ſunt qui ꝓpter hoc impedimētum
efficiuntur non capaces intellectus. et iſti per ſe non
poſſunt facere ſine curatore ſicut pupillus nō poteſt
ſine tutoris autoritate. Quidam impedimento non
e obſtāte intelligūt. ⁊ iſti poſſunt omnia gerere[e]. vt. l.
diſcretis. C. qui teſt. facere poſſunt. ⁊ l. j. de bono. poſ.
fur. compe. text. eſt qui facit hanc diſtinctionem in. l.
ſeruo inuito. §. ſi pupil. ſ. ad trebellia. qui text. eſt ſin
2 gularis ad hoc. ¶ Quero † aditione facta per mu
f tum qualiter ſcribat[f] notarius. Reſpond. ſi notarius



a per ſe intelligit mutum nutu ſecure[a] poteſt ſcribere a
qualiter talis mutus nutu adiuit hereditatem vt. l.
nutu. ſ. de leg. iij. Non enī habꝫ neceſſe notarius ſcri
bere omnia verba et oēs actus cōtrahentiū: ſufficit
enī ſi ſcribat effectū iuris. nā ſufficit qđ ſcribat talis
fideiuſſit pro tali. vt. l. ſciendū. ſ. de verbo. obli. lꝫ ad
iſtud multa verba requirant. Si vero per ſe non in
b telligit[b] adhibeat aliquē vicinū vel conſanguineum
qui intelligat et ſcribat in inſtro qualiter iſte notari⁹
certificatus per talē ſuū conſanguineū tanqꝫ per in
terpretem vidit dictū talem facientē ſigna et nutus 2
per que hereditatē adire volebat. vt. l. prima. in fi. ſ.
c de ver. ob. ¶ Sed qualiter[c] hoc † ꝓbaret per teſtes
3 et hoc eſt maius dubiū cū ipſi debeāt deponere de
eo qđ viderunt nō de effectu quē ipſi iudicant. vt. l. q̄ 3
teſtamento. in fi ſ. de teſt. et. l. j. in prin. de his que in
teſta. delen. et. l. teſtiū. C. de teſti. Nā ſi quidē teſtes 4
eſſent cōſanguinei vel al's domeſtici ſufficeret qđ de
ponerent ſimpliciter ſe vidiſſe talē mutū facientem
ſigna et actus per q̄ et quos ſignificabat ſe velle adi 5
re hereditatē tales enī ꝑſone preſumūtur ſcire act⁹
et conſuetudines muti et ipſum intelligunt vt. l. octa
ui. ſ. vnde cogna. et. C. de in integ. reſti. l. de tutela. ſin
autem eſſent extranei tūc debent deponere nomina
tim de ſignis hoc modo vidi talem mutum digito
oſtendere domū et res hereditarias: et poſtea ſtrin
gere brachia ad ſe propter qđ intelligimus eū velle
illas res ad ſe pertinere. eſſet enī vtile ⁊ qnqꝫ neceſſa
riū vt circa hec adhiberent alij teſtes cōſanguinei ⁊
domeſtici q̄ dicerent ꝙ cōſuetudo muti eſſet hec qđ
talia ſigna vellent hoc ſignificare.

1 An mulier et alij qui propter imbecillitatē pro
hibentur obligari ex forma ſtatutorum poſſint here
ditatem adire.

**Eum cui lege.** Oppo. C. de here. l. mani
cheos. Dicit gloſ. intellige 1
de eo cui interdicitur bonis a iudice propter prodi
galitatem: vt. l. j. ſ. de cur. fur. ſecus ſi propter delictū
1 interdicatur a lege: vt in contrario. idem dico † ſi ali
cui interdicat adminiſtratio a lege vel a ſtatuto nō
propter delictum: ſed propter imbecillitatem cōſilij:
vt ſunt ſtatuta cōmuniter per Italiam. q: dicunt qđ
b mulieres non poſſunt obligari[b] ſine conſenſu cōſan
guineorū. tunc enim poterit adire hereditatē: vt hic. b
non ſimpliciter: ſed cū ſolēnitate ſtatutorū: vt dicam
ſtatim et probatur in. l. more. ſ. eo. ¶ Oppo. de. l. fu c
rioſi. ſ. de reg. iur. Solu. prodigi nulla voluntas eſt.
ſcilicet in alienando vt ibi ſed in acquirēdo ſic vt hic d
dum tn̄ interueniat autoritas curatoris: vt. l. cū qui
dam. C. de admi. tu. Ita dicit glo. ⁊ bene. ¶ Oppo.
ad hoc ſi hic tractat de acquirendo. ergo non requi
ritur curatoris autoritas: vt. l. is cui. infra de verbo.
obliga. Glo. non ſoluit. Jaco. de are dicit quod bene
ſi eſſet acquiſitio ſimplex que non poſſet eſſe damno
ſa procederent contraria: ſed acquiſitio hereditatis
poſſet eſſe dānoſa: ergo requiritur curatoris autori
tas: vt inſti. de auto. tuto. §. neqꝫ.

1 Filiuſfamilias ſicut voto non obligatur an obli
getur aditione hereditatis.

¶ Secure. adde quod Bald. hic impugnat Barto.
quia quemadmodum requiritur quando teſtis de
ponit quod deponat per vnū ex quinqꝫ ſenſibus cor
poreis quod ſenſum exprimit. l. qui teſtamentum. §.
finali. ſupra de teſta. l. teſtamentum. verſi. ſub preſen
tia. C. de te
ſta. §. ſi au
tem abſint
in autenti.
de heredi.
et falc. ita
debet eſſe
in tabellio
ne: et ſicut
teſtis de
bet depo
nere vt ſu
pra eo. mo
do tabel
lio debꝫ cō
ficere iſtru
mētum al
tero ex duo
bus ſenſi
bus ſcilicꝫ
viſu vel au
ditu. vt no.
gloſſ. in. §.
oportet. in
ver. ſi al's.
in aut. de
inſtr. cau.
et fide. et
not. Joan.
Andre. in
addi. ſpec.
in titu. de
inſtru. cau.
in aut. ſed
nouo iure.
C. ſi cer. pe.
et qđ hec
ſit veritas
tenet Joan. an. in titu. de inſtru. edi. §. et reſtat. verſi.
ſub qua forma.
b Andreas Pomate. ¶ Nō intelligit. vide Ang.
in. l. item q: in prin. ff. de pa.
c Andre. Pomat. ¶ Sed qualiter. vide Feli. in. c.
cū cauſam. col. iij. et ſeq. de teſt.
d ¶ Obligari. Adde quod cōmuniter tranſeūt doct.
cū Barto. et Ang. hic in cōſi. vlti. dicit ꝙ ſi in here
ditate non ſunt creditores nec legatarij ꝙ ſine ſolen
nitate ſtatuti poterit adire. et ita dicit in. d. conſi. de
cidiſſe bo. in. d. l. more. Idem tenet hic Pau. de caſt.
qui ſimiliter dicit ſe conſuluiſſe. ſi autem ſtatutū di
cat quod non poſſit cōtrahere ſine preſentia ⁊c. bar.
in. d. l. more tenuit quod non poterit adire. Idē hic
tenet Paul. de caſtro. qui dicit quod vidi ſeruari de
facto cū ſit fauorabile. Idem tenet Ro. hoc contra
rium tenent hic Bald. Ange. Imol. et ipſe Bartol.
in. l. apud iul. §. fi. ex qui. cau. ma. et domi. Abb. in. c.
qua fronte. de appel.

Votum quaſi volitum.
Filiuſfa. ſm tempora. ff. agnoſcē. bo.
po. non obligabat nec in reſtitutione
trebellianica.
2 Ratio quare in aditione hereditatis
debet precedere iuſſus: et in bo. poſſ.
et trebellianica reſtitutione ſufficit ra
tihabitio ſequens.
3 Filiuſfamilias hodie poteſt heredita
tem repudiare ſine iuſſu patris.
4 Quos actus conſiſtentes in volunta
te poſſit filiuſfa. abſqꝫ iuſſu vel autori
tate patris.
5 Actio non oritur ex ratihabitione: ſꝫ
ex nego. geſt.

**Qui in aliena.**
Hereditatem quocunqꝫ
modo delatā: fili⁹ adeū
do non obligat patrem
ſi precedat iuſſus. ſed in bono. poſſeſ.
ſufficit niſi ratihabitio ſubſequatur.
hoc dicit. ¶ Oppo. C. de bon. que li
be. l. fina. dicit gloſſ. hodie adeundo fi
lius ſine iuſſu patris obligat ſe: vt ibi
olim non obligabat ſe. vt. l. fina. infra
quis or. in bono. poſſeſſ. ſer. nec etiam
patrem vt hic. ¶ Oppo. filius ex om
ni cauſa obligatur preterqꝫ in mutuo
et voto: vt lege filius. infra de actio.
1 et obliga. quare † ergo non obliga
tur adeundo. Reſpondeo votum di
citur quaſi volitum. filiuſfa. ergo non
obligatur voto hoc eſt ſimplici vo

a ¶ Simplici voluntate. hanc rationem Bart. reprehendit Pau. de caſtro. in lege mutuum. ſupra eodem. de quo vide omnino que dixi in lege prima. in prima colū. C. qui admit. poſt moder.

b Andre. Poma. ¶ Quero nūquid. Iſta eſt cōis opi. ſecūdū Alex. in. l. ſi quis mihi bo. §. iuſſum. in prin. e. tit.

c ¶ Sed et ſi nō adierit. Vide bal. in. l. iij. in. vj. col. ꝺ fideicō. ad de qꝺ pro opi. Bart. facit. l. quicunqꝫ. C. ꝺ apo. publi. li. x. cōmuniter ꝓ ſcribentes approbat in l. j. C. q̄ admit.

Andreas Pomate. ¶ Sed et ſi nō adierit. vide q̄ in ꝓpoſito no. Barb. in repeti. rubr. de fi. inſtru. col. lvij. cui adde Feli. in c. ſicut. pe. co. ꝺ re iu. vide Bar. cōſi. lxxix. ⁊ mlta pulchra ꝑ iaſ. in. l. j. v. co. et ſeq. C. q̄ admit. are. ꝯſ. xxxvj. in ci. caſus talis eſt. ale=

a luntate: [a] ſed hereditatis aditio conſiſtit in volūtate ſimplici declarata per aliquem actum: vt. l. proxi. in prin. ⁊. l. pro herede. in princ. ſ. eo. ideo nō obligatur: quia cōtinetur ſub illa exceptione preterqꝫ in voto: et in agnitione bonorum poſſeſſionis: eodem modo dicitur quis obligari voto magis ſolennizato: quia oportet quod illud votū fiat coram iudice et per iudicē approbetur decernendo olim. hodie ſufficit agnitio ſola: vt. l. fi. C. q̄ admi. ad bon. poſſeſſ. ideo filiuſfamilias nō obligatur agnoſcēdo bonorū poſſeſſ. ſm iſta tempora. Idem in trebellianica reſtitutione. nam licet heres reſtituat hereditatem mihi: tamen cum creditoribus et legatarijs ego nil facio: ſed ex hoc ſolo quod accepto reſtitutionē hereditatis: obligor. vt. l. j. §. j. ſ. ad treb.
2 ¶ Sed quero † que eſt ratio quod in aditione hereditatis debꝫ precedere iuſſus: in bo. poſſ. et trebellianica reſtitutione ſufficit ratihabitio ſequēs. vt hic. et. l. ſeruo inuito. in prin. ſ. ad treb. Reſpon. gl. tangit in. l. j. C. qui admit. ad bono. poſſ. tu dic clarius. aditio hereditatis eſt de iure ciuili mere. nam de iure gentium vel diuino non reperitur ꝙ quis nuda voluntate obligetur niſi deo: ſed hic nuda volūtate obligatur: ergo eſt mere iuris ciuilis: vt dixi in rubrica. ſ. e. ſed de iure ciuili eſt pa- 5
tria poteſtas: vt. l. nam ciuiū. ſ. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. ſm ergo ius ciuile filius non eſt poteſtatis ſue: nō ergo dicitur habere poteſtatē niſi pater admittat. merito ergo opꝫ quod precedat iuſſus patris ſeu permiſſio: vt. l. ſi quis. §. iuſſum. ſ. eod. quia ratihabitio non ſufficit cum nil reperiat factū cū nulla videatur voluntas: ergo ratū 1
habere nō poteſt: ſed in bono. poſſeſ. non conſideratur adeo ſolennitas iu- 2
ris ciuilis: pretor enim vocat ad hereditatē inſpecta naturali cauſa: nec curat vtrum ſit agnatus vel cognatus emancipatus vel ſuus. ideo videt̄ ali- 3
quid factū naturaliter: merito pōt ratum haberi: vt dicit gloſſ. in. l. j. C. qui 4
admit. ad bo. poſ. eo. modo in trebellianica reſtitutione gero aliquod negotiū cū herede reſtituente: et cū eo 5
ago ſaltem tacite vt ſatiſfaciā creditoribus et legatarijs: lꝫ abſentibus. licꝫ c
enim de iure ciuili mero ante ſenatuſ- 1
conſultum trebel. illis abſentibus nō obligarer: quia alteri ſtipulari ⁊c. tamen obligabor naturaliter. vt. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ſ. de verbo. obli. ergo erit aliquid actum. merito poteſt ratum haberi: ſed aditio 3
hereditatis in ſola volūtate ꝯſiſtit: vt dixi. ¶ † Quero nunquid [b] filius poſſit repudiare hereditatē abſqꝫ iuſſu patris. Hodie conſtat quod ſic. vt. l. cum nō ſolū. C. de bo. que lib. ſm tēpora harū legū non. vt. l. is poteſt. et. l. is qui heres in fi. ſ. eo. ſed ibi non dicitur quod iuſſus debet precedere licet requiratur voluntas. ſed hoc probatur in. l. iulianus. ſ. de leg. j. in. ſ. charta. vbi optio que eſt actus conſiſtens in ſimplici voluntate non poteſt fieri per filium niſi precedente iuſſu et optio aliquid repudiationis continet. Nā optando vnum repudio ceteros. dices tu iſta videntur contra. l. nam ratihabitio cōſiſtit in ſimplici voluntate: nec requiritur patris preſentia. vt. l. pomponius ſcribit. de nego. geſt. tamen filiuſfamilias poteſt ratum habere ſine iuſſu etiā patris. vt. l. ij. in fi. ſupra ſolu. mat. et. l. ſi ſine. §. fi. infra rē ra. ha. ¶ Pro 
4 cuius declaratione ſcias † quod iſtorum actuum cōſiſtentium in libera voluntate quidam ſunt magne autoritatis: vt teſtamentum et codicilli per que ſola voluntate diſponimus in alios: et iſta non poſſunt fieri per filiumfami. etiam patre volente. vel iubente vt. l. qui in poteſtate. ff. de teſtamen. Quidam ſunt actus etiam ſolennes: ſed non tantum vt aditio hereditatis per quam etiam quis obligatur his qui nil ſciunt de hoc et obligant ſibi alios qui erāt ante obligati: et iſte actus non poteſt celebrari niſi precedat iuſſus. vt hic. et. d. §. iuſſum. Sed in bo. poſ. et trebel. reſtitutione ſufficit ratihabitio per rationē quā dixi. Quidam ſunt actus per quos quis obligat ſe tantū vt vouendo ſe deo: et in iſtis ſufficit ſequens autoritas nec requiritur quod precedat iuſſus. vt. l. ſi quis rem. §. voto. de pollici. Quidam ſunt actus qui conſiſtunt in voluntate per quos quis nec alium obligat ſibi nec ſe alteri: ſed per illum actum ex alio actu contingit obligatio et ratihabitio † non enim oritur actio ex ratihabitiōe ſm veram opi. ſed ex negotio geſto quod ad nos trahitur per ratihabitionem. vt l. ſi pupilli. §. item queritur. de nego. geſt. et ibi dixit tex. et in iſto actu non requiritur autoritas nec conſenſus patris. probatur per ſimile. pupillus non obligatur ſine autoritate tutoris tamen poteſt implere cōditionē per quā purificatur actus vnde obligatur. vt. l. in cōditionibus. ſ. de condi. et demon.

1 ☞ Ex diuturnitate temporis omnia preſumuntur ſolenniter acta.
2 Ex curſu temporis decem annorum nō inducit̄ aditio ſed preſumitur quod preceſſit.
Practica in probanda aditione filij qꝺ allegetur qꝺ preceſſit iuſſus patris et ſequuta eſt aditio.
3 Ex curſu decem annorum bonorum poſſeſſio preſumitur ſolenniter agnita.
4 Ex actu qui non poteſt fieri circa ius et nomen heredis facto a patre conſentiente filio preſumitur aditio facta.
5 Ex patiētia decē annorū preſumitur ſeruitus cōſtituta ſi allegetur lꝫ habeat cauſam diſcōtinuā.

## Sed et ſi non adierit.

c † Ex diuturnitate temporis preſumuntur omnia ſolenniter acta. hoc



a dicit. ¶ Not. ipſum [a] ſummarium: vnde ſcire debes
2 † quod ex curſu longi temporis non inducitur aditio ſed preſumitur quod preceſſit. ideo textus dicit credendum eſt adiuiſſe ⁊c. ſimile in. l. cum de in remverſo. ſ. de vſur. ⁊ ex hoc habes practicam. debes enim allegare quod preceſſit iuſſus patris ⁊ ſecuta eſt aditio filij. ⁊ ad hoc probandum potes facere poſitiões quod pater tenuit dicta bona per. xx. annos filio pre-
3 ſente ⁊ patiente. ¶ Quero † quid in bo. poſſeſ. vtrum eodem modo preſumatur ſolenniter agnitio bonorum? text. hic loquitur in aditione. dicit textus. ſed ſi non adierit. ⁊ qꝺ in bono. poſſeſ. non procedat: patet quia illa debet agnoſci vel ratificari intra annum ad plus. vt. l. bonorum. ſ. rem ra. habe. ſed hic requiritur curſus. x. annorum: ergo ⁊c. Et hoc tenēt Iac. ⁊ Bal. Sed glo. C. qui admit. ad bo. poſ. l. j. ſuper ver. rataꝫ intelligit idem in bono. poſſeſ. ⁊ allega. hanc. l. quod tenent ibi docto. Mod. ⁊ bene per ea que dixi. nam c
patientia tanti tēporis non inducit actum: ſed facit preſumi ꝙ retro ab ipſo initio ſunt omnia ſolenniter 1
4 acta. ⁊ ſic intra tēpus. ¶ Quero † quid ſi appareat d
vnus actus tm̄ qui nō hꝫ fieri citra ius ⁊ nomē heredis. vt. ſ. eo. l. ꝓ herede. in vno die fact9 a patre conſentiente filio expreſſe: aduerte: nō dico ꝙ preceſſerit iuſſus principaliter de adeūdo: ſed qꝺ act9 fact9 eſt a patre cōſentiēte filio: ex quo deberet induci aditio ſi ſui iuris eſſet. Rn̄. ex illo ſolo actu preſumūtur oīa ſolēniter acta: ſicut hic ex curſu tēporis cū patiētia. tex eſt ⁊ glo. no. in ſimili in. l. ij. C. de do. ꝓmiſ. naꝫ ibi dicitur ꝙ illud qꝺ operatur preſtatio ꝑ lōgū tp̄s. vt. l. cū de in rē verſo. idē operatur ꝓmiſſio per vnā horā facta pro tāto tēpore. ¶ Vlti. per iſtū ver. ſuſti-
b neo gl. [b] noſtras contra dicta omniū Modernorum.
5 † nā dicit gloſ. ꝙ ex patientia. x. annorū preſumit̄ ſeruitus cōſtituta ſi allegetur: lꝫ habeat cauſam diſcōtinuā. vt. l. cū de in rem verſo. ſ. de vſur. ⁊. l. j. in fin. ſ. de aqua plu. ar. ⁊. l. ſeruitutes. de ſerui. qꝺ reprehēdunt c
Vltramonta. Nam. l. cū de in rem verſo: loquitur in faciente. ſ. in ſoluente. queſtio glo. loquitur in patiente: in quo eſt minor preſumptio. ita tenebāt Iac. but. et Ray. de forli. ⁊ hoc tꝫ Cyn. in. l. ſi certis ānis. C. de pac. hoc dico hic eſſe ꝯtra caſuꝫ huius ver. ⁊. l. ſi fili9. C. de peti. heredi. facit qꝺ no. in. l. pe. C. cōmuni diui. dixi in. l. j. in fi. de aqua plu. arcen. dixi in repe. d. l. cuꝫ de in rem verſo.

a ☞ Si precedit mandatum de aliquid faciendo et tu facias: licet non exprimas nomine mandantis illius mandato: tamen facere videris.

## Si is qui.

Qui iuſſu alterius adijt preſumitur ſolum iubenti querere velle ſi iuſſum credat valere: ſecus ſi ſciat inualidum vel ſine iuſſu adijt. h. d. Tres partes habet vt in gloſſ. pone caſum ſm vlti. lectu. gloſſ. ⁊ veram: alias examinabo ſ. ¶ Oppo. de. j. reſponſo ad tertiū. dicūt quidā principiū loquitur in errante finis in dubitante. qꝺ gloſ. reprehendit ⁊ bene per. l. fi. C. de cōdi. indebi. Alij dicunt ꝙ principiū loquitur in errante in facto. finis in errante in iure. Iſta caſus poſitio non eſt vera: quia error iuris vel facti qꝫtum ad hoc non videtur attē- d
dendus: vt. l. j. in principio. ſ. de lega. iij. ¶ Preterea ignorantia facti ſupina: ⁊ ignorantia iuris idem eſt. vt. l. regula. de iur. et fact. igno. ideo glo. dicit tertio modo: ⁊ bene. Ex qua diſtingue vt habes text. et gloſſ. Aut ille qui dubitat vel errat in iure vel in facto: vtrum ſit filiuſfamilias adijt ꝓcedente iuſſu: ⁊ tunc in dubio non videtur velle querere ſibi niſi aliud appareat: vt hic in princip. Aut ſcit illū iuſſum reuocatum tacite vel expreſſe: b
et videt̄ velle querere ſibi: vt in. ij. rn̄ſo: ⁊ ſic non ꝓcederet ſecundū rn̄ſum: ſi poneremus filiū ignorare mortem patris [c]: preſumeretur eīn adire ex precedēte iuſſu. aut adijt nullo precedēte iuſſu. ⁊ videtur velle pro ſe: vt in. iij. rn̄ſo. † ⁊ ex hoc reſpōſo. nota diligēter [d]

a ¶ No. ipſ. Et vide Bartol. in cōſi. clxxix. incip. quidam habuit vxorē. Andreas Barbatia.

b ¶ Suſtineo gloſſ. Bal. ⁊ Angel. hic tenent cōtra Bartol. et adde bal. in. l. prima. in. viij. col. C. qui admitti. Adde quod Rapha. cuma. cum quo concordat Roma. diſtinguit quod aut apparet iſtum qui itinerabat per fundum longo tempore me patiente itineraſſe tanqꝫ volēs vti ſeruitute. et tunc procedat opin. Barto. hic aut itinerauit non tanqꝫ vtens ſeruitute: et tunc licet per longum tempus itinerauit non tamen poteſt allegare ſeruitutem: quia actus nō debet operari circa id quod non fuit exercitum. allega. l. j. §. iulianus. el primo. ſ. de itine. actuqꝫ priua. ⁊ dicit Alexander. quod hic concordia fuit Cyni. in dicta. l. ſi certis annis. pro quo facere dicit quod nota. Bartolus in vltima columna. in. l. cum de in rem verſo. ſ. de vſuris.

c ¶ Mortē patris. Et hic debent eſſe nota. contra infideles procuratores: de quo vide per Barto. in. d. l. qui ſeruum: de interroga. actio. vide de hac materia Barto. in. l. poſt dotem. in fi. iiij. col. ſolu. mat. et vide omnino que dixi in. l. j. §. nuntiatio. in. vj. col. de ope. no. nun. ⁊ vide que no. in. l. ſi ventri. in fi. de priui. cre. quid ſi delictum poſt mandatū feciſti. vide Ang. de are. in tracta. maleficiorum. in ver. ſempronium mandatorum. in fi. iij. colū. adde quod Pau. de caſt. in co ꝙ Bar. dicit: ſi precedat mandatū de aliquid faciendo: ⁊ poſtea facias licet nō exprimas noīe mandantis: qꝺ tamen preſumitur ꝙ nomine illius feceris. alleg. pro hoc caſum in. l. ſi ita quis. §. ſeia. de ver. obl. et in. l. res ex mandato. de acqui. re. do. ⁊ dicit not. ꝙ hoc caſu qn̄ tꝑe empt. non dixit ꝙ noīe mandatarij emebat ꝙ ſibi acquiritur dn̄ium ⁊ per actionē mandati tenetur transferre in mandantē. ſi vero emiſſet noīe mandātis recta via dn̄iū cū poſſeſſione requireretur mandatū. vt. l. per procur. C. de acqui. poſ. et vide oīno tex. ⁊ qꝺ ibi not. Bart. ad ꝓpoſitū in. l. is qui §. ſi ab ignoto. ver. qꝺ ſi is. ſ. de manu. Io. an. in addi. in tit. de procu. in princi.

d Andre. Poma ¶ Not. diligenter. Vide Alexā. cōſi. xxv. in vlti. col. ij. vol. Iaſ. in. §. ſequēs. columna vij. inſtitu. de actio. Felin. in. c. cum Mar. ferrarien. xan. conſi. lxxix. incipien. quis ſit iudex. j. vol. ⁊ conſi. ciij. inci. ſuper. j. dubio. in. j. volu. ⁊ conſi. ix. inci. an bona. ij. volu. ⁊ conſi. j. incip. ponderatis his. in. iiij. vo. et cōſi. xij. eo. vol. ⁊ cōſi. cv. eo. vol. Aret. cōſil. xxxvij. incip. factum ſuper quo. ⁊ conſi. cij.

in.ij.col.de conſi.Ang.con.cxcvij.j.vol.ꝛ conſi.j.pe. col.iij.vol.ꝛ conſi.lviij.in princ.j.vol. Ro.conſi.xcj.in iij.col.ꝛ conſi.xciiij.in.ij.col.

a ¶ Interdum. Item alia eſt limitatio vt ſi filius ſit inſtitutus ſub conditione qua eueniente ſiue impleta cum impleri poſſit ſine iuſſu fiat aditio. hic eſt text. nota. in.l. in conductis pupillus. verſicu.finali. de condi. ꝛ demon. et hũc tex. inducit Cy. et Dyn. et nouiſſime Bal. quod qui non eſt miles non poteſt aliũ creare militem: et q̃ non eſt doctor nõ poteſt alium doctorẽ creare.ꝛ vide no.per Bar.in.l.j.C.de digni. lib.xij.ꝛ ibi dicit an ille qui non eſt miles: ſed baro: poſſit alium creare militem: ꝛ adde Ange.ꝛ Imol. in.l.apud eum.de manumiſ.tit. generali: vbi querit an imperator poſſit creare doctorem abſq; alio doctore.

ꝙ ſi precedit mandatum alicuius de aliquo faciendo ꝛ tu facias poſtea: licet non exprimas facere te nomine illius: tamen preſumitur ꝙ noie illius feceris: vt hic.ꝛ.l.qui ſeruũ.ſ.de inter roga.act.ꝛ qđ not.in.l.ſi pupilli.§.j.in glo.mag.de nego.geſt.qđ eſt verum q̃tum ad mandantem: qꝛ ipſe habet actionem mandati cõtra facientem: et faciens contra eum: non contra illum cũ quo cõtrahitur niſi hoc ſciuerit.vt.l.ſed ꝛ iulianus.§.j.ſ.ad maced.In ſecundo reſpõſo quero que eſt ratio huius gloſ.ponit ꝛ bñ vt ſtatim dicam legendo eaꝫ. dico ꝙ ratio eſt: quia ſciebat iuſſum reuocatũ.vñ non preſumit̃ facere ex neceſſitate iuſſus. vide gloſ.per te. Dicit glo. ſufficit ſemel fuiſſe vtilẽ.non eſt bona ratio: qꝛ ſi aliquo tpe fuit vtile magis deberet impediri queri adeunti. Dicit glo.ratione iuſſus qđ nihil eſt: ſm Iaco. de

Andre. Poma. ¶ Interdum. Vide Iaſ. in.l.qui ſe patris.j.col.C.vnde liberi.

b ¶ Oppo. Vide Alexan.in.l.emancipati.in. iiij.col. C.de colla.

c ¶ Aduentitium. Ex diſpoſitione aui teſtantis dicũtur bona aduentitia.nota. ꝛ idem tenet gloſſ.parua quam ibi tenet Barto.ꝛ Ange. in.l.queſitum. de legatis.j.et hoc intelligit verum Imol. quando filius eſt exheredatus: ſecus ſi eſſet inſtitutus: per.l. quintus.§.fina.de annu.leg.ſed ſuum dictum forte nõ eſt verum: quia eſt contra gloſſ. in.l. gallus.§.quidam recte.de libe.ꝛ poſthu.dicentẽ qđ ſi pater cum filio a patre: id eſt ab alio inſtituatur quod ſubuenit ipſi filio: ſcilicet nepoti ſibi non queritur: ꝛ ſic profectitium non dicitur ſed aduentitium: ꝛ iſtud teneas niſi expſ ſe contemplatione filij nepoti obuenirent. vt loquitur.l.dedit.de colla.bono.per quam ſe fundat Bar. tenendo contra iſtam gloſſ. Item non obſt. d.l.quintus.§.fin.quia ille tex.loquitur in caſu ſatis diuerſo. Bart.in auten.ex teſtamento.C.de ſecun.nupt.tenet quod in dubio dicatur profectitium. Adde Angel. conſilio.lxxviij.incip.Ioan.philippi.ꝛ Barba. cõſi. xlj.ij.lib.

d Andre. Poma. ¶ Aduerte. Vide Bal.in.l.multum.colum.ij.C.ſi quis alte.vel ſibi. Alexã.conſi.ciij. v.col.iiij.volu.

are.qꝛ actio qđ iuſſu: oritur ex iuſſu precedenti ſecuto contractu vel quaſi: vnde ſi iubens moriatur re integra iuſſus reuocatur ad inſtar mandati.

1 ☞ Nepos filij exheredati quãdo dicatur ſuꝰ auo.
2 Quod nepos habet auo dicitur aduentitium.
3 Filius an faciat heredem patrem remiſſiue.
4 Heres Titij ab inteſtato qui fuit heres Seij ex teſtamento: an dicatur heres ex teſtamento vel ab inteſtato.

a **Interdum.** [a] Si filius in poteſtate eſt alicui heres neceſſarius: facit patrem neceſſarium heredem. ſecus ſi fuit voluntariꝰ. hoc dicit. in verſic.ſed ꝛ ſi quis.pone caſum ſecundũ vltimam lectu.gloſſ.alias examinabo j. b ¶ Oppo.[b] quod nepos nõ eſt ſuus donec pater precedat.vt inſtitu.de hered.qualita.et diffe.§.ſui.ſed hic precedit eum. ergo ꝛc. dicit gl.hic erat exheredatus vnde habetur pro mortuo. ¶ Oppo.quod ſi haberetur pro mortuo nõ poteſt ſibi acquirere filius. Reſpondeo: habetur pro mortuo quo ad quid: ꝛ quo ad quid nõ.
1 ¶ Oppo.extra glo. † quod etiam exheredatus non habetur pro mortuo: vt nepos dicatur eſſe ſuus. qđ patet: quia poteſt p̃teriri. vt.l. ſi quis poſthumos.§. ſi filium.in principio.de liberis et poſthumis. et.l. ſi quis filio exheredato. de iniuſto teſtamen.in princi. Solu.in ſucceſſione contra vel preter voluntatẽ aui nepos filij exheredati non dicitur ſuus: ſed in ſucceſſione ſecundum voluntatem dicitur ſuus. ratio quare viuente filio nepos non dicitur ſuus eſt quia precedit eum pater: nec poteſt dici quodammodo dominus bonorum aui cuꝫ exheredatio ſumat effectũ poſt mortem. vt.l.filium.§.ſed cuꝫ exheredatio.j. de contratabul. vnde auus nõ habet neceſſe inſtituere vel exheredare eum. ſed quando pater inſtituit eum dicitur ſuus ꝛ neceſſariꝰ: qꝛ erat in poteſtate. ¶ Oppo.ꝛ l. re intro gloſſ. quod non queratur patri quo ad proprietatem.vt.l.fi.C.de bo.que liberis. Dicit gloſ. verum eſt hodie: cum aduentitia non querantur.
2 ¶ Nota iſtam gloſ. † quod illud quod nepos habet
c ab auo dicitur aduentitium [c] reſpectu patris. quod dic vt dicam in.l.dedit dotem.de colla.bono.tangemus in.l.queſitum.in princip.j. de lega.j. ¶ Venio ad verſic. ſed ꝛ ſi quis. reuoco in dubium intellectũ huius verſicu. Gloſſa legit quatuor modis. primo in aliquo qui ſit inſtitutꝰ ab aliquo extraneo. dicit Dynus iſtum caſum non procedere: quia non habet dubium: ꝛ intelligit inſtitutum ab extraneo quo ad ſe inſtitutum: ꝛ extraneum quo ad filium arrogantem: vt ab vlti.lectura differat. Alij legunt quod aliquis fuit inſtitutus heres a patre ſuo in cuius poteſtate erat. hec lectu. non eſt vera: quia contra text. ibi: mortis tempore ꝛc. Tertij legunt vt in glo. quam lec.gl. reprehendit ꝛ bene. vide glo: que ſubdit quod filius nõ poſſit bene adoptare. Certe imo poteſt filꝰ qui non eſt in poteſtate. vt in.l.qui liberatus. et.l. ſi pater filium.ſ.de adop. Vltimo gloſſ. ponit vnum caſum verum: qui eſt clarus et poſui legendo literaꝫ.
d ¶ Aduerte[d] principium huius litere facit ad vnum
3 † vtrum filius faciat heredem patrem? Videtur tex. qđ ſic.ibi: patrem enim ſuum ꝛc. dicam in.l.cũ filio.j. de lega.j.ſecundum reſponſum. facit ad aliud: vos videtis ꝙ quis efficitur talis heres per alium: qua-



a ¶ Celſus. Vide no. in lege pomponius.et in lege ne ſennius.de neg.geſt.et limitatur hoc eſſe verum in actibus precedentibus a voluntate mea. tamen ſecus ſi a voluntate mea et alterius.l.j.§.item ſi prediꝛerit.nau.c au.ſtabu.

Andreas Pomate. ¶ Celſus vide Feli. in.c.cũ.M. ferrarieñſis in.j.charta de cõſtitu.

¶ Aduerte qđ Bar. allegat cõtradicere i hoc.§. fin. his que dixit in.l.pacta nouiſſima. C. de pactis. Sꝫ pro ſaluatione bart. vide ꝯcor. poſitã ad d.l. pacta nouiſſima. C.de pact.

Andreas Pomate. b ¶ No.qđ vide bart. in.l.non ſolũ.§. morte.in.iij. colũ.ff.d ope. no.nũtia.

Andreas Pomate. c ¶ No.qđ per actum. Vide Alex. conſi.vij.col.iij.in.iiij.vol.ro. conſi.clxxviij.pe.colũ. Are.ꝛ Alex in.l.ſi ſtipulatus. in princ.ff.de ver.obli.

4 lis eſt ille per quem efficitur. † quod facit ad.q.glo.in lege.iij.in prin. de peti.heredi.ſi ſum heres Titij ab inteſtato qui fuit heres Seij ex teſtamento vtrum dicar ex teſtamento vel ab inteſtato. et determinat eo modo quo prius: pro quo.l.nec intereſt.j.de fidei com.here.pet.

1 ☞ Proteſtatio precedens cõtraria actui ſequenti: facit vt actus ſequens nihil operetur.
2 In conſiſtentibus in pura noſtra voluntate proteſtatio precedens impedit actum ſequentem.
3 Proteſtatio ad hoc vt impediat actũ fiendum quando requirat patris preſentiam.
4 Cauſa quando requiratur in proteſtatione.
5 Per actum ſequentem contrariũ proteſtationi qñ tollatur proteſtatio. c
6 Timens quis ne cogatur contrahere cautela eſt Dyn.quod clam proteſtatur: quod ſi facit non facit voluntarie: et an talis cautela ſit bona. d

a **Celſus.** [a] Proteſtatio † p̃cedens actui ſequenti ꝯtra facit
1 vt ſubſequens actus nihil operetur.
2 hoc dicit ſecundum Dy. ¶ † Nota ꝙ in his que cõſiſtunt ex noſtra pura voluntate: proteſtatio precedens impe-
3 dit actum ſequentem. ¶ † Nota qđ [b] in dictis caſibus quando fit proteſtatio non requiritur partis preſentia: vſ
b quod ei innoteſcat: vt hic: ꝛ in glo. dũ dicit clam. ſed ſi eſſet celebrandꝰ actꝰ qui penderet ex voluntate mea et alterius: tunc proteſtatio debet innoteſcere parti: alr̃s nil valeret. vt.l.fina.§. item ſi prediꝛerit.naute caup. ſtabu. et.l.ſi fideiuſſor.in princip.ſ.manda. ꝛ.l.actione.§.renuntiare.ſ.pro ſocio. et.l.j.in princi.de liber.agnoſcen.tangitur per docto.in.l.pacta nouiſſima.
4 ſ.de pactis. ¶ † Nota ꝙ in proteſtatione nõ requiritur cauſa: quod in caſibus predictis intellige: ſcilicet in eo quod in noſtra voluntate ſola conſiſtit: vt hic. ſufficit enim pro ratiõe voluntas. vt.l.quia poterat. ad trebellia. alr̃s requireretur cauſa. vt.l.ſi hominem.ſ.mandati.ꝛ.l.j.C.debi. ven. pign.impe.non poſ. ¶ Nota qđ per actum [c] ſequentem contrarium proteſtationi non videor a proteſtatione recedere [d]: vt hic. ratio: qꝛ ille ſequẽs actus pendebat a mea ſimplici voluntate: que voluntas preſumitur abeſſe propter proteſtationẽ: ſecus ſi actus ſequẽs pendebat ex volũtate mea ꝛ alterius. vt.l. cũ in plures.§. locator horrei.ſ.loca.ꝛ.c. ſolicitudinẽ.extra de appel. ſicut enim propoſitũ meũ in mente retentum non nocet cõtrahenti mecum. vt.l.ſi repetendi. C. de condi.ob cau. Ita nec talis proteſtatio facta clam que ei non innoteſcit. et aduerte ad illud quod dico: quod

d ¶ Recedere. Angel. ponit vnum dictum valde not. allegando Innocen.in.c.perlatum.quod metus cauſa.ꝛ in.c.cauſam matrimonij.de offici.delegati. vbi dixit: quod ſi metus adfuit tempore contractus a tyrãno illatus: poſtea trado rẽ ex interuallo: an videatur ſubeſſe metus: ꝛ dicit qđ ſic: qꝛ nõ videtur purgatus metus poſtq̃ ſuberat eadẽ cauſa timendi. et ibi allegat ideꝫ in proteſtatione: ꝛ refert. pone ꝙ quidã fuit tortus nullis precedentibus indicijs. poſtea notarius ex interuallo ſcribit: ꝙ ſpõte cõfeſſus fuit reꝰ: an dicatur falſum ſcribere: ꝛ dicit ꝙ ſic: quia cum iudex poſſit iterum torquere: ꝛ ſic ſubeſſet eadem cauſa timoris non eſt verum illum ſponte cõfeſſum: imo metu tormentorum videtur confeſſus. ideo officiales practicant quod aliqui notarij non adſint in tortura. ſi vero proceſſit tortura precedentibus indicijs legitimis. tunc ſi ex interuallo confiteatur dicit̃ ſponte facta: et operatur aliquid. de hoc vide Bartolum. in.l.prima.§.vltimo.et ibi dixi de queſtioni. et Bald. in.c.primo.§.iniuria.de pa.iura.firmã. Iacob.butri. Bald.et Angelus in.l. ſecunda.C.quod metus cauſa. Bal.in.l.prima.in.viij.colum.C.ne ex deli.defun. vide imol. in dicta.l. j.§.vlti. de queſtio. et videtur probari ibi doctrina Angel. et ibi etiam vide Bart. vt refert Imol. in dicta.l. prima. fuit dictum Gandini in ſuo tractatu maleficiorum. in ca. de tormentis. ſub rubri. vtrum cõfeſſio facta ab eo qui tortus eſt nullis precedentibus indicijs valeat. et iſtud dictum ſequitur Salice.in.l. ij. C.de cuſtodiendis reis. idẽ Petrꝰ de Ancharano in clemen.j.de homici. idem Angelus in tractatu de queſtionibus. et idem voluit Petrus de ancharano in conſil.xxiij.incipiente: in Chriſti nomine viſa inquiſitione. vbi dicit vnum aliud: videlicet quod ſi apparet illum fuiſſe iniuſte carceratum et poſtea confeſſum non dicitur: nec dici poteſt confeſſio legitima: nec ex ea condemnatus eſt. allegat legẽ nouiſſime. et quod ibi voluit Baldus.ff. quod fal. tuto. autoritã. bene facit lex qui in carcerem.ff. quod metus cauſa. et quod ibi Bartolus contrariam opinionem voluit Baldus in.l.vnica.C.de cõfeſſis. et etiam idem tenuit Petrus de leaꝫa.in commento.capitu.grauis.ad finem.de depoſito. et predicta opinio Angeli communis eſt. Ego adduco l.maritus.cum gloſſa quam ibi notat Bartolus de queſtionibus. et Baldus et Romanus in conſilio clxviij. ſequitur opinio Angel. et facit mentionem de contrarietate Baldi. et ad predicta vide gloſſam in.l.vt debitum.ꝛ ibi notat Baldus.C.de hereditã.actioni.

¶ Largioꝛ fieret. Cõtrarium tenet Bal. in. l. pacta nouiſſima. C. de pactis. per. l. ſi ita ſcriptũ. ⁊ ibi Ang. de lega. j. ſed Innocen. in. d. §. moꝛte. ⁊ in. c. cum. M. ferrarieñ. de conſti. dicit quod obſtare videtur text. in dicta. l. ſi ita ſcriptum. et ad illum reſpõdet meliꝰ: facit text. in. l. ſi qs in pricipio teſtamẽti. al's in. l. ſi quis. §. qui teſtamẽto de lega. j. a Bar. in. d. l. pacta nouiſſima. fa 5 cit quãdã diſtinctionem cum opi. Bart. concoꝛdat dñs And. in. d. c. cuz M. ferrarieñ. de cõſtit. et ibi etiã Imo. et Imo. in d. §. moꝛte et Imo. in lege quoties. §. ſed ſi cum. de here. inſti. et Pau. de caſtr. in. d. §. locatoꝛ hoꝛrei. vbi ponit vnã diſtinctionem quam repꝛobat i l. pacta nouiſſima. pꝛealleg. ⁊. d. §. moꝛte.

b ¶ Item reperitur. Et vide Angelum. in. l. moꝛa. ſ. de vſur. vbi tenet iſtam theoꝛicam. et ibi refert quendam egregium ſic deciſiſſe per iſtum textum. qui ſecundum eum eſt ſingularis. et vide eum in dicta. l. moꝛa. et hic Adde ad Moderniores hic. Andreas Barbatia.

c ¶ Non eſt bonum. Sed Bald. ⁊ Imol. hic ſuſtinẽt iſtud dictum Dy. niſi ſubeſſet eadem cauſa timoꝛis. alleg. no. per Inno. in. c. pꝛimo. quod metus cauſa. et in. c. cauſam matrimonij. de offic. delega. ⁊ no. Bart. in. l. ſi ob turpem. C. de condictio. ob turp. cau. ⁊ in. l. ſecunda. quod metus cauſa. iſtud dictum non puto verum: quia aut in veritate pꝛobatur de iuſto metu tyꝛanni: et iſte metus eſt ſufficiens ad reſcindendum contractum abſq; pꝛoteſtatione: aut non pꝛobatur de iuſto metu: ſed ſolum de pꝛoteſtatiõe clam facta: et tunc iſta non eſt ſufficiens ad reſcindendum cõtractum dependentem a voluntate duoꝛum. Paul. de caſtro ſentit iſtud qđ dixi ⁊ vult conari ſaluare Bal. et ſua ſaluatio nihil valet: attento quod in actibꝰ dependentibus a voluntate duoꝛum nihil valet pꝛoteſtatio. ⁊ ſic non facit abeſſe conſenſum. l. j. §. renuntiare pꝛo ſolu. l. j. de liber. agnoſcen. dicit tamen Paul. quod tunc ꝓteſtatio facit abeſſe conſenſum quando qs metu tyꝛanni non audebat pꝛoteſtari. alle. not. ꝑ bal. in. l. clari. C. de fideicommiſ. et in. l. ij. C. de his qui ꝑmet. iudi. non appe. et ſic bene cõcedo qđ iſta limitatio ꝓcederet quãdo iuſte timeretur tyꝛãnus ⁊ clã pꝛoteſtaretur. et non qđ glo. hic pꝛobat qđ qñ actꝰ eſt metu factꝰ nõ eſt opꝰ ꝓteſtatione vt actꝰ dicat nullus. de quo vide Raphã. hic qui dicit quod imo eſt neceſſaria. et alle. dictum Bal. in rubꝛi. C. ſi quis ali. teſta. pꝛohibue. ſed voluit euz allegare in tractatu ſchiſmatis. in. xij. colum. vbi tenet qđ eſt neceſſaria pꝛoteſtatio. ſed Raphã. dicit qđ non requiritur pꝛoteſtatio qñ actus cõſiſtit in faciendo: ſecus ſi in omittendo. et ſic loquit c. ſi iuſtus metus. de appel. ⁊ dicta. l. ij. C. de his qui per me. iudi. quia aliàs ſequeretur qđ nunq̃ foꝛet ſuccurſum meticuloſo qui metu tyꝛanni vẽdidit niſi pꝛoteſtaretur: ⁊ an requiratur pꝛoteſtatio qñ non facio actum metu: vel aliquo impedimento tetigi in repoꝛtatis in. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi pꝛetoꝛi. de ope. no. nuntia. inquantum tenui contra Bar. in. l. ij. ff. ſi quis cautionibus.

Andreas Pomate.

d ¶ Nil operaret. Vide clariꝰ pꝛacticã Papiẽſem in foꝛma libelli opponit contra iudicem ſuſpectum in gl. in ver. pꝛoteſtando in. iiij. col. verſi. ⁊ per hoc patet. vide Bar. conſi. xliij. iij. col. j. volu.

talis pꝛoteſtatio facit pꝛeſumi volũtatem abeſſe: intelligitur de actu qui ſtatim ſequitur poſtea; ſecꝰ ſi ex interuallo magno. argu. l. per retentionem. C. de vſuris. et ideo ad hoc vt hoc eſſet: eſt neceſſe qđ pꝛoteſtatio largioꝛ fieret.[a] ſcʒ ſi aliquo tẽpoꝛe per me fieret aliquis actus per quem induceretur aditio ex nunc pꝛoteſtoꝛ me non facere animo adeũdi. ¶ † His pꝛemiſſis venio ad glo. et oppono quod aditio valet ſed reſcinditur per actionem qđ metus cauſa. vt. l. ſi mulier. §. ſi metu ij. ſ. quod metus cauſa. Gl. ponit plu- b res ſolutiones. illa eſt vera ſolu. quod 6 hic non adiuit: quod apparet ex pꝛoteſtatione per quam pꝛeſumitur voluntatem abfuiſſe. et hoc vult dicere glo. dum dicit hic fallens ibi non. ¶ Op. c quod metus verboꝛum non ſit iuſtus metus. Solu. eodem modo quo. ſ. qa hic nõ adiuit: nam ſi adiuiſſet metus non fuiſſet iuſtus. ¶ Oppo. C. eodem d l. cum aliquis. Sol. dicit glo. ibi per iudicem cogitur. ſicut. j. ad trebellia. l. nam quod. §. qui compulſus. Aduerte quod quando actus pendet ex mera mea voluntate: tunc eſt verum qđ pꝛoteſtatio impedit actum ſequentẽ. ſed quando quis poteſt cogi adire velit nolit et iuſte cogitur: tunc pꝛoteſtatio pꝛecedens nil operatur. ¶ Oppo. j. ſi quis omiſſ. cau. teſta. l. j. §. j. Dic vt in glo. ratio ſolutionis eſt: quia dominus poteſt iuſte cõpellere. vnde quantum ad dominum aditio non ſtat in libera poteſtate ſerui: et ſic nihil releuat pꝛoteſtatio: ſed quãtum ad extraneum ſic. ¶ Opponitur de. l. ſi patre. de ritu nuptia. Gloſſ. non ſoluit. Dy. dicit: quod ibi loquitur de coactione reuerentiali: quod nil videtur: qꝛ etiã coactio reuerẽtialis inducit reſciſſionem actus. vt. l. pꝛima. §. que oneran- de. quarum rerum act. non da. Dic ergo quod ibi non erat actus qui pendebat ex nuda voluntate facientis. Item nulla pꝛeceſſit pꝛoteſtatio. Itẽ reperitur[b] in quibuſdam aditionibus Dy. qđ per hanc legem cõſuluit † qđ ſi aliquis timebat ne cogeret ab alio cõtrahere: conſilium eſt qđ pꝛoteſtetur clam qđ ſi facit non facit voluntarie: hoc conſilium nõ eſt bonũ[c]: quia hec lex loquitur in his que pẽdent ex voluntate contrahentis tantum: ſed ſi poſtea celebꝛaretur contractus cũ alio nil operaretur[d]: vt dixi. nec per hanc pꝛoteſtationem pꝛobaretur metus. vt. l. metum. C. quod metus cau. et de materia pꝛoteſtationis dixi in l. non ſolum. §. final. de operis noui nuntia.

## Si quis filium.

Vulgaris ſubſtitutio expirat ſi per inſtitutum alteri hereditas acquiratur. hoc dicit.

¶ Opponi. quod ſit locus ſubſtitutioni cum filius non ſit heres: ſed patrem heredem facit. vt per. l. pꝛi. §. interdũ. Sol. vt ſubſtitutus excludatur ſufficit qđ inſtitutus ſit heres vel aliꝰ eiꝰ miniſterio. vt hic. ⁊. l. ſi pater. ſ. de here. inſti. ¶ Querit glo. an hoc ſit verum: ſiue teſtatoꝛ ſciebat: ſiue ignoꝛabat eũ filiumfamilias. dicit gloſ. ſi ignoꝛabat habet locum diſtinctio. l. ſi pater. ⁊ hanc glo. tenet Iaco. de are. Pe. tenet contrarium vt refert Cy. in. l. cum pꝛoponas. C. de heredi. inſti. dicam in. l. cum filio. j. de leg. j. tene menti hanc gloſ. quod diſtinctio. l. ſi pater. de here. inſti. que loquitur de ignoꝛante quem ſeruum: habet locum in ignoꝛante quem filiumfamilias.



1 Leges diſponentes hereditatem non ãgnitaʒ tranſmitti intelligũtur vt ille in quem tranſmittitur poſſit adire vel repudiare.

2 Si filius decedit ſciens ſe neceſſarium quod etiam tranſmittat beneficium abſtinendi.

3 Filius quando poſſit ſe ab hereditate paterna abſtinere et auitam habere.

a **Sed et ſi filius.** [a] Suus hereditatẽ patris non agnitam tranſ-

1 mittit cum beneficio abſtinendi. h. d. ¶ † Nota qđ omnes leges que dicunt hereditateʒ non agnitam tranſmitti: debent intelligi: vt ille in quẽ tranſmittit poſſit adire vel repudiare: immiſcere vel abſtinere ſicut defunctus poterat: vt hic. ⁊ not. in. l. j. C. de his

2 qui ante aper. tab. ¶ Quero † qđ ſi deceſſerit ſciẽs ſe neceſſarium? Gloſſa reſpõdit idem: niſi immiſcuerit. tunc enim non haberet beneficium abſtinẽdi heres ſicut nec defunctus. vt infra pꝛoxi. §. pꝛo hoc facit tex. in. l. cum antiquioꝛibus. C. eodeʒ. vbi dicitur illud fuiſſe reſponſum per Paulum iuriſconſultum cuius eſt hec. l. ⁊ ſcḋm hoc hic debetis habere gl. quẽ dicat idem ſi non ignoꝛauerit. alias glo. eſt ſine nõ. et male: quia non eſſet diuerſus caſus ab eo qui po-

3 nitur in litera. ¶ Querit gloſ. quid † ſi velit abſtinere a paterna hereditate ⁊ habere auitaʒ? an poſſit?

b Glo. dicit quod ſic[b]. iſta glo. diceret verum tenẽdo illam opi. qđ hereditas patris non agnita nõ tranſmittatur ad extraneos: qđ tenet gl. in. l. ſi infanti. C. eo. ſed tenendo illam opinionem veriorem qđ hereditas patris per ſuum tranſmittatur ad quoſcunq;. hec glo. non pꝛocedit. naʒ ſi nepos abſtineret ſe ab hereditate paterna: illa hereditas vadit ad auum: et ille auus poteſt adire auitam: cuʒ filius decedẽs illam tranſmiſerit ad quoſcũq;: ⁊ hoc bene tangitur in. l. qui ſe patris. C. vnde lib. ⁊ ibi per Cy. in ver. illa exempla repꝛobantur. d. vero. l. qui ſe patris: debet intelligi qñ filius ab hereditate paterna erat penitus excluſus vnde eaʒ nõ poterat tranſmittere. hoc autem an hereditas patris nõ agnita tranſmittat. dicemus plene in. l. ventre. j. eodem.

1 Heres heredis an ſit heres teſtatoꝛis.

2 Heredis appellatione an compꝛehendatur extraneus. remiſſiue.

3 Heredum appellatio an poꝛrigatur in infinituʒ ad quoſlibet ſucceſſoꝛes: an intelligatur de pꝛimo tantum.

4 Libellus dico me heredeʒ Titij pꝛocedit: licet ſim heres heredis Titij.

c **In omni.** [c] Hereditatẽ agnitam per defunctum non poteſt heres eius repudiare. hoc dicit. ¶ Nota † quod qui

1 eſt heres heredis teſtatoꝛis eſt heres. Glo. dicit qđ hec regula fallit in caſibus. ¶ Pꝛo cuius declaratione debetis ſcire qđ circa hoc occurrunt

2 duo dubia. Et pꝛimo † an appellatio heredis poꝛrigatur tantuʒ ad filios: an ad quoſcũq; extraneos. de quo in l. ex facto ſi. ad trebellia. diximus in l. gallus. §. nunc de lege. ſ. de liber. et

3 poſthu. ¶ Secundo dubitatur † an appellatio hereduʒ poꝛrigatur in infinitum ad quoſlibet ſucceſſoꝛes an vero intelligatur de pꝛimo tantum? De hoc etiã diximus in. d. §. nunc de lege. in pupillari tamen ſubſtitutiõe facta ꝑ hec verba: quiſquis mihi heres erit: ſit heres filio meo. nõ intelligitur eſſe heres defuncti niſi q̃ ei eſt heres ex diſpoſitione ſua: vt. l. quis liberis. §. hec verba. de vulg. ⁊ pupil. ⁊ l. ſciendum. de verb. ſigni. ¶ Quero

4 ſi ſuʒ heres † Titij per mediam perſonam alterius: an ego habeam neceſſe hoc in libello expꝛimere: an ſufficiat ſi dicaʒ ſimpliciter me heredẽ Titij? Doc. in. l. ſi. C. de hered. inſtitu. dicunt q non eſt neceſſe: qđ eſt verũ. alleg. pꝛo hoc caſum. l. paterfa. de vulga. et pupil.

1 Stãte ſtatuto qđ mulier nõ poſſit contrahere: an poterit hereditatẽ adire.

* **Mor.** Qui non poteſt ſe obligare nõ poteſt adire. h. d. Hec. l. in mõ legẽdi aliquã varietatẽ hʒ tñ oẽs

a ¶ Sed et ſi filius. Vide hunc text. allegatum per Barto. ad nota. q. in. l. is poteſt. in penul. colum. infra eodem.

b ¶ Glo. dicit qđ ſic. Bal. in. l. qui ſe patris. vnde libe. tenet idem qđ gl. iſta ſed repꝛehenditur. de quo vide q̃ ibi dixi in. xix. col.

c ¶ In omni. Vide hũc tex. allegatum ꝑ bartol. in. l. is poteſt. in penul. q. j. eo. ⁊ inducit hoc ad queſtionẽ per Rom. de qua per Bal. in. l. ſi. de here. inſtituen. ⁊ Barto. in conſi. incipiente: Andreas Martini teſtatoꝛ grauauit heredẽ ad cõſtruẽdaʒ capellã ſub pena: an tranſeat ad heredem heredis: ſcḋa tamen diſtinctione an ſub nomine pꝛopꝛio an appellatiuo: et an pꝛeceptũ de nõ alienando aliquam rem tranſeat ad heredem heredis. de quo per Bartolum in lege lucius. §. ſempꝛonie. de legatis tertio. vbi diſtinguit. vide etiam notata per Bartolum et Imo. in. l. filiuſfamilias. §. diui. de legatis pꝛimo. et Bal. in. l. ſecunda. C. qui. ad liber. pꝛocla. non poſ. per Salice. in. l. voluntas. C. de fideicommiſ.

* Pꝛo concoꝛdia. Aduerte quod Bartol. allegatur per docto. vitio contradictionis inuolutus: pꝛout ſentit dominus Iaſo. in. §. omnium. inſtit. de actio. circa illud videlicet an in ciuitate vbi ſtatuto cauetur: quod mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu ſuoꝛum pꝛopinquoꝛum poſſit mulier adire hereditatem. et Bartol. in lege apud iulianum. §. final. ff. ex quibus cauſis in poſſeſ. eatur. tenuit aperte qđ ſic: quia adire non eſt pꝛopꝛie contrahere. vt pꝛobatur in dicto. §. fina. et in lege ex maleficijs. §. heres.

ff.de actio.⁊ obl.Sed ſtatuta debent capi in ꝓpria ſignificatione:ergo ⁊c.Contrarium tamen allegat in hac.l.more.referunt doc.in.l.mutum. hoc tit. Et intellige ſi ſtatutum loquitur de contractu:ſecus ſi de obligatiõe.de quo per Raph.in hac.l.more.Tu a dic qđ barto.non eſt ſibi cõtrarius:q2 verior eſt opinio quã tenet in.d.§.fi. Nec ob.quod hic dicit in hac.l.more. eo quia hic non firmat pedez:imo gratia diſputationis arguit pro vtraqȝ parte:vt ergo euitetur contrarietas que eſt vitanda inquantum fieri poteſt.l.vnica.C.de inoffi.do.cum ſi.eſt dicendum quod Bar.potius gratia diſputationis qȝ quod mutauerit opi.

1 lectu.tendunt ad idem: ſcđm primã. Primo ponit vnum dictum. Secundo aliud ſimile.Tertio modo poteſt legi ⁊ melius. Primo ponit vnam regulam generalem.Scđo infert ad b

Andreas Pomate.

a ¶ Sed quero.Vide Roma.ſing.cxvj.al's.xvj.Iaſo.in.l.barbarius.iij.col.ff.de off.preto.vbi tenet qđ iſtud procedat etiam in contractu.⁊ vide Ange.de are.in.§.heres.hic alle.Roma.cõſi.xij.⁊ cõſi.ccviij. Panor.in.c.qua fronte.iij.col.de appel.

b ¶ In contrarium.Contrarium tenet Ange.hic.et idem Bar.in.l.apud iulia.§.fi.qui.ex cau.in poſ.ea. et in.l.labeo.§.contractus.de verb.ſig.vide que dixi.ſ.in.l.mutum.vbi allegaui Abb.in.c.qua fronte. de appella.Adde quod iſtud in ſimili decidit Bal. in lege contractus.de fide inſtrumen.in ſecunda colum.idem Bald.in.l.ſi donatione.quod met.cau.⁊ in.l.ſiue apud acta.in prima colum. C.de tranſacti. vbi ſtatutum loquens in contractu:non habet locũ in liberatione.vnde male videtur loqui Bald.in rubri.de pactis.et melius locutus eſt Barto.et poſt eum Angel.in lege ſi vnus.§.pactus ne peteret.ff. de pact.bene facit deciſio Imo.in.l.ſtipulationum alie.de verborum obligatio.vbi dicit qđ ſtatutum loquens de contractu non habet locum in ſtipulatione:quia non eſt proprie contractus,et vide Baldum in lege pactum quod dotali.in vltima colum. C.de colla.tamen eſt verior Bartol.opi.et ipſemet Bald.tenuit contrarium in dicta.l.ſiue apud acta. videatis not.per Bartol.in.l.tertia.§.contrarium. ſupra de contrario iudi.tute.et in.l.tres fratres.de pactis.et in.l.iuriſgentium.in princip.in prima colum.eodem titulo.Salice.in.l.prima.C.de pact.et ad materiam videndus eſt Bal.in.l.prima.in principi.de contrario iudic.tute.vbi dicit quod ſtante ſtatuto:qđ mulier non poſſit ſe obligare ſine conſenſu propinquorum non habebit locuȝ ſi mulieris negotia adminiſtrauerit aliquis et mulier eſt effecta locupletior ex ea.ideo dicit Raph.quod ſtante dicto ſtatuto nõ intelligitur de obligatione:qua quis eſt locupletior effectus.l.tertia.ſ.commod.et.l.pupillus.de auto.tuto.idem etiam qđ non intelligitur de obligatione que ex quaſi delicto naſcitur.et vide in materia Angel.in.l.cum in vna.§.tutor pupillo.de appellatio.Adde que conſuluit Romanus conſilio cccclxiij.ſcilicet quod ſtante ſtatuto quod minor non poſſit ſe obligare ſine certa ſolennitate:quod ſi ſe obligauerit vtiliter abſque illa ſolennitate

ſpeciem.et ſic poſui ſummarium.⁊ ſecundum hanc lecturam quam poſui:eſt caſus queſtionis de ſtatuto prohibente mulierem obligari ſine conſenſu conſanguineorum:vt non poſſit hereditatem adire ſine cõſenſu eorum. ¶ Sed quero[a] quid ſi ſtatutum dicit†quod mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu conſanguineorum:an poſſit adire hereditatem? Et videtur qđ ſic:quia adire non eſt cõtrahere:ſed quaſi contrahere.vt.l.apud iulianum.in fi.ex quib,cau.in poſ.eatur.et.l.ex maleficijs.§.heres.de acti, et obl.In contrarium[b] videtur:quia pro contractu accipitur omnis obligatio.vt.l.omnem.ſ.de iudic. ¶ Quero.hic loquitur de pupillo.quid de adulto? videbitis in.l.impuberibus.in fi.j.eo. ¶ Quero qñ pupillus eſt ſuus vtrum habeat beneficium abſtinendi.dic vt in gloſſa.

**Impubes.** Seipſum ſummat. ¶ Opp.extra glo.adeundo quis obligat. vt.ſ.l.proxi.ſed patria poteſtas nõ eſt ſufficiens ad obligandum.vt.l.fi.§.j.de verbo.obli.ergo ⁊c.Solu.in illis caſibus in quibus filius tãtum obligatur autoritas patris non eſt ſufficiens.vt in contrario. Sed vbi agitur de querenda hereditate que patri debeat queri in totum ſecundum iſta tempora:vel hodie quo ad vſumfructum:⁊ ſic pater eſt legitim⁹ adminiſtrator:tunc patria poteſtas eſt ſufficiẽs:vt hic.et.l.ſi infanti.C.eodem.declaraui in dicta.l.fiñ. §.proximo.

1 ☞ Qualiter dicamus ſcire.⁊ quod ſcire cadat in pupillũ.

2 Hec lex habet locũ in pupillo proximo infantie.

3 Tutor ſolus non adit pro pupillo.

4 Furioſus an poſſit adire:vel curator pro eo.remiſſiue.

5 An pupillis ad adeundum ſufficiat curator.remiſſiue.

6 Tutor ſolus petit bonorum poſſeſſionem pro pupillo.

**Pupillus.** Pupillus poteſt cuȝ tutoris autoritate hereditatem adire.h.d.Primo declaremus tex.quid vult dicere cauſam acquirende hereditatis non intelligat? Reſpondeo ideſt non intelligit vtrum ab inteſtato vel ex teſtamẽto ſibi tanqȝ voluntario:aut neceſſario:deferatur hereditas.iſta enim dȝ ſcire heres.vt 1 l.is poteſt.⁊.l.is qui putat.j.eo. ¶ Quero†qđ vult dicere iſte tex.nec eñ ſcire:nec diſcernere talis etas poteſt? Rñdeo:ſicut in iudicio primo fit examinatio:poſtea iudicatur.ita in intellectu noſtro primo fit examinatio:poſt examinationẽ iudicat intellectus.iſta examinatio dr diſcernere.iſtius nõ eſt capax pupillus.Item ſcire dicimur id qđ per cauſam cognoſcimus:⁊ per hãc examinationeȝ factam:vel cum nobis:vel cum alio.vt in.l.in bonorum.de bo. poſſeſ.illud ſcire nõ habet pupillus.⁊ hoc vult tex. cum dicit:nec ſcire nec diſcernere poteſt. ¶ Quero quid vult dicere:non ſcit magis quã furioſus? Reſpond.illud ſcire qđ procedit ab illa examinatione quam.ſ.dixi:ſicut nec cadit in furioſũ:ita nec in pupillũ:ſed vnum ſcire ſumptum magis largo modo cadit in pupillũ quod non cadit in furioſũ. ſcit enim



qđ bonum eſt habere aliquid:⁊ malum nõ habere: et quedam multa vniuerſalia que habentur ſine examinatione.⁊ ideo pupillus naturaliter obligatur q̃

2 in furioſo non cadunt. ¶ †Item intellige hanc.l.in pupillo qui nõ eſt proximus pubertati:ſed infantie. quod innuit text.dum dicit ſi fari poſſit al's ſi eſſet proximus pubertati poſſet ſcire ⁊ cognoſcere.eſt eñ doli capax.vt in.l.j.§.an in pupillum.ſ.depoſi.⁊ de c noua.l.j.in fi. ¶ Quero quid in infante.Dic vt in gl.

3 ¶ Quero†vtrum tutor ſolus poſſit adire ꝓ pupillo? Glo.dicit qđ non.⁊ bene.C.e.l.potuit. ¶ Quero

4 †vtrum furioſus poteſt adire hereditatem vel curator pro eo:dicet.j.de bo.poſ.infan.dela.l.j. ¶ Que-

5 ro†vtrum curator ſufficiat ſcilicet pupillo ad adeundam hereditatem? Dic vt in.l.cum in vna.§.tutor.

6 de appel. ¶ Querit glo.†an ſolus tutor poſſit petere bonorum poſſeſſionez:⁊ dicit qđ ſic:vt.l.tutor.de bo.poſ.cõcordat gl.in l.impuberi.ſ.de tuto.⁊ cura. da.ab his.⁊ in.d.l.potuit.C.eo.Contrarium not.C. qui admit.ad bono.poſ.l.bonorum.vbi dicit idẽ in bonorum poſſeſſione qđ in hereditate.ſed hãc glo. cum ſi.tenẽt Cy.⁊ omnes.

a **Impuberibus.** [a] Hec lex ſeipſam ſummat. b et gloſ.legit eam ita bene quod non eget ſuppletione:ponit enim vnã opi.Placen. quam reprobat:poſtea ponit veritatem ex qua collige breuiter ſic,aut loquimur de impubere:aut de adulto.Primo caſu:aut ſe non immiſcuit:⁊ ſine dubio poteſt ſe abſtinere:aut ſe immiſcuit:et tunc aut ſine tutore:et idem:aut cum tutore:et non poteſt ſe c abſtinere niſi per reſtitutionem:aut loqĩmur in adulto:⁊ tunc aut non habebat curatorem.⁊ ita loquitur hec.l.quia ita demum poteſt ſe abſtinere ſi non ſe immiſcuit:ſed ſi ſe immiſcuit nõ poteſt ſe abſtinere niſi per reſtitutionem:aut habet curatorem:et tunc diſtinguo vt in pupillo.in prin.dicitur:quia aut cum eius autoritate:aut non.

**Si quis ſe.** Suus qui ſe nõ immiſcuit poteſt abſtinere beneficio pretoris edicti ſine aditione iudicis.h.d. Hanc legem declarabo.j.eo.l.neceſſari⁹.

1 ☞ Bonorum poſſeſſio quãdo poſſit peti pendente conditione.

2 Conditio poteſtatiua in perſona heredis poteſt eſſe duplex:et que ſuſpendat aditionem et repudiationem.

3 Repudiatio facta pendente conditione non valet poſtea cõditione exiſtente poterit hereditas adiri.

b **Is qui heres.** [b] Illa hereditas repudiatione amittitur que poteſt adiri.ſecus ſi adiri non poterit.h.d. ¶ Oppo.qđ illa determinatio hoc ita veruȝ eſt:nõ ſit neceſſaria ⁊ includebatur in verbo delata.ſ.poſito.vt.l.delata.de verb.ſig.Sol.vt in.j.glo. ¶ Oppo.qđ poſſit repudiare.j.de cura.bo.dan.l.j.et in.l. in plurium.j.eo.Sol.gloſſ.no.ibi coram iudice:ſed extra iudicium ſecus vt hic.Idem no.in.ll.contrarijs. ¶ Oppo.de.l.nec is.§.primo.j.eo.Sol.gloſſ. per.illud.j.eod. ¶ Oppo.de.l.j.C.de pactis.Sol. per pactum:poteſt quis ſe obligare:et renuntiare

quod valet contractus.⁊ quod ipſe conſuluit conſi. cccclxiiij.ſcilicet qđ mulier prohibita ſe obligare ſine conſenſu ſuorum conſanguineorum:poterit maritum liberare de fructibus rerum paraphernaliũ: quia per hoc non efficitur pauperior.

hereditati delate ſibi ſub conditiõe. c non ſimplici[c] renuntiatione. ratio-

a ¶ Impuberib⁹.ange.dicit q gl.hic inepte loquitur.tamen dicit qđ Bononie omnes maiores.xxv. annis appellãtur puberes.⁊ dicit Rapha.qđ neſcit an de facto ita dicatur Bonoñ.imo dicit quod poteſt gloſ.excuſari vt in puero centum annorum. alle.l.pueri.de verbo.ſignifica.⁊ tex.ij.q.vij.preallleg. vbi allegat puerum centum annorum maledictuȝ. quis dicatur puer paruus.vide.l.fina.et ibi Bal.C. de infan.expo.et quis dicatur puer:iuuenis:adoleſcens ⁊c.vide Cy.in.l.ſi infanti.C.de iure delibe.et Angel.in.l.quidam ita.ad trebel.et in.l.non aliter. §.j.de lega.iij.vbi bonus text.et Bal.in.l.prima.C. de emen.propin.

b ¶ Is qui heres.No.ſecundum Pau.de caſt.dicentem hic in fi.prin.in ver.⁊ ſi in arbitriuȝ probari qđ ſi quis fuerit inſtitutus ſub conditione poteſtatiua et ea pendente dixerit nolle conditionem implere: non videtur per hoc repudiare.⁊ ſic poterit poſtea adire.l.nec is.§.j.j.eo.et ibi Bar.et ſic eſt tex.opti. pro eo de quo dubitauit ra.in.l.ſuus quoqȝ.§.ſed ſi filio.de here.inſti.

c ¶ Non ſimplici.Non valet renuntiatio iuri de futuro.dicebat tamen Raph.hic no.ſe putare qđ cuȝ iuramento valet talis renuntiatio.alleg.Barto.in l.is poteſt.j.eo.tamen Barto.ibi non dicit hoc:ſed hoc confirmo:quia dicimus qđ iuramentum habet vim clauſule ſi non valet ⁊c.l.cum pater.§.filius matrem.de lega.iij.ſed ſi fieret preſenti talis renuntiatio valeret in vim pacti.ergo ⁊c.idem videmus in ſimili.q.mota per Pet.de ancha.in.c.qȝuis.de pac. in.vj.an ſi filia renuntiauit future ſucceſſioni patre abſente ſecundum formam.d.c.quãuis.an valeat.⁊ dicunt doc.per.d.l.j.C.de pact.non valere.et maxime Pet.de ancha.tamen ex quo alleg.illam.l.j.vbi pactum fuit inter fratres factum videtur de mente eorum eſſe intelligere qđ ſaltem fuerunt aliqui preſentes qui illam renuntiationem acceperant qȝuis pater abeſſet:et per conſequens non valuit:quia inducebatur votum captande mortis:ſed in caſu noſtro non erat preſens ille per quem inducebatur tale votum et ſic illa deciſio non obſtabit.facit etiam pro dicto Raph.quia iuramentum quoties poteſt ſine interitu ſalutis eterne ſeruari ſeruandum eſt.c. ſi vero.⁊.c.cum cõtingat.de iureiu.Item facit quia per iuramentum abſenti ius queritur.ſm gl.ſingu. in.c.quoties cordis.j.q.vij.quã alle.Bar.in rub.C. res inter ali.acta.⁊ in.l.pactum qđ dotali.C.de colla.et ego dixi in.l.ſtipulatio iſta.§.ſi ſtipuler.ff.de verbo.obli.ſi ergo ius queritur abſenti ac ſi fuiſſet preſens:valet illa renuntiatio tanqȝ pactum liberatorium:per.l.primam.C.de pact.cum ibi not.teneatis menti:quia non memini me legiſſe iſtud dictum alibi.

⁓Andreas Pomate.
a ¶ Cōtrariū. Idem tenet bar. in.l.j.in. ij. col. C. qui admit.
⁓Andreas Pomate.
b ¶ Sed q̃ro. Iſtū tenet Alex. i l. legatum ff. de leg. j. p text. in.l. ſeruo inuito. in prin. ff. ad treb.

nem ponit ibi gl. ¶ Opp j. de bono.
1 poſ. ſm tab. l. ij. §. ſi ſub cōditio. † Di-
cit gl. aliud in bonoꝝ poſſeſſione q̃z
in hereditate. tu vero dicas clarius
pendente conditione poteſt peti bo-
norum poſſeſſio ſm tabulas que non
tribuit ius. ⁊ eodem modo poteſt il-
la bono. poſſeſ. repudiari: ſed bo. poſ.
que tribuit ius nō poteſt peti pēden-
te cōditione: neq̃z repudiari. et ſic eſt
idem q in hereditate. ¶ Op. ⁊ intro
gl. iij. ſ. de condi. inſti. l. j. Sol. intelli-
gas hic qualiſqualis cōditio que ta-
men nō ſit talis que haberet pro non
appoſita ⁊ impleta: ſed ſit talis q̃ ſuſ-
pendit diſpoſitionem. ¶ Opp. q cō
ditio que cōſiſtit in arbitrio heredis
non ſuſpendit aditionez. vt. l. verba.
de condi. inſti. ergo nec repudiatio-
nem: ſi in alteriusvolūtatem confera
tur: ipſo iure nō valet. vt. l. illa inſtitu
2 tio. de here. inſti. Sol. † cōditio pote
ſtatiua in perſona heredis poteſt eſ-
ſe duplex. vno modo expſſe ſi volet:
et iſta in herede extraneo nil operat:
in ſuo operatur: quia facit de ſuo vo-
luntarium: tn̄ aditionem non ſuſpen-
dit: ergo nec repudiationē: ⁊ hoc mo
do non loquitur hec. l. Secūdo mo-
do poteſt cōferri in volūtatem vela-
tam: vt ſi decem dedit ⁊ ſi. ⁊ tunc adi
tionem ſuſpēdit: ⁊ idem in extraneo.
vt. l. ſi quis ſemproniū. de here. inſti.
et. l. nonnunq̃z. de cōdi. ⁊ demon. Di-
cit tn̄ gl. q ſi apponitur in voluntatē
alterius per hec verba ſi arbitrabit.
non per verba ſi volet quia ſemp eſt
pura. vt. l. j. de leg. ij. hoc nō eſt verū:
quia qn̄ apponimus per ſi: facit cōdi-
tionem. vt. d. l. j. de leg. ij. ⁊ ibi videbi
3 tis. ¶ Quero: † repudiatio facta pen
dente cōditione non valet: an poſtea
exiſtente cōditiōe poterit adire? Cer-
te ſic. vt. l. nec is. in fi. j. eo. ⁊ ad hāc. l.
facit. l. ſed ſi de ſua cōditione. j. eo.

**Si quis.** Qui nō poteſt adire
pꝓpter dubitationē:
ſeu inhabilitatē: ſeu conditionis de-
pendentiam non poteſt repudiare.
hoc dicit.

1 ☞ Pater an poſſit repudiare here
ditatem in qua filius fuit inſtitutꝰ cō
templatione ipſius ſine conſenſu fi-
lij: vbi q̃d non.
2 Pater poteſt cogere filium vt repu-
diet.
3 Repudiatio tacita que fit per curſuz
temporis facta per filium preiudicat
patri.
In ꝓfectitijs per iura noua nihil eſt
immutatum.
Tempus ad adeundum in profecti-
tijs hodie non poteſt ſtatui a iudice filio niſi patre
conſentiente.
4 Si repudiatio patris non valet: an preiudicet ipſi
patri licet non filio.
5 Diſpoſitio huius legis an habeat locum in heredi
tate aduentitia.
6 Tacita repudiatio filij in hereditate aduentitia q̃d
noceat patri.
7 Hereditas matris quod olim patri querebatur ple
no iure.
8 Repudiatio patris in quo noceat filio.
9 Dominus hereditatem ſeruo delatam repudiat et
que ſit ratio.
10 Legatum vel fideicommiſſum relictū filio vel ſer-
uo quando pater vel dn̄s repudiare poſſit.
11 Iuſſus patris in repudiatione ficnda per filiuz q̃d
debeat precedere.
12 Filio coacto per patrem repudiare ſubuenitur poſt
mortem patris.

**Neq̃z filius.** Seipſam ſummat. ¶ Que-
ro nūquid iſte. §. habet locū
in hereditate patris ꝓfectitia: vt ſi filius fuit inſtitu
tus cōtemplatione patris? Glo. dicit q̃d ſic: q̃d ſine
dubio eſt verū: quia tunc filius nō poteſt repudiare
1 ſine cōſenſu patris. ſed † an pater poſſet repudiare
ſine cōſenſu filij eſt dubium. Et videtur q̃d ſic: quia
profectitia querūtur patri pleno iure. vt. l. cū opor-
tet. C. de bo. que libe. ergo ſi parer repudiet non no
cet filio. ⁊ ſic ratio huiꝰ. l. ceſſat: que eſt ne alter alte-
ri noceat ⁊ hoc quidā tenent. probo fortiori ratione
qn̄ filius inſtituitur cōtemplatione patris etiam ſi
adeat factus ſui iuris cogetur patri reſtituere. vt. l.
aditio. in fi. j. eo. ⁊ l. liber. de acqui. re. do. ⁊ l. quidaz
a cum filium. de here. inſti. ¶ Cōtrarium[a] teneo: naz
pater tunc nō poteſt adire ſine filio. vt l. ſi quis mi-
hi bona. §. iuſſum. j. eo. ergo nec poteſt repudiare.
vt. l. is poteſt. j. eo. fateor tamē q̃d tunc poteſt coge-
re filium vt repudiet. arg. l. idēq̃z. ver. ſi cui mādaue
ro. ſ. manda. vbi hoc optime ꝓbatur. Et hoc veruz
2 in repudiatione expreſſa. † in repudiatione vero ta-
cita que fit per curſum tpis ſtatuti a. l. communi vel
municipali: vel forte a iudice ꝓiudicaretur patri. vt
l. fi. j. quis or. in bo. poſ. ſer. ⁊ q̃d no. in. l. ij. C. de repu.
bo. poſ. ⁊ in iſtis ꝓfectitijs per iura noua nil eſt im-
mutatū hodie. vt no. in. d. l. fi. j. quis or. in bo. poſſ.
3 ſer. † ſi tamē tempus ſtatueretur a iudice: tunc non
poſſet hodie ſtatui filio niſi patre cōſentiente iudi-
ci. vt. l. cum non ſolū. §. neceſſitatē. C. de bo. que lib.
4 ¶ † Sed quero[b] licet repudiatio patris nō valeat:
b an preiudicet ipſi patri: licet nō filio? Gloſſ. dicit q̃d
ſic. vt. l. ij. §. deniq̃z. ſ. ſo. ma. Ia. de are. dicit ⁊ bene
q̃d illa loquitur in pacto nō repudiatione ſimplici:
5 per no. in hac. l. in pn̄. ¶ Quero † an hec lex habeat
locū in hereditate aduētitia? Gl. dicit q̃d ſic: ſpecia
liter hodie. vbi apud filiū debet remanere proprie-
tas. verum eſt q̃d olim et hodie non poterat filiꝰ re-
pudiādo nocere patri: nec pater filio: vt hic. ⁊ ſic re-
pudiatio non valebat: hodie vero eſt immutatum
q̃d repudiatio valet quātū ad repudiantē et alteri
remanet plenum ius adeundi. vt. l. fi. §. vbi autem.
C. de bo. que libe. ⁊ hoc eſt verū in repudiatione ex-
6 preſſa. ¶ Sed † quid dicemus de tacita? Doct. in



l. j. C. qui admit. ad bo. poſ. dicūt q̃d ſicut expreſſa re-
pudiatio filij nō nocet patri. ita nec tacita. Alij dicūt
cōtrariū q̃d puto verū: q. d. l. cum non ſolū: loquitur
in repudiatione expreſſa: ergo in tacita: licet ſit eadē
ratio: tamen iura antiqua non ſunt correcta: vt. l. pre-
cipimus. in fi. C. de appel. Preterea morīēte filio pa-
ter priuatur hereditate ſibi a filio delata: niſi filꝰ eēt
infans. vt. l. ſi infanti. C. de iu. deli. eodem modo ad-
ueniente hoc caſu quod filius negligat pater priuat
hereditate niſi forte filius malitioſe negligeret: tūc
enim illa diceretur repudiatio. vt. j. eo. l. recuſari. et
7 haberet locū. d. l. cū non ſolum. ¶ Quero † nunquid
hereditas materna olim querebatur per filiū patri
pleno iure: an apud filiū remaneret proprietas? Gl.
hoc tangit plenius hic: et alibi aliquantulū in. l. ij. C.
de repud. bo. poſ. alibi non tangitur quod recordor.
Quidam dicebant q̃d olim filio remanebat ꝓprie-
tas: q̃d glo. reprehendit: quia hoc primo fuit introdu
ctum per Conſtantinū in. l. j. C. de bo. ma. Rich. ma-
lum. tractat hic hanc. q. et non facit de his mentionē
glo. Cy. recitat eam. in. l. j. C. qui admit. ad bo. poſ. et
tenet quod de iure antiquo hereditas matris nō ac-
quirebatur patri pleno iure: per. l. filius. in prin. de in
offi. teſt. et ibi dicebat ipſe eſſe caſum. Cōtrariū eſt
veritas. et ſic eſt vera glo. hic poſita. caſus eſt in. l. fi-
a liuſſa. j. eo. et. l. ſi filius meus. j. titu. ij. ¶ Ad. l. filius[a]
meus. reſpondeo q̃d quoddā eſt ius q̃rendū: ⁊ illud
nō queritur patri per filiū etiam de iure antiquo: q̃d
apparet: q: ius adeundi reſidet in perſona filij ⁊ nō
trāſit in pſonā pr̄is: multominꝰ ius q eſt pparatoriū
illiꝰ iuris q̃rēdi: vt q̃rela inofficioſi q̃parat ius adeū
di: ſz aditiōe ſequuta ius proſequēdi. ſ. actio ſeu he
reditatis petitio ſeu ius retinendi queritur patri in-
8 continenti. vt. l. placet. j. eo. et. ll. ſ. alleg. Diceres † tu
ſi in effectu aditione ſecuta queritur patri quid no-
cet filio ſi pater repudiat? Rn̄. q̃d filius habet ſpem
ſi efficiatur ſui iuris anteq̃z adeat queratur ſibi: ſicut
ſeruo. ſ. ſi anteq̃z adeat manumitteret. vt inſt. d. her.
inſt. §. alienus. ita dicit gl. hoc probatur in. l. renitē-
9 te. C. eodem. ¶ † Quero quid[b] in ſeruo: an heredita-
b tem ſeruo delatam dominus poſſit repudiare? Gl.
dicit hic quod ſic. ⁊ ita tenet in. l. legatum ſeruo. j. de
lega. j. Sed que eſt ratio? Cy. inuoluit ſe multum in
d. l. renitente. domini non video . l. que hoc dicat q
hereditatem delatam ſeruo dominus repudiat: et
in contrarium habeo rationem: quia dominus non
poteſt adire. vt. l. cum proponas. C. de heredi. inſti.
ergo nec repudiare. vt. l. is poteſt. j. eodem. Non ob.
l. j. §. per ſeruum. alleg. hic in gloſſa. quia ibi loquitur
in bono. poſſeſſio. non in hereditate que facilius con
fertur. conceditur enim conditione pendente. vt. l. ij.
§. ſi ſub conditione. de bono. poſſeſ. ſecundum tabu.
et ideo de facili conceditur domino poteſtas repu-
diandi. patri autem hoc non conceditur. vt. l. ij. C. de
repud. bono. poſſeſ. ratio: quia filius expectat effici
ſui iuris per emancipationem vel per mortem ſui pa
tris. vt. l. ſcripto. j. vnde lib. ⁊ l. nam et ſi parentibus.
de inofficioſo teſtamen. ſeruus autem non expectat
libertatem niſi ex voluntate domini vnde mortem
eius expectare eſſet abſurdum: quia caſum aduer-
ſamq̃z fortunam ⁊ cetera. vt. l. inter ſtipulantem. §. ſa-
cram. j. verborum obligationi. et ideo ſi poneremus
illum ſeruum eſſe ſtatuliberum: forte
dominus non poſſet repudiare bono
rum poſſeſſionem ſicut nec in filio.
10 ¶ Quero † quid in legato vel fideicō
miſſo relicto filio vel ſeruo? Reſpon-
deo: ſecundum iſta iura ſi legatum
erat purum ſtatim dies eius cedit et
queritur vel patri vel domino. vt. l. q̃
legata. de regulis iuris. ideo pater
vel dominus poſſet repudiare. vt. l. le
gatum ſeruo. j. de legatis primo. Sz
ſi eſſet relictum ſub conditione nō po
teſt repudiare. ita intelligit gloſſa. C.
de fideicom. l. ex repudiatione. hodie
in filijs eſt immutatum vt in aduen-
titijs queratur ſibi quo ad proprieta
tem ⁊ pater nō preiudicet ei. ¶ Que
11 ro † dicit hic ſimul poſſunt[c] repudia-
c re: an debeat pcedere iuſſus ſicut in
aditione? Dico q̃d ſic: vt. l. iulianus. j.
de leg. j. dixi in. l. qui in alie. in prin. ſ.
12 e. ¶ † Itē quero quid ſi pater cocgit
filium ad repudiandum vna ſecum?
Reſpondeo ſubueniretur ſibi poſt
mortem patris. vt. l. apud celſum. §.
fi. de do. excep.
1 ☞ Quid ſit dicere plus in opinio-
ne q̃z in veritate.
2 Error in cauſa acquirendi impedit
aditionem.
3 Veritas quando inſpiciatur magis
q̃z opinio.
4 Heres neceſſarius qui credit ſe volū
tarium qn̄ adire poſſit.
5 Cautela in redigēdo in ſcriptis im-
mixtionē filij hereditatis paterne.
6 Quando apparet q̃d aliquid pro he
rede geſſit: ⁊ non apparet vtrum pu-
taret ſe voluntarium vel neceſſarium
tunc videtur adijſſe.
Dicta in aditione intelliguntur in re-
pudiatione.

**IS qui putat.** Error
an ſit neceſſariꝰ vel nō īpedit
repudiationem vel aditionem. h. d.

a ¶ Filius. Adde Bar. in. l. is poteſt. in. v. col. j. eo.
b ¶ Quero quid. Vide late Imol. in. l. legatum. de le-
gatis primo. quid in monacho. Cyn. in. l. deo nobis
C. de epiſcop. et cleri. et Bald. in. l. j. C. qui admi. in. x.
queſtio. ⁊ Barto. in. l. tutor. in fin. de bono. poſſeſſio.
Bald. in. l. is qui. C. de fideicom. ⁊ Canoni. in. c. in preſentia. de proba.
c ¶ Simul poſſunt. et facit ad ſtatutum q̃d filius ſine licentia patris nō poſſit ſe obligare: q: ſatis dr̄ licētia pcedere ſi ſimul ſe obligāt. adde tex. i l. cū pr̄. §. j. de lega. ij. vſ. alioqn. quez ad h ibi ponderat bar. ⁊ i l. titiꝰ. ſ. q. mo. pignꝰ vel hypo. ſol. p illuz tex. quē alle. bar. i. d. §. libertis. ⁊ Bar. ibi ſequūt docto. et bal. idē in. l. fi. C. ad mace. ⁊ in. l. ſi filiꝰ. §. de his. j fi. et in ſpe. i ad di. in ti. de reo. Ioā. an. in reg. q tacet. de regal. iur.
Bal. in. l. exceptione. de excep. ⁊ ibi dubitat an ſuffi
ciat patrem fideiubere pro filio in cōtractu ad hoc
vt videatur patris conſenſus interueniſſe tamē per
d. l. titius. in prin. ſ. qui. mo. pig. vel hypo. ſol. vide-
tur q̃d ſatis appareat de conſenſu patris: et ſic con-
tractus teneat: quod tene menti. Adde an et quan-
do pater et filius ſe obligant in inſtrumento pater
dicatur conſentire: Bald. in ad di. Specu. in titu. de
accuſatio.

a ¶ Acquirendi. ſolus error cauſe acquiſitiõis vitiat hereditatem. et adde Barto. in lege ventre. in. iij. colum. in. j. oppo. j. eo.

b ~ Andre. Poma. ¶ Quod magis. Uide per preposi. in. c. veritatẽ. in. ij. col. C. qui admit.

c ¶ Quid ecõtra. Ui de Bal. in l. potuit. C. de iu. deli. vbi tenet cõtra bar.

b ¶ Nec is. Nota ſm Bal. q vbi negatiua cadit directo in ſenſum teſtis pōt de ea deponere q̃uis non ſit coarctata loco et tẽpore. et ſic limitat c. bone. de electio. el. j. et. l. actor C. de pro- ba. vbi habet quod negatiua niſi ſit coarctata nõ poteſt probari. ex q̊ inferebat Bald. ponẽ Titium fuiſſe preſentẽ quando Caius mutuauit Sempronio centum. nam Titius poterit probare ſe nõ fuiſſe preſentem. idem voluit Angelus ⁊ Imola hic allegant nota. in. l. prima. C. de erro. aduoca. et in. l. pantonius. §. rei perduellionis. infra eodem. et Io. an. in dicto capitulo bone. el primo. tamen iſtud non videtur verum indiſtincte: quia vt ipſi dicunt videtur contra ea que voluit Bartolus in. l. prima. de autoritate tuto. Baldus et Angelus in. l. heredes palam. de teſtamentis. et in. l. prima. ad finem. C. de ſecundis tabulis. ⁊ Baldus et Salicet. in. l. teſtiuz. C. de teſtamentis. vbi dicunt ſi teſtes dicunt quod aliquis fuit preſens ⁊ cetera. Adde: ibi qui dubitat quid ſi inſtitutus in primo et ſecundo teſtamento: et dubitat an ſecundum valeat: et cum proteſtatione adeat eo modo quo melius poteſt ex primo vel ex ſecundo et deinde moriatur: an illam hereditatem trãſmittat. vide Petr. de Anchara. conſilio. cciiij. et conſilio. cccluiij.

¶ Quero † quid vult dicere plus in opinione q̃ in veritate? Rñdeo: aditio conſiſtit in animo ſolo. vt. l. pro herede. §. j. j. eo. ergo in ea debet magis inſpici opi. que eſt in aĩmo q̃ veritas: ſed hec opi. erat erronea: ergo vitiat repudiatio. ¶ Oppo. extra glo. quod

2 † iſte error non vitiet aditionem. vt. s. eodem. l. qui in aliena. §. ſi is. verſi. nã eum. Solu. hic quis errabat an fuiſſet filiusfa. defuncti de cuius hereditate agebatur. et ſic errabat in cauſa acquirendi. [a] ſi enim erat filiusfa. acquiſitio erat ſibi facta ipſo iure. ſi non erat debebat ſibi queri per voluntatẽ in lege cõtraria errabat in hoc: an eſſet filiusfami. alicuius viuentis. et ſic certus erat de cauſa adeundi. ſed errabat in hoc: an alteri acquireretur aut ſibi: q̄ error non impedit aditionem: vt ibi. ſolus enim error cauſe acquiſitionis impedit aditionem. vt. j. eo. l. ſi is ad quem. ratio quia impedit voluntatẽ: vt. j. videbitis. ¶ † Oppo. gloſ. quod

3 magis [b] inſpicitur veritas q̃ opinio. vt. l. ſi. j. de cri. expi. here. l. ij. §. ſi a pupillo. j. pro empt. cum ſi. Glo. non ſol. dic quod hic loquitur in aditione que conſiſtit in ſolo animo: vbi magis inſpicitur opi. ibi in his que in ſolo animo non conſiſtunt. ita ſentit glo. in lege heres. infra eodem. et ita ſolu. Dy. infra eodem lege ſi quis extraneus. §. primo. et hoc videtur hic dicere text.

4 vt ſupra dixi. ¶ † Querit glo. text. hic loquitur quando in veritate erat voluntarius: et putabat ſe neceſſarium: quid econtra? Alique fuerunt opinio. inter gloſſatores finaliter determinat gloſſ. quod idem: declaro: ſiquidem eſt neceſſarius tantum vt ſeruus ſine dubio nõ poteſt adire voluntarie: quia velit nolit eſt heres nec habet beneficium abſtinendi. Si vero eſt filius et neceſſari⁹: tunc per beneficium abſtinẽdi poteſt dubitari: quia videtur voluntarius de iure pretorio. Gloſſ. tamen idem dicit et bene declaro: error talis impedit voluntatem: ergo impedit aditionem que conſiſtit in voluntate. quod impedit voluntatem patet: ſi puto me voluntarium cum ſum ſuus: ergo habeo voluntatem acquirendi de nouo: non autem habeo voluntatem immiſcendi me: quod eſt approbare acquiſitionem mihi factam a iure: vt dixi ſuper rubrica cum ergo acquiſitionem ignorem non tenet aditio: eodem modo ſi repudio habeo aĩm ne acquirat mihi d̃ nouo. non autem habeo voluntatem adijciendi acquiſitionem mihi factam a iure: ideo vitiatur acquiſitio

5 et repudiatio. vide gloſſ. et not. eam bene. † et in hoc debes eſſe cautus quando redigitur in ſcriptis immixtio alicuius filijfami. vt dicas. talis ſciens patrẽ defunctum ⁊ ſe eſſe ſuum heredem dicte hereditati ſe immiſcuit. idem ſi diceret eam adiuit vel pro herede geſſit: cum preponatur ſciens ſe ſuum heredẽ. ſi vero diceret ſciens hereditatem patris delatam: tunc non valebit aditio: cũ delata eſt: que adiri poteſt. vt. l. delata. j. de verb. ſigni. no. s. eo. l. is qui heres. in prin. ſed hereditatem patris quis non poteſt adire: ſed acquiſitionem factaz immiſcendo poteſt approbare. Predicta vera niſi ſequeretur aliqd̄ verbum per qd̄ apparet eum ſciuiſſe ſe ſuum heredez: vt ſi diceret adiuit et immiſcuit: cum immiſcere ſit

6 proprie ſuorum. ¶ † Sed quid ſi apparet qd̄ aliqd pro herede geſſerit? vtrũ autem putaret ſe voluntarium vel neceſſarium? nihil apparet. certe, cũ hoc cõſiſtat in iure non preſumitur ignorantia. vt. l. leges C. de legi. niſi probaretur per modum quem dixi in l. non fatetur. j. de confeſ. ⁊ que dixi in aditione idez intelligas in repudiatione.

NEcis. [b] Qui dubitat de virib⁹ teſtamenti non poteſt adire. Item aditio alterius non impedit eum qui certus eſt. h. d. ¶ Opp. extra gl. lis que mouetur alicui de viribus teſtamenti facit rem dubiã. vt. l. ſcriptus. j. ad carbo. ergo cum teſtamentum dicatur falſum non poteſt eſſe certus de viribus teſtamenti. Reſpondeo: concedo quod facit rem dubiã in omnibus que non conſiſtunt in facto proprio ei⁹ cui lis mouetur: vt ſi ipſe fuit preſens teſtamento: vel dicatur quod ipſe facit falſum teſtamẽtum: tangam in. l. is poteſt. infra eodem. et probatur in. l. cũ falſum. j. eodem.

1 ☞ Repudiatione vnius iuris quãdo videatur repudiatum aliud.

2 Succeſſionem de iure ciuili quis amplecti poteſt: ⁊ de iure pretorio.

3 Si inſtitutus repudiat vno iure et vult venire alio: quando ei preferatur ſubſtitutus.

4 Qui poteſt venire per ſtipulationem et per ius accreſcendi: an poſſit vno iure amplecti ⁊ alio repudiare. remiſſiue.

Heres



a Heres inſtitut⁹. [a] † Repudiatiõe vnius iuris non videtur repudiatum aliud: niſi repudiatum non potuit ſine illo repudiari. hoc dicit. Ex prin. no. quod dixi in ſummario: et adducitur ad duas queſtiones. Primo † quod

2 quis poteſt amplecti ſucceſſionẽ de iure ciuili et repudiare de iure p̃torio. vt. C. eo. l. puberẽ. ¶ † Quid

3 ſi [b] inſtitutus habet ſubſtitutũ et repudiat vno iure et vult venire alio: an ei preferatur ſubſtitutus. Glo. in lege ſuum. C. eo. dicit quod ſic. docto. in contra. tu dic quandoq; repudiatio refertur ad ipſam hereditatem: ⁊ tũc videtur repudiare omne ius querendi illam hereditatẽ. vt. l. ſi duo. ver. idẽ iulianus. ⁊. l. duobus. §. ſi quis iurauit. de iureiu. quãdoq; refertur ad ius adeundi: vt puta repudiat aditionem de iure ciuili: et reſeruat de iure pretorio vel ecõtra. et tunc dico quod adhuc ipſe prefertur ſubſtituto: quia q̃diu poteſt inſtitutus ſuccedere: ſubſtitutus non admittitur. vt. l. quamdiu. s. eo. et generaliter loquit. l. q̃diu q̄ dic: q̃diu poteſt admitti nec diſtiguit quo iure. ſufficit ergo qd̄ aliquo iure admitti poſſit ex teſtamento. ſed ſi diceret ſe nolle acquirere hereditatem ſimpliciter: tũc vr in totũ repudiare: ſicut ecõtra qñ dicit ſe velle acq̃rere vr velle acq̃rere omni iure. vt. d. l. pu

4 berem. ¶ † Item inducit gloſſa quod ſi aliquis poteſt venire per ſubſtitutionem et per ius accreſcẽdi: poteſt repudiare vno iure: et alio amplecti. dicam in lege ſi tu ex parte infra eodem. et dixi in lege re coniuncti. infra de lega. iij.

1 ☞ Cognito qui poteſt adire cognoſcitur qui poteſt repudiare.

2 Quis poteſt adire et quando.

3 Ius adeundi hereditatem dicitur tribus modis.

4 Uouentes regulam fratrum minorum ſunt incapaces hereditatum.

5 Si ſocietas contrahitur de hereditate futura nõ intelligitur communicari ipſa ſpes: ſed heredtas ſub conditione ſi obuenerit.

6 Ius adeundi quod habet conſanguineus: an ſit aliquod ius vel aliqua res per ſe.

7 Ius ſuccedendi de iure canonico tollitur pacto cum iuramento.

8 Ius ſuccedendi liberorum eſt aliquod per ſe ſeparatum a iure filiationis.

9 Ius ſuccedendi ex teſtamento alicui viuenti nõ eſt ius nec ſpes a iure approbata.

10 Subſtitutus pupillo mortuo teſtatore non dicitur aliquod ius ſuccedendi habere: vel ſpem aliquã qd̄ dicatur ius.

11 Statutum quod quicunq; habet inſtrumentum teſtamenti: vel codicillorum alicuius rei valoris decẽ librarum vel ſupra: debeat illud inſinuare intra ſex menſes non comprehendit ſubſtitutum pupillariter viuente pupillo: ſed per fideicõmiſſum ſic.

Subſtitutus per fideicõmiſſum habet ius ſuccedẽdi et ſpem ſeparatam per ſe.

12 Ius adeundi reſpectu certe hereditatis iam exiſtẽtis: quia mortuus eſt ille de cuius hereditate agitur quando ſit aliquod ius ſeparatum per ſe: et quando dicatur ius adeundi et quando ius deliberandi: et adeundi et deliberandi ſimul.

13 Seruus et monachus ſi decedãt ante aditam hereditatem dominus nec abbas poterit adire.

14 Ius adeũdi hereditatem eſt ius querendi.

15 Si contra adeũtem opponitur quod eſt ſeruus filiusfami. vel minor q̄s probat.

Teſtatorem fuiſſe mortuum qualiter probare debet adire debens.

16 Quod heres ſciat teſtatorẽ mortuũ: quomodo probetur.

17 Qui eſt infirmus vel abſens a ciuitate nõ preſumitur ſcire illud de quo eſt publica fama in ciuitate.

18 Scientia in preteritum non preſumitur.

19 Heres quomodo debeat ſcire teſtamentum factũ et ſe inſtitutum ad hoc vt poſſit adire.

20 Heres qui credidit teſtamentum factum ſe inſtitutum et teſtatorem mortuũ: et ita erat cõmunis opinio ⁊ adiuit ſi poſtea ſuperuenit fama in contrarium an aditio teneat.

21 Qualiter probetur quod heres ſciuerit ſe pure inſtitutum.

22 Teſtatorem potuiſſe teſtari qualiter probetur.

23 Si probãtur due fame contrarie: et opinio heredis cum vna concordat: q̄ fama prefertur vt quis dicatur teſtari potuiſſe.

24 Heres adire volens quomodo debeat eſſe certus quod nullus eum precedat.

25 Heres adire debens debet eſſe cert⁹ an ex teſtamento vel ab inteſtato hereditas ad eum pertineat.

26 Ex diſcuſſione probatur quem nõ feciſſe teſtamentum.

Per diſcuſſionem probatur quem nõ eſſe ſoluendo.

Item an aliquis ſit preſens.

Item an res extet vel ſit deperdita.

27 Heres extraneus in dubio preſumitur habere ſcientiã teſtamenti.

28 Heres adire volens debet eſſe cert⁹ an ſit neceſſarius vel voluntarius.

29 Si Titio fuit delata hereditas Sẽpronij cui Titio ſucceſſit et dico quod credo quod Titius fuit heres Sempronij et eius hereditatem adiuit. qd̄ ſi probare non poſſum ex nunc adeo ex iure deliberandi vel adeundi mihi tranſmiſſo per Titium an valeat aditio vbi quod putat aditionem nullã.

30 Heres deb; ſcire quando adit ex qua parte ſit heres.

31 Quando filius vel ſeru⁹ adit iuſſu patris vel domini ipſe et non pater deb; de predictis eſſe certus.

a ¶ Heres inſtitutus. adde bal. no. in rub. qui admit. in. vj. q.

~ Andreas Pomate.

b ¶ Quid ſi. Hoc ſequit Bal. in rubri. C. q̄ admit. in vj. q. Aret. in. §. ſequit inſti. d̃ bo. poſſ. facit Are. cõſ. xcj in vlti. co.

32 Si pupillus edit cū autoritatate tutoris.
Tutor ipſe debet habere ſcientiā predictorum.

a IS poteſt. [a] Breuis eſt et quantum pro tex. non eget ſummario. ſed ſummabo text. cum gloſſ. et omnibus que dicturus ſum. Qui hʒ ius adeundi principaliter et per ſe nō impeditur ad ſui vtilitatem is repudiare poteſt: aliter non. hoc dicit.
1 ¶ † No. quod tunc cognoſcimus qui poteſt repudiare quādo cognoſcimꝰ
2 qui poteſt adire. ¶ † Quero quis eſt qui poteſt adire et quando poteſt adire? Gloſſ. ponit ſex que requiruntur in perſona heredis volentis adire. quorum ſi quid deeſt adire non poteſt. et hoc declarat gloſſ. in princip. vſqʒ ibi: item ſcire debet. Itē ad hoc vt ſciamꝰ qñ adire pōt: ponitq̄ quinqʒ que debēt interuenire: quorum ſi quod deeſt adire nō poteſt. et hoc proſequitur gloſſa vſqʒ ibi: ſed regula huius legis. vide gloſſam per te que eſt clara. Ad ea q̄ dicuntur hic per gloſſam opponitur imo dicitur poſſe quis adire quando ea nō concurrunt: q̄a ſolum ſi ſit liber homo et capax hereditatis dicit poſſe adire. vt. l. in tempus. de heredibꝰ inſtituendis. et. l. ſi ita ſcriptum. ꝗ. de legatis ſecundo: et quod not. inſtitu. de legatis. §. legari. Item ex teſtamēto poſſe adire dicitur etiam viuo teſtatore. vt. ſ. de iniuſto teſtamēto. l. j. Pro declaratione horum debetis ſcire quod nos habemus in hoc titulo duas regulas vnam negatiuam: ſcilicet non poteſt repudiare qui non pōt adire. vt. l. iiij. ſupra eodem. aliā affirmatiuam: ſcilicet poteſt is repudiare
3 qui poteſt adire. ¶ † Et vt intelligamus eſt ſciēdum quod poſſe adire hereditatem ſeu ius adeundi hereditatem dicitur tribus modis. Primo generaliter et ſimpliciter: non reſpectu alicuius hereditatꝭ preſentis nec ſperate: ita loquitur. l. in tempus. ⁊. l. ſi ita ſcriptum. preallega. et omnes leges que dicunt aliquem poſſe adire: eo ipſo quod eſt capax iuris adeundi: et illud ius non eſt aliquod ius preciſum et ſeparatum a libertate: quam quis habet que libertas eſt naturalis facultas ⁊c. vt. l. libertas. de ſtatu hominū ſicut enim ille qui eſt dominus rei nō dicitur habere ius vſuſfructus quaſi illud ius ſit aliquid ſeparatum a dominio. vt lege vtifrui. in principio. ſupra ſi vſuſfructus petatur. ſed ideo vtitur: quia dominus: ita poſſet capere illud nō eſt ſeparatum a libertate: ſed ideo quis poteſt capere quia liber. ⁊ quando quis efficitur non capax tunc dicitur ſtatus eius diminui. vt lege cognitionum. in fine. de varijs et extraordinarijs cognitionibus. et hoc vult dicere titulus de capitis diminutione. hoc eſt de diminutione ſtatus. hoc probatur in lege ſi in metallum. de his que pro non ſcripto. et inſtitu. de legatis. §. legari. et in omnibus caſibus ibi notatis. ⁊ iſto poſſe ſic ſumpto optime procedit regula negatiua: qui non poteſt adire. hoc eſt ille qui non eſt capax ille non poteſt repudiare. vt lege quarta. ſupra eodeʒ. ſed regula affirmatiua non procedit. qui enim habʒ iſtud poſſe non habet iſtud repudiare. quod patet: quia nō poteſt quis adimere a ſe libertatem: niſi patiendo ſe vendi ad pretium participādum. et ita nō poteſt adimere illud ius adeundi: quod eſt idem cū
